1 nec fallatur. † tex. eſt in l. quotiẽs. C. de põderato. lib. 10. Et Iohan. de Plat. ibi dicit, quôd peritus, & ſapiẽs eſt: nec fallit, nec fallitur doloſus: ergo non eſt ſapiens, qui fallit, ſeu decipit aliũ.
2 ▽ Item ſapiens eſt, † qui nõ poteſt falli. Quod intelligit, ſi habet facti peritiam, aliàs ignorantia facti, ſæpe fallit prudentiſsimos. ſecundùm Plat. ibi. ▽ Sua fide dico, ideſt conſcientia. vt in cap. literas. de reſtitu. ſpolia. & in cap. quoniã. de præſcrip. & ſic exponitur de pœniten. diſt. 3. ad finem. §. illud. quaſi ad medium. Et quòd talis conſcientia, vel fides, ſit publicè approbata, vt in l. ſi ventri. §. in bonis. ff. de priuile. credi. ▽ Et quia talis fides † fundamentum eſt iuſtitiæ, ideſt dictorum, conuentorumq; conſtantia, & veritas. vt dixit Tuli⁹, primo, de officiis. Vbi non eſt ſana fides, non poteſt eſſe iuſtitia. cap. vbi. 23. quæſt. 1. Nam ſub fide, lex, & iuſtitia continentur. vt in authen. de mãda. princip. §. feſtinabis. Et ſi fides non ſeruatur, homines fiunt in agendis bonis operibus ſegniores. vt in authen. vt lice. de cæte. §. hic ſimiliter. ▽ Quæ bona quippe fides debetur Deo, qui omnia videt, & cuncta iudicat. cap. quæcunque. 10. q. 1.
3
4 Et ideo bene ſubditur, nec fallat, † ſcilicet propter fidem. nam fidelis non fallit de ſe confidentem. Talis hodie vix, aut nullatenus inuenitur. Prouerbio. 12. Virum fidelem quis inueniet? ▽ Nec fallatur, ſcilicet propter induſtriam. Præ
5 ferenda † eſt ergo in honore fides induſtriæ, quia hic præfertur in ordine. vnde fidelis prudenti viro prefertur. tenet Lucas de Pẽna. in l. 1. C. de conditio. impub. or. lib. 10. Nec enim res vlla vehementius rempublicam continet, quàm
6 fides. vt Tuli. lib. de offi. Fidem quoque † fallere, graue eſt. ff. de conſtitu. pecu. l. 1. in principio. Quid tam enim congruit fidei humanę. vt ff. de pactis. l. prima. ▽ Quod intellige verum, ſi ex obſeruantia fidei, non reſultat illicitum. 22. quæſtio. 4. capi. ſi ad peccatum. nam tunc potius eſt fides reſcindenda, quàm obſeruanda. vt in cap. in malis. eadem quæſtio. & tenet dictus Lucas de Pẽna in dicta. l. quotiens. 1. colũ. & ibi quoque in ſecũda col. dicit, quòd ideo dicit tex.
7 induſtria, † hoc eſt, doctrina, ſtudium, & vigilantia: abindulgere, ideſt operam dare ſtudio. & generaliter loquendo qualibet ipſarum dicitur
8 ſapiens. vnde optimi profeſſores † iuris ciuilis vocantur ſapientes. vt. ff. de origi. iur. l. ſecunda. §. deinde ſextus. vt ibi latè per eum. ▽ Et ſic, quòd iudex debet habere conſciẽtiam,
9 † & ſcientiam iudicandi, & experientiam, vt latè dixi in gloſſa prooemij, in parte, juſticias qualeſquier. quaſi in fine. verſicu. & quia ſuprà
10 dixi. ▽ Quia ſi iudicat cõtra † conſcientiã ſcienter, & contra iuſtitiã patitur pœnas poſitas in. c.

cùm

cùm æterni tribunal. de re iudi. in. 6. secus si iudicaret contra conscientiam: dum tamen iudicet secundùm iustitiam, secundū Domi. ibi. Si autem credebat bene iudicare, & non iudicauit, tunc non patitur illas pœnas: tamen iudex tenetur ad æstimationem litis. vt institu. de obliga. ex quasi delirans, in princi. & ibi glos. communiter approba. in verbo, litem. vbi ait, quòd tenetur ipse in quo læsit: & hoc quādo per ignorantiam, vel imperitiam: secus si dolo, quia tunc ex maleficio tenetur, & sit infamis. l. fina. C. de pœna iud. qui mal. iudica. & Bar. in. l. filius familiàs. ff. de iudic. Et idem dic, quòd iudex facit litem suam, quando iudicat contra consuetudines patriæ. Ita Bald. Salyce. & Ias. in. l. iubemus. C. de iudi. & tenet Pala. Ruui. in repetitio. rubri. de dona. col. 3. nume. 12. & facit glo. in cap. Roma. de electio. in verbo, videas. Ias. in. l. omnes populi. ff. de iusti. & iur. col. 4. Sed hoc verum, dummodo consuetudo sit publica, & notoria. vt Ias. in. d. l. iubemus. nume. 2. & 3. ▽ Et

11 iudex, qui malè interloquitur, † parti tenetur inquantum eam læsit. tenet Guido Pap. in singula. 580. §. iudex. allegan. Bart. in. l. quòd iussit.

12 ff. de re iudi. Et idem, si totam causam † diffinitè do malè per imperitiam iudicaret, tenetur parti. secundùm dict. Guido. & Bart. in. l. fina. C. de pœna iudi. qui mal. iudi. ▽ Videtur Alex. in additio. ad Bart. in. l. de eo. C. eod. tit. in additi. magna. in princi. dum Bart. ibi tenet, quòd quando iudex indicat malè per imperitiam, tunc tenetur quantum religioni iudicantis videbitur. Intelligit ibi Alexā. esse verum, quando illa sententia esset executioni mandata, quo casu tenebitur etiam in toto interesse, & in tota æstimatione litis. vt notat Bal. in. l. obseruare. §. proficisci. ff. de offi. proconsul. & lega. ▽ Et idem dic in iudice ecclesiastico: quia si iniustè excōmunicat aliquem, licet eum absoluat, tenetur illi ad interesse. vt tenet glo. & ibi Bald. in cap. cùm contingat. de offi. delega. de quo in capit. sacro. de senten. excommunic. vbi singulariter. & gloss. in. c. cùm olim. Abbas eod. titu. de offic. delegat. in gloss. fin. ▽ Idem tene in notario: quia non describendo debitores, & eorum quantitates, quas describere tenetur, facit litem suam, & est obligatus simul cum dictis debitoribus ad eorum solutionem: tamen contra dictos debitores notarius habebit regressum: secus in iudice, prout tenet Plate. in. l. qui numerarij. C. de numera. & actua. libr. 12. & facit text. in. l. final. C. de magist. conue. & tenet Iaso. in. l. errore. C. de testamen. 1. col. & vid. Philipp. Deci. in. l. si librarius. ff. de regulis iuris. & Hippol. de Marsi. in sua practi. §. superest. nume. 12. cum sequen-

13 tibus. ▽ Sed si plures iudices † per imperitiam iudicauerunt, simul quilibet in solidum facit litem suam: tamen vno soluente, alij liberantur. tenet Baldus per text. ibi. in. l. nouissimè. §. si

14 plures. ff. de falso tuto. ▽ Quid si iudex † iudicaret secundùm vnam opinio. & malam. Barto. in. l. cum prolatis. ff. de re iudi. tenet, quòd facit litem suam, tantùm mitius punitur. per dict. principium. Instit. de obliga. quæ ex quasi delict. nas. versi. videtur. Idem notat Bald. in. l. mācipia. C. de seruis fugiti. & in. l. pignus. col. 20. C. de pignor. actio. Quod limitat Ange. in. d. l. cum prolatis. procedere, quando iudicasset contra cōmunem, secus si nulla esset opinio approbata cōmuniter in casu illo, quia iudex tunc excusabitur in totum. allegat notata per Innocen. in cap. ne innitaris. de constitu. & Barto. in. d. l. de eo. C. de pœna iudi. qui mal. iudi. vid. Bal. in. l. obseruare. §. proficisci. quæst. 4. ff. de offi. proconsul. & leg. Iohan. And. post glos. in cap. capellanus. de feriis. & Abb. in cap. de re iudi. num. 10. & Alexan. in. d. l. cum prolatis. nume. 21. vbi in num. 22. tenet quoque, quòd si iudex iudicauit malè, sequēdo opinionem bonā, tenetur in syndicatu, licet mitius puniatur. Sed dicit limitari secundùm Angel. vbi suprà, quando iudicasset contra communem: secus si nulla esse opin. approbata cōmuniter in casu illo, quia tūc excusatur in totum, per iura suprà allegata. ▽ Ex quo infert ibi Alexā. in. d. l. cum prolatis.

15 nume. 23. quòd cōmunis opinio † sequēda est, & secundùm eam debet quis iudicare. Pro quo dicit, quòd est text. bonus. in. l. 1. in verbo, crebrior. ff. de offi. quæsto. & ibi Bald. & in. l. athletas. in princi. ff. de his qui not. infami. & Barto. in. d. l. fina. cum concordantiis. C. de pœna iudi. qui malè iudi. & idem tenet Iohan. Faber in procemi. institu. col. 2. nume. 2. & Bald. in. l. 1. in fine. C. de vulga. & pupill. substi. & in cap. 1. de natura succes. 1. feudi. in fine. ▽ Vbi ait, quòd cō munes opiniones doctorum sunt tenendæ. Et vide Ange. in. l. si idem cum eodem. ff. de iurisdi. omni. iudi. vbi tenet, q̄ cōmunis opi. est lex, & tanquā lex potest allegari. Quod extende, q̄ nō solùm cōmuni opinioni est standū in foro contentioso, sed etiā in foro conscientiæ & animæ, cōmunis opinio excusat, etiā si veritas se habeat in cōtrarium. vt tenet Paul. de Cast. in consi. 19. col. 2. in fine. in. 2. parte suorum consili. ▽ Istam regulam limitat Alex. in. d. l. cum prolatis. in fine, nisi cōmunis opin. esset notoriè falsa, vel ra-

tionabiliter cõuincatur secundùm quòd iudex acutissimi ingenij æstimabit, vt inqt Iohã. Andre. in. c. 1. de constit. & Abb. in. c. 1. de re iudi. nu. 10. & in. d. c. capellan⁹. de feriis. ☞ Ad quod facit, quod dicit Geminia. in. c. de quibus. 20. q. 1. vbi ait, ꝙ licet potius sit standũ opi. antiquorũ, quàm iuniorũ, vt in. d. c. de quibus. fallit vbi dicta iuniorũ essent magis rationabilia. vt in. c. ita domus. 19. dist. ☞ Itẽ à cõmuni opi. potest recedi, si alia opi. esset humanior. vt Host. & Abb. in. c. 2. de cognatio. spirituali. in verbo, humanitatis. Sed hoc non tenetur per Alex. in. d. l. cum prolatis. Quia quãdo opiniones sunt pares, amplectẽda est humanior, vt in. l. maiores. ff. de pactis. & tex. in. d. c. 2. de cog. spiritu. Non obstat, quia loquitur in Papa habente potestatem legis condendę: & ideo talem opinionẽ eligere potest. Et idem, quod Alexã. in. d. l. prolatis. tenet Abb. in. d. c. 1. de cõstitu. in fi. vbi ait ꝙ cõmunis opi. est sequẽda, nisi sit euidenter falsa, vel possit conuinci probabilibus rationibus. quod dicit esse notandum. Ad hoc dicit, ꝙ solet allegari tex. in. l. 1. C. de veteri iure enucle. versi. sed nec. vbi ait text. quòd ex multitudine authorum nõ est iudicandum: quia posset vnius, & deterioris sentẽtia, multos, & maiores in aliqua parte superare: & sępe Deus reuelat paruulis, quod abscondit sapiẽtibus. ☞ Itẽ fallit, nisi contra cõmunem opi. sit glo. in cõtrariũ: quia authoritas glosse est maior, quã alioru doctorũ. vt Bar. in. l. vt vim. ff. de iusti. & iur. nu. 8. Et Bal. in. l. cũ hęreditas. C. depos. dicit, ꝙ authoritas glosse omnes alias antecedit. & Azo. & Accurs. glossatores habuerũt yllustre ingeniũ. vt tenet Bal. in tit. super lothari. in vsi. feudo. Et idẽ Bal. in. c. dilecti filij. de maio. & obed. dicit, ꝙ Accurs. glossator fuit vberrimus fons Iuris ciuilis. Et Cyn. in. l nam moritu rũ. C. de cõtrahẽ. & cõmit. stipul. appellat glossatorem idolũ suum. Et Iohã. butri. in. l. 1. C. qui pro sua iuris. dicit, quòd vbi cum glo. concordat aliquis doctor, illa opinio censetur cõmunis in iudicando. Et Bald. in. l. fi. §. necessitatem. 3. col. C. dẽ bonisque liberis. dicit, Adhæreas carrotio veritatis, ideſt glossatori, & in perpetuum non errabis. Et in authenti. cessante. 13. colũ. C. de legiti. hæredibus. dicit, quòd in consulendo timet recedere à glos. Vide latè de hoc Ias. in dicta. l. vt vim. ff. de iustitia & iur. nume. 34. ☞ Vid. tu quoque Iohan. Fab. in. §. pupillus. Institu. de inutilibus stipula. vbi dicit, quòd in curia ecclesiastica opinio glossæ, & Innocen. adoratur vt idolum: & quòd in iudicando, & consulendo sequenda est glossa, & hoc est tenendum secundùm Ias. vbi suprà. numero. 34. licet solus Abb. teneat contrarium in. d. cap. capellanus. de feriis. in. 4. notabil. ☞ Sed limita, nisi habeas glossas contrarias, secundùm Iasonem vbi suprà, allegando Bald. in dicto cap. 1. de constit. 4. col. quia tunc authoritas plurium glossarum vincit vnam, secundùm Baldũ in. l. precibus. 15. colũ. C. de impube. & aliis substit. sicut duo vincula magis stringunt, quã vnũ. vt in authen. Ita. C. communia, de succesio. Et sic dum ego inuenio glos. maximè Bernardi, & decreti, eam sequor. Vide tu additio. ad Abb. in dict. cap. 1. de constitu. in additione, quæ est in nume. 15. in parte, sed nec. vbi istas fallentias firmat. & vide quoque Salycet. in. l. tradi. C. de pactis. ☞ Quoque limita, quòd communis opin. est sequenda, quando fundatur ex casu legis. vt tenet Ias. in. l. illam. C. de colla. nume. 9. quòd possumus iudicare contra cõmunem opini. si non habet casum legis, vel verè non probatur, secundũ Anto. de Butri. in cap. tua nos. col. 2. de vsu. & Barba. in consilio. 10. in secundo volumi. vlti. col. quod Iaso. vbi suprà, dicit esse notandum. ☞ Item limitatur, nisi opinio singularis vnius doctoris, vel minoris partis, esset pro matrimonio, quia illi statur contra communem. vt Hostien. in cap. si vir. de cognatio. spiritua. & Iohan. de Imol. in. l. 1. secũda col. ff. solut. matrimon. Andre. Siculus Barba. tantùm in consili. 3. penultima col. versicu. nec obstat. hoc intelligit, nisi opinio verior, & approbatior esset in contrariũ, quia tunc non debet iudicari pro matrimonio, vt dicit probari text. singulari. in. l. si pars. ff. de inofficio. testamen. & dicit quòd hoc sequitur omnis prudentia iuris. ☞ Quoque limitatur, nisi esset opini. Archidiaconi suprà. 6. quæ prævalet aliis, secundùm Rotam. decisio. 348. in antiquis. ☞ Limita item, nisi vna opinio faueat potestati clauium, quia prævalet non fauentibus. Hostien. in capi. Rursus. qui cleri. vel vouẽ. ☞ Item limita, nisi talis singularis opi: quæ est contra cõmunem, esset in fauorem libertatis, & testamẽti, & similibus fauorabilibus causis, tunc enim prævalet dicta opinio contra communem. tenet Andre. Siculus Barba. in consilio. 70. incipiente, Scriptum est. & tenet Zachari. in additio. ad Abb. in cap. 1. de constitu. ☞ Vbi quoque limitat, nisi consuetudo obstaret cõmuni opinioni, vt in Hispania nostra, & Anglia, in quibus si doctores sunt diuersi, aut contrarij, statur opinioni Barto. quanuis communis sit in contrarium. vt Iohan. Baptista de Gazalup. de sancto Seuerino, in suo tractatu de

modo

modo ſtudendi. & eſt tex. in l. 6. tit. 4. de las leyes. lib. 1. in ord. rega. vbi ait, que no ſe ha de alegar glo. ni dicho de doctor de aquellos, que fueró deſpues de Bar. & Io. An. & tex. in l. 74. in le gib⁹ de Madrid, in antiqs, vbi habetur, ꝙ in materia canonica præferatur opi. Io. An. & poſt eũ ſequatur opi. Abb. ſicul. & in materia legali p̃ferat opi. Bart. & in ſuum defectum ſequatur opi. Bal. ſed iam iſtæ leges ſunt correctæ per tex. in l. 1. de Toro. ver. Y por quãto nos ouimos hecho. Et ſic, ꝙ nec opi. Bar. Bal. nec Iohã. An. nec Abb. debet ſtari, ſed bene poſſũt allegari vt alij doct. & cõmentatores: quas fallentias quoq; ponit Feli. in dict. capit. 1. de conſtitu. colum. 38. Et Iohã. de Nauozinis in ſua Sylua nuptiali. in. 5. libro mirabiliter examinat: vbi quoque ponit has limitationes, & ampliationes, & in. 6. libro.

¶ Ex quibus Fallentiis Feli. vbi ſuprà in dict. c. 1. infert quinque notabilia. ¶ Primum, vt non
16 ſtetur magno commentatori, † niſi probet opinionem ſuam per authenticam ſcripturam. vt Archidi. in. c. nolite. 11. queſt. 3. Et per illum tex. inducit contra ſcholares, dicentes, hæc eſt communis opi. & Cardi. in conſilio. 78. loquẽdo de Iohan. Andr. quòd nec ſibi, nec alteri voluit vnquam in opinionibus credere, niſi inquantum eum vrgeat ratio. ¶ Secundum, quòd quando ſunt opiniones inde probabiles, laudatur iudex,
17 † qui diuidit per medium materiam diuiſibilẽ.
18 ¶ Tertium, quòd lex habens † duos intellectus, non poteſt allegari deciſionem eſſe tanquã. l. ſecundũ Bal. in. l. in ambiguo. ff. de rebus dubiis.
19 ¶ Quartum, quòd quando glo. † vel alius refert plures opiniones, præſumitur in dubio approbare vltimam gloſ. in. l. qui filium. §. ſabinus. ff. ad Trebellia. & alia iura ibi per. d. Feli. allega. & Bal. in. c. 1. an apud iudi. in vſi. feudo. & eſt gloſſ. vnica in. c. ſuper inordinata. de præbẽ. & Bart. in. l. bona fides. ff. depoſi. Angel. in. §. item prætium. Inſtitu. de emptio. & vendi. & Iaſ. latè in l. pacta nouiſsima. C. de pactis. nu. 6. & Montal. in glo. ordi. in parte, reſcripta. per. l. ſi idem. §. ſi. ff. de iuri. omn. iudi. & per. d. l. qui filiũ. ¶ Quin-
20 tum, † quòd iudex, qui imitatur opinionem magiſtri ſui, excuſatur in ſyndicatu. Abb. in ca. 1. 7. col. de poſtula. prela. Ang. in. l. terminato. C. de fructibus & litis expenſ. quia tenetur diſcipulus defendere opinionem magiſtri, niſi veritati repugnet, iuxta illud philoſo. Amicus Socrates, Amicus Plato, magis amica veritas, ſe-
21 cundùm Feli. vbi ſuprà. ¶ Sextum, † quòd ſententia lata contra communem opinionem, non eſt ipſo iure nulla, ſicut lata contra legem. ſecundùm Angel. poſt Imol. in. l. qui Romæ. §. duo fratres. ff de verbo. obligatio. ¶ Quia ſuprà in. 5. notabili dixi, quòd iudex excuſatur
22 ſequendo opinionem magiſtri, † facit in ſimili, quia opinio doctoris excuſat ab expenſis. doctores in capitulo. vt debitus. de appella. Cardina in cle. ſecunda, de magiſtris. Bald. in authentica. generaliter. C. de epiſcopis & cleri. per Barto. in. l. bonorum. ff. de bonorum poſſ. titul. generali, Alexand. in. l. iuris. C. qui admitt. numero. 3. vbi dicit eſſe verum, quando conſuluit bonum doctorem, ſecus ſi malum: & quando non eſt in populo, vel ciuitate, niſi vnus: ſecus ſi ſunt plures. Idem dicit de doctore, qui nõ excuſatur, ſi credidit alio doctori, malè conſulenti. & tenet Angelus in. l. ſi conuenerit. ff. de re iudicata. ¶ Quoque intellige verum, quando talis opinio doctoris eſt approbata pro communi opinione ſecundùm Philippum francũ, in dict. capitulo. vt debitus. de appella. ¶ Idem requiritur, quòd non ſit opinio doctoris, qui præſtitit patrocinium in cauſa, quia tunc non excuſatur: ſed ſi non præſtitiſſet patrocinium in cauſa, & in cauſa conſuluit, eius opinio excuſat. vt voluit Alexand. in dicta. l. iuris. numero. 3. ¶ Idem dic, quòd opinio doctoris excuſat à culpa. vt Paul. de Caſtro, in conſilio 87. Quod intellige ſecundùm Alexand. vbi ſuprà, quando conſuluit doctorem peritiorem: Quia vt dicit Angelus in. l. plagij. C. ad. l. plagi. de plagiar. quòd ille qui conſuluit doctorem, qui non erat de peritioribus, & ab eo habuit malum conſilium, & ſecutus eſt illud, excuſatur à dolo, ſed non excuſatur à temeritate, ſeu culpa, quod eſt menti tenendum ſecundùm Alexand. vbi ſuprà. ¶ Quinimo opinio multorum doctorum excuſaret etiam in foro conſcientiæ. tenet Paul. de Caſtro in conſilio 19. columna. 4. ſentit Innoc. in capitulo, nec inniatis, de conſtitu. ¶ Quòd opin. doctoris excuſet, Anto. Fran. in additio. ad Abb. in capitu. finẽ litibus. de dolo & cõtum. in additione, quę eſt in numero. 23. putat hoc eſſe verum, maximè ſi eſt opini. Iohan. Andre. quia ipſe fuit lumen iuris canonici, vt voluit Bald. in capitul. olim. de re iudi. vel ſi eſſet opinio gloſſ. aut Innoc. vt Iohan. de Imol. in capitulo. cùm contingat. de iure iuran. 5. charta. De quo dvi. Iaſ. in. l. properandum. §. ſi nt autem alterutra. C. de iudic. columna. 3. verſiculo, tantum in hac materia. nume. 16. cum ſequentibus, vbi latiſsimè.

¶ Supradicta regula, quòd cõmunis opi. eſt ſe-
23 quenda, fallit in arbitro, † qui poteſt iudicare

ſuo

suo sensu, secundùm Iohan. Andr. in d. c. 1. de cõstitu. & gloss. fi. ibi per. l. qualem. ff. de arbitris. Quod est verum, nisi in sententia arbitri esset expressus error iuris: per id, quod notatur in. l. apud Celsum. §. Item quæritur. ff. de doli exceptione. secundùm Imol. in. d. capi. 1. vel nisi expresse fuisset dictum in compromisso, quòd iudicaret de iure. secundùm Bar. in. l. diem perferri. §. stari. ff. de arbi. & per Feli. in cap. cum dilecta. de rescrip. vel nisi sit arbiter iuris, qui debet pronuntiare secundùm iura, ex quo potest appellari ab eius sententia. vt Bart. in. l. fi. C. de iudic. & Anchara. in capitu. ab arbitris. de offi. de
24 lega. ☞ Sed ego consulo † iudicibus ordinariis, & delegatis, vt quando in iudicando occurrit casus dubius, aut contrariæ opiniones, sequantur consilium Abb in dict. cap. 1. de constitu. versi. & vt habeas perfectè, quod per te vide. num. 14.

25 ☞ Attamen iudex in primis aduertat † ad vires ingenij sui: quia magistratus virum extendit, vt ethicorum tex. commen. 9. & Aegidius de regimi. principi. libr. 3. part. 1. capitulo. 13. & fuit originale dictum Pictaci, vt refert Margarita poetarum in dictis Laertij. vt sit idoneus ad litis decisionem secundùm humanam fragilitatem. vt in. l. si quid venditor. ff. de ædilitio edicto. & Feli. in cap. per tuas. de simo. nam in puncto subtili recusari potest. vt Ias. in. l. apertissimi. C. de iudi. & si dubitet, conferat se cum peritioribus, vt Panor. in capi. 1. vlti. notabi. de consangui. & affinit. ☞ Iohan. porchus in. l. imperi-
26 tia. ff. de regul. iuris. enumerat sex † requisita in iudice, scilicet debet habere peritiam, bonitatẽ, constantiam, diligentiam, eloquentiam, & prudentiam, & semper debet habere iustitiam ante oculos. vt Bal. in quæst. quæ incipit, Accusatus de vi. turb. colum. pe. Et veritas, & æquitas sunt duo lapides angulares, quos debet seruare iudex. vt Bal. in cap. qui cõtra. de probat. Et in iudicando conetur totis viribus se intricare inter medullas negotij, & aperiat oculos intellectus ad finem dirigere: qui oculi, nõ debent esse pro vna die, nec pro vna conclusione, sed talis iudex totum processum debet considerare quòd principium cum fine, & finis in suum principium. Recto procedat ordine, vt sit alpha, & o. principium, & finis, id est quòd conclusio, & conclusum, cõuertantur sicut diffinitio & diffinitum: & ex persona actoris, metiatur actionem: & ex persona rei, metiatur exceptionem. vt Bald. in l. emilius. in repet. 10. col. ff. de minori. ☞ Quia
27 debet iudex cogitare, quòd si malè iudicat, † plꝰ perdit, quàm pars, quã iniquè condemnat: quia pars aliquid solùm de facultatibus suis perdit, sed iudex honorem perdit, & animam: quia tenetur ad dãna, & interesse vtrique parti. vt Alberi. in dictionã. suo. in versi. iude. c. rosarium. in 1. parte sermo. 25. litera. §. incipiente, Tertiò. 1. parte. & sic est deterius, quàm fœnerari. nã fœnerator restituendo quod accepit, potest sperare misericordiam à Deo: sed iudex corruptus pro decem ducatis, non poterit absolui, nisi restituat damna, & interesse, quæ ascendent fortè ad mille. Tenet Sylua nuptia. in. d. §. libro. folio 232. colum. 3. & sic quòd fideliter agere et exercere debet officium, vt in nostro text. cauetur.

28 ☞ Sed quæritur, an iudex negligens, † puniatur sicut si iudicat contra conscientiam? dic, q̃ iudex negligens in administranda iustitia, tenetur actione in factum quasi ex maleficio. Barto. in. l. fi. ff. de vari. et extraordi. cog. versi. quæro: et ibi ponit casus, in quibus iudex dicitur negligens. Angel. in. l. dies cautioni. §. in eum. ponit alios quatuor. et in. §. duas ergo. ei⁹. l. ff. de dãno infecto. ☞ Qui sunt, si est negligens facere fieri cautionem, aut aliquid, quod ipse facere potest, et cognitio, actio in factũ, et missio in possessionem. ☞ An extra istos casus teneatur semper actione in factum ad verum interesse partis, iudex qui negligens fuit? tene quòd sic, vt tenet Alex. in. d. §. in eum. Quia cum talis iudex propter negligentiam possit accusari criminaliter, vt in authentica vt differt iudi. post principiũ. ergo debet competere etiam ciuilis actio in factũ ad interesse partis. vt in. l. ne quiquã. et ibi glo. pe. ff. pro socio. et in. l. qui nomine. ff. de falsis. non autem tenebitur ex tit. posito. institu. de obliga. quæ ex quasi delicto nas. in princi. et in dict. l. fin. quia illa iura prouident in iudice per imperitiam malè iudicante, scilicet, quòd teneatur quãtum religioni alterius iudicantis æquũ videbitur secundũ docto. in. d. l. fi. Et vi. Bald. in capi. quoniam contra. de proba. 8. colum. versic. quæro an iudex. vbi tenet, quòd ex qualibet culpa iudex facit litem suam, licet hoc committatur arbitrio iudicis. gloss. tamen in capitu. hoc etiam. 2. quæst. 6. et in. l. nõ quicquid. §. 1. ff. de iudic. tenet, q̃ imò iudex negligens teneatur ex illo titulo. de obligatio. quæ ex quasi delict. nascuntur. in princi. Et Ias. sequitur istas gloss. in. §. præterea. institu. de actio. 3. col. nume. 11. et. 12. cũ sequentibus. vbi alia iura allegat, et dicit, q̃ iudex negligens administrare iustitiam, etiã facit litem suam, sicut faciendo, et sic malè iudicando firmat Angel. singulariter in authentica scenicas non solùm. ad finem. §. colum. Et istam opi.

tenet

tenet Paris de put.in tract. syndicat ver. iudex vt non arguatur.folio.176.num.9. Et est glol.in l.argentarius.§.cùm autem.ff.de edendo. in ver ficul.de iudice.vbi ait, quòd iudex negligens, tenetur ex illo tit.de obliga.quæ ex quasi delic. nasc.& gloss.in.l.si quis in conscribendo.C.de pactis.in gloss.final.& in.l. si quando. C. de test. ☞ Sed Iohannes de Imola, in dicta.l.dies cautioni.§.in eum, ff.de damno infecto.dicit, quòd non est verum,quòd ex isto titulo teneatur. & stat cum opinion. Bartol. quòd solùm teneatur ad actionem in factum. & idem videtur tenere glossa in capitulo quoniam contra. de probatio.in glossa penultima. & idem tenet Bartol.in.l.prima.C. quomodo, & quando iudic.in.§.cùm autem. & in .l.mancipia.C. de seruis fugi.& tenet Montal. in.l. 24. titulo 22.parti.3. vbi tenet, quòd ex negligentia non poterit iudex criminaliter condēnari, ciuiliter autē sic,ad interesse partis:quia negligētia in magistratu, est lata culpa.per.d.§. in eum. Et certè illa gloss. in dicto capitulo.quoniam contra. in verbo,negligentiam.est singula.vbi expressè tenet, quòd si culpa, vel negligentia iudic. pars aliqua damnum incurrat, iudex totum resarciet: & sic, quòd iudex, qui negligit iustitiam facere, litem suam facit:vt in capitulo dominus noster.23.quæstione.2. Et sic expresse illa gloss.tenet negligentiam in iudice, culpæ æquiparari, & rectè loquitur: & idem habetur in dict.capitu.cùm eterni.de re iudi.in.6. & in dict.§.præterea.quod non solùm habet locum in iudice corporis,sed etiā in iudice animę. vt est tex.& ibi notatur in capitul.ex iniuncto. de hæreti.& est textus mirabilis,& terribilis in suis verbis,in capit.fin.de celebra.missa. & facit glos.in capitu.officium.de offi.archipresby. in verbo,sine confesione. vbi tenet,quòd si culpa, vel negligentia presbyteri moriatur infirmus sine confessione, reus erit animæ illius.vt in capitulo,si presbyter.& capit. cognouimus. 26.quæstio.6. ☞ Et sic ego teneo cum Iohan.de Imol.quòd solùm teneatur ad interesse, & non ex illo titul.de obliga. quæ ex quasi delict.nascun. & sic cum Bart.& Angel.& cum gloss.in dict.capit.quoniam contra. Quia gloss.in dicto ca.hoc etiam.& gloss.in dict.l.non quicquid.§.fina.non rectè probant,quòd teneatur ex illo titu:nec doctores in dict.titu.dicunt. ☞ Angel.tamen in dicta.l. mancipia. C.de seruis fugi. aliter distinguit,dicendo, quòd vbi pœna reperitur terminata ratione negligentię,tunc vera sit opi. Bar.quòd cōueniatur in factum ad interesse:sed vbi non reperitur terminata,tunc sit vera opin. glossæ in dict.§.cùm autem.l.primæ.C. quomodo, & quando iudex. & in.l.si quis in conscribendo. C.de pactis. & tunc debet attendi, si negligentia est dissoluta: quia esset propriè dolus, & tenebitur tunc in solidum. Aut annumeratur culpæ, tunc tenetur quantum iudici æquum videtur pro modo culpæ: quæ certè est bona distinctio. ☞ Vide tù Alexandrum in additio. ad Bartol. in dicta.l. fina. ff. de vari.& extraordina.cogni.vbi ait, quòd magis debet puniri negligens facere iustitiam, quàm malè iudicans: quia negligens indistinctè tenetur parti ad interesse, & sit ad veram estimationem litis. vt in dicto.§.in eum. Sed malè iudicans,si per imperitiam iudicauit, tenetur in quantum iudici æquum videbitur: quod minus videtur, quàm vera litis æstimatio. per.l.si filius.ff. de iudic. Et idem Alexand.in dicto.§.cùm autem.in fine.de damno infecto,ait, quòd si per imperitiam iudicauit, tenetur in quantum bono viro visum fuerit, qui habet condemnare ad totum interesse, vel minus, secundùm qualitatem culpæ. ☞ Ratio huius potest esse: quia negligens facere iustitiam, non videtur habere aliquam excusationem:sed ille, qui malè iudicat, & administrat, licet malè,si per imperitiam facit, magis videtur tolerandum. ☞ Sed debet videri ,an imperitia iudicantis fuit supina, quia tunc tenetur ad veram æstimationem. vt notat gloss.in dict. principio.institutio.de obligatio.quæ ex quasi delict.nasc.& tunc est idem, quod in negligente.Secus quando non fuit supina ignorantia, vt quia errauit in difficili lege.quæ opini. Alexandri videtur quoque bona. Et idem videtur tenere in dicto.§.in eum.numero.4.licet non clarè, vbi tenet, quòd sibi placet, quòd vbi non reperitur pœna determinata iudicis negligentis, debet attendi, an per imperitiam neglexerit facere iustitiam, & tunc tenetur ex illo titulo,de obligationi. quæ ex quasi delict. nasc.& quòd si errauit in articulo dubio & difficili, mitius teneatur,quàm si in re clara. ☞ Aut si dolosè denegauit facere iustitiam, seu dare audientiam, prout in dubio videtur, præsumendum scilicet,quòd dolo recusauerit. argumen. textus in.l.si procuratorem.§.dolo. & in l.dolus. ff. mandati. tunc tenetur indistinctè in solidum ad verum interesse. vt in dicta.l. si filius.ff. de iudic. & videtur esse de mente speculatoris in titulo de disputationi. & alle ga.§.final. versiculo.sed quid, si vellet supplere. ☞ Et

opinio auctoris

re. ℣ Et quòd iudex negligẽs teneatur ad interesse, indistincte est communis opinio, vt Ale. in additio. ad Bar. in. d. l. fi. ff. de vari. extraord. cog. in additione magna. in fine. & idem tenet Paris de put. in. d. tracta. syndi. in verbo, iudex vt non arguatur. num. 3. & singulariter Ludo. Roma. in consilio. 339. versi. quod ad secundum. vbi tenet, quòd contra regentem, seu iudicem denegantem, vel negligentem iustitiam facere, actio datur parti damnificatæ, quę recuperat ex iudicis facultatibus omnem iacturam sibi ex iudicis negligentia illatam. & est tex. qui idem tenet in. l. 8. titu. 7. for. ll. lib. 1. & ibi noster Montal. quem vi. Licet tex. in. l. 2. ti. 2. for. ll. lib. 2. videatur tenere contrarium scilicet quòd non teneatur ad pœnam propter negligentiam. Sed non est contra, imò est pro opi. Bart. & sequaciũ quòd non meretur pœnam, sed ad interesse tenetur, vt dictum est. ℣ Sed hoc fallit, quãdo pro eodem negotio potuisset adire plures iudices: quia si primus aditus neglexit facere iustitiam, non propterea facit litem suam, quasi non censeatur damnificare petentem, ex quo ad alium potuit habere recursum. tenet notabiliter Barto. in. d. l. dies cautioni. §. si tam vicini. ff. de damno infect. nume. 1. quod dicit esse notandum. Sed Angel. ibi dicit, ꝙ non credit esse verum dictũ Barto. quia postquam ille est aditus coram alio iudice, non debet reus vexari, vt in. l. 1. in fine. C. de assertio. tollen. & ei non est imputandum, si ad alium non recurrit. Nec obstat secundũ eũ dictum Barto. quia loquitur, & potest procedere, quando officium iudicis foret ordinatum, solùm in subsidium, & ob necessitatem alterius superioris, qui postea de facili non potest adiri. ℣ Tamen Alex. in. d. l. fi. ff. de vari. & extraord. cog. dicit, ꝙ re vera ille. §. si tam vicini. non probat dictum Bar. & . d. l. fina. C. de assertio. tollen. non facit: quia ibi iudex aditus non erat negligens, vt ibi per eum. & per Iohan. de Imol. & per eundem Alexan. in. d. §. si tam vicini. vbi idem tenet. & quoque Paul. de Castr. Sequitur omnino Angel. contra Bart. & dicit, ꝙ opi. Angel. est vera, in nume. 2. & non est tenenda limitatio Bart. & sic ꝙ ad totale interesse tenetur ex negligentia, quæ absorbet ius partis. ℣ Sed vide tu Amode. iusti. in tracta. syndica. colum. 18. versicu. optima conclusio. vbi transit cum dicto Bar. in. d, §. si tam vicini. & sic ꝙ non teneatur, si potest consequi ab alio iudice eius successore. Et hoc tenet, licet Ang. teneat contrarium. ℣ Tamen ego concordarem, ꝙ si ex negligentia in totum perditur ius partis, ita ꝙ ab alio iudice successore consequi nõ potest, ꝙ teneatur, & sic procedat dictum Angel. secus si à successore potest cõsequi, quia tunc nõ tenetur, & sic intelligatur dictum Bart. quæ mihi vera concordia videtur. ℣ Item dico, ꝙ ex negligentia ex qualibet parte litis, facit iudex litem suam, & tenetur ad interesse particulare. tenet Bal. in. l. si quãdo. C. de testibus. nu. 1. & in. d. l. argentariis. §. tunc. ℣ Et dicit idem Bal. in. l. non solũ. C. de commerc. & merci. per tex. ibi, ꝙ negligentia in iudice, facit eum puniri tanquam cõsocium criminis. ℣ Et Bart. & Iohan. de Pla. in. l. vnica. C. publicæ læti. lib. 12. dicũt, ꝙ officiales, qui maleficia dissimulatione non puniunt, sunt acriter puniendi. & idem tenet Iohan. de Plat. in. l. omnes iudices. C. de delatori. eod. lib. & tenet Paris de put. in tracta. synd. in parte, negligentia. nume. 9. folio. 164. Et plus tenet, ꝙ iudices negligentes in puniendis sceleratis, puniuntur sicut ipsi scelerati. per. l. fi. C. ne sacrum bapti. reite. & in. l. si quis in hoc genus. C. de episcopis & cleri. ℣ Talis enim negli
29 gentia debet probari, † quia pro officiali præsumitur, & nil præsumitur omittere. vt Bal. in. l. 2. C. qui accusar. non pos. & Abb. in cap. auferte. de præsumptio. num. 5. tenet, ꝙ tanta est iudicialis authoritas, ꝙ semper pro ipso præsumi debet ac, donec probetur aliquid legitimè cõtra ipsũ. vt in cap. in præsentia. de renuntiatio. in princ. & in cap. causam. de re iudi. ℣ Et Alex. in additio. ad Bart. in. l. herennius. §. gaza. ff. de euictio. tenet, ꝙ præsumitur iudicem suum officium recte exercuisse. vt in. d. c. in præsentia. & C. bonę memoriæ. de ele. & c. quoniam cõtra. de proba. vbi quoque dicitur, ꝙ præsumitur pro notario. vt notatur in. l. quotiens. in princi. ff. de hæredi. institu. ℣ Et ꝙ præsumatur pro iudice, tenet idem Iohan. de Plat. in. l. monetæ. C. de delato. lib. 10. num. 4. quia multum præsumitur pro eo, vt in. l. si quis. C. de officio ciuili. iudi. & Bal. in l. obseruare. §. proficisci. ff. de offi. proconsul. & leg. 10. q. & tenet Iaſ. in rub. C. vt omnes iudi. tam ciui. quàm cri. num. 7. ℣ Et facit, quia diceretur inquisitio scrupulosa, quãdo redarguitur quis de negligentia, seu culpa, & ista non debet exigi ab officialibus, nisi de imperitia: quia difficile esset omnia prouidere: vnde plurimi non syndicantur, nisi de furtis & barateriis. vt tenet Angel. & Paul. de Castro, in. l. si seruus vetuit. ff. de lega. 1. ℣ Et probationes cõtra officiales debent esse claræ, & euidentes: & ideo sacramentum in supplementum probationis in isto casu deferri non potest, nec debet. Et hoc potest esse, licet ipse non dicat: quia sufficit, ꝙ officialis præstet

præstet diligentiam, quam potest. vt in cle. 1. §. porrò. & ibi Cardi. de hæreticis. ☞ Et non solũ iudex dicitur negligens in supradictis, verum
30 etiam quando noluit † recipere libellum queri moniarum, & si non fecit restitui damna damnũ passo. vt Bal. in. d. l. mancipia. sed hoc intelligo, qñ petitũ est, vel delictum cõstat ex confessione rei, aliàs secus. vt Innoc. in ca. cùm oporteat. de accusa. & Bal. in. l. 2. ad finem. C. de edendo. & in repet. l. cunctos populos. C. de summa tri. & fid. catho. ver. incidẽter. & doctor del castillo in. l. 48. de Toro. in gl. a restituir. 3. col. & decisi. Tolos. 22. vbi quoque tenet, quòd licet quis fu-
31 stigetur † debet detineri in carcere, donec satisfaciat parti, & fisco, alias iudex de suo soluet. & vi. Pari. de put. in dict. tracta. syndi. in parte, sequitur modò alia quæstio. folio. 82. vbi de hoc. sed hodie fur non detinetur in carcere propter res furatas, per quandam pragmaticam factam per nostrum Charolum regem in inclyta Pincia. 18. die iunij. anno. 1538. vbi statuitur, quòd quando aliquæ personę fuerint in carcere detrusæ. & aliqua condemnatione affectæ propter furta, quę antea patrarunt, & in suis propriis personis ad veram executionem perductæ fuerint: nullaq; bona habuerint, quibus creditoribus satisfaciãt cedendo bonis, prædicti admittantur ad dictam cessionem bonorum, quanuis debitum à crimine, siue delicto dependeat. ☞ Sed hoc voluit intelligere Angel. in. l. 1. ff. de priua. delictis. quando processum est per viam inquisitiõis. secus si per viam accusationis: quia tunc si malefactor confessus est maleficiũ, & alia plura, vt in fure contingit, illa confessio soli accusatori prodest, & non aliis. secus si fuit processum per viam inquisitionis: quia quando per inquisitionem proceditur, omnibus furtum passis intelligitur facta confessio, ex quo est facta iudici inquirẽti, qui omnium personam repræsentat, secundùm Ioh. Andr. in additio. ad Specul. in tit. de accusa. §. 1. versi. quid si latro. ☞ Quoque dicitur iudex negligens in iustitia administranda, quãdo remit-
32 tit partes † ad arbitrũ, adeò, quòd potest cõuenire ad omne damnum & interesse, puta quando iudex, qui partem coram eo iustitiam prosequi volentem pronuntiando remisit causam ad arbitrum, non dicitur facere iustitiam, sed neglexisse: quia eo ipso, ꝙ vna ex partibus, spreto arbitro, apud iudicem causam prosequitur, compromissum dissolutum esse censetur: quia est in potestate vnius compromittentium compromissum soluere per accessum ad iudicem, dum tamen pœnam in compromisso adiectam soluat, in qua ex hoc incidisse censetur. vt in. l. sed si in seruum. §. fi. cum. l. sequenti. ff. de arbitris. & sic potest redire ad iudicem, si talis iudex remittit ad arbitrum, est in negligentia. & casus expressus in. l. si cùm dies. §. quęsitum. ff. de arbitris. vbi cauetur, ꝙ si arbiter, coram quo pars intẽdit suã iustitiã prosequi, pronuntiat partem redire debere ad iudicem, vel rem compromissuram in alium arbitrum, coram quorum altero iustitiam consequatur, non censetur arbiter pronuntiasse, sed potius pronuntiare neglexit. & huius est ratio secundũ text. ibi, & in. l. qualẽ. §. dicere. eo. tit. quia officium arbitri est sua sententia totalẽ finem imponere controuersię: sed ista sententia, per quam pronuntiat coram alio litigandum esse, controuersię finem non imponit, sed coram alio nouæ litis suscitationem inducit. ☞ Ita igitur in proposito, cuius incumbit officio finem imponere liti. l. quidam æstimauerunt. cum similibus. ff. si cert. petat. pronuntians se exonerando, cùm dicit super ea re coram arbitro litigandum esse, non dicitur iustitiam fecisse, nec finem liti imposuisse, sed imponere neglexisset: quia non totalem finem liti dedit, imò controuersiæ nouam suscitationem coram alio fieri voluit. vt est casus huius quæstionis in dicto. §. quęsitum. prout tenet singulariter Ludouic. Roma. in consilio. 339. quem vide. ☞ Tu tene regulam generalem, quòd iudex dicitur negligens, quando non procedit in causis, in quibus tenetur procedere ex officio suo. vt Bal. in. l. gallus. in principio. ff. de libe. & posthum. vbi si potestas tenetur inquirere, & non inquirat, tenetur de negligentia. Et Iohannes de Imola quoque ibi dicit, quòd cùm potestas teneat ex necessitate officij purgare prouinciam malis hominibus. vt in. l. congruit. ff. de offici. præsi. necessariò sequitur, quòd verbum, potest, importat eandem necessitatem: & ideo si fuerit negligens, tenetur de negligentia in syndicatu. & idem tenet Paris de put. in tracta. syndi. in. d. ver. negligentia. nu. 8. Et Ale. in. d. l. gallus. num. 4. vult tenere contra Bal. dicendo, ꝙ regulariter procedi non potest per viam inquisitionis. vt in. l. rescripto. §. si quis accusatione. ff. de muneri. & hono. & in. l. 2. §. si publico. ff. de adulte. Tamen Alex. ibi dicit, ꝙ dictum Bal. in se est verũ, quãdo lex ꝓcedit per modũ regulæ, & nõ per modũ fallẽtiæ. & Ias. quoq; ibi sequitur dictũ Bal. licet cõtra eũ opponat: quia ibi loquitur in statuto, qđ loquitur ꝓ verbũ. põt, ꝙ nõ importat necessitatem: secus in lege, quę inducit necessitatẽ. vt in. c. 1. de cõstitu. & vbi suprà

per eos

per eos. ☞ Et licet glo.in di.§.si publico.in verbo,sine accusatore,ponat casus,in quibus iudex potest ex officio procedere,scilicet in crimine suspe.tuto.& in charta falsa,& in calūniatore, & in falso, & in notorio, & regulariter sit contra:tamen Bar.& Ang.ibi dicunt,quòd nō sunt fallētiæ: quia veritas est,q̄ inquisitio nō solùm potest fieri ad delicta inuenienda, verum etiam ad puniēda.& Bart.ibi dat regulas. ☞ Prima,q̄ iudex pōt inquirere per denūtiationē officialis.vt in.l.ea quidē.C.de accusatio.& in.l. diuus.ff.de custo.re. ☞ Secunda,quòd iudex potest inquirere propter incidentem cognitionē: quia vbicunque iudex incidenter cognouit de crimine,potest de eo cognoscere per inquisitionem.vt in dict.§.si publico. ☞ Tertia est,quòd iudex potest per inquisitionem procedere,propter generalem inquisitionem præcedentem, vbicunque iudex in generali inquisitione comperit aliquem deliquisse, in eodem casu potest ad inquisitionem specialem descendere, & reū condemnare.& ita intelligitur dict.l.congruit. de quo latè per Fran.de are.in capit.qualiter, & quando.el.2.de accusa.§.debet.colum.7.versic. super prima.q.Bar.& Barto.in.l.3.§.præterea.ff. de suspe.tuto. ☞ Quarta est,quòd ꝓpter magnū dolorē,seu magnā offensam vbicunque cōmitti tur crimen coram iudice, de illo per specialem inquisitionem potest procedere. vt probatur in calumniatore.vt in.l.1.C.de calūnia.& in falso teste.vt in.l.nullum.C.de test.& cùm falsum instrumentum coram iudice produxit.vt in.l. pe.C.de probatio.& idem est in aliis delictis,si committūtur coram iudice. vt in.l.eos.ff.de falsis.& de eis per Barto.ibi. ☞ Quinto est propter immensum crimen.Sunt enim quædam delicta enormia,in quibus potest quis accusare sine metu calumniæ, vt in falsa moneta, & in crimine maiestatus, & in omnibus aliis, in quibus sine metu calumniæ potest quis accusari,in illis potest iudex inquirere & inquirendo iudex habet magis largas habenas,quàm credatis. & hoc de iure communi secundùm Bart. & Angel. in dict.§. si publico. ☞ Sed iam hodie de nostro iure regio per quandam pragmaticam factam per nostrum regem Carolum iubetur, quòd iudices ex officio procedentes,vel à querelis partibus desistentibus,non procedant in casibus leuibus. ☞ Tamē ego in omnibus delictis,quę ad meam notitiam veniunt, habita informatione, iubeo delinquentes capere: & capti, facio partem requirere,vel dum in absentia procedo, & 34 eam interrogare,† si vult accusare delinquentē, compareat infra triduum, aliàs pro non parte pronuntiabitur,& in causa procedam,faciendo iustitiam:& tunc si offensus est in mora,vel dixit se nolle accusare,procedo per inquisitionem aliter, non facta ista requisitione,iudex non potest procedere ex officio suo. Ita dixit glo.nota bi.in cap.presbyter si à plebe.2.quæst.4. Quam pro singul.commen. Bal.in.l.senatus. C.qui accusa.non pos.dicens,quòd ratio est: quia præfe rendus est,qui maius ius habet. Idem tenet Ce pol.per illam glo,in cautel.27. incipiente, Tu scis.& tenet Hippolyt.de Marsi.in sua practi. cri.§.constante.num.39.& in consilio.53.nume. 10.& in consilio.35.nu.7.& in consilio.135.nu. 7.& in.l.vnius facinoris.§.cogniturum.nume. 46.ff.de quæstio. ☞ Aliàs sententia lata, offenso non requisito,non præiudicaret offenso,& iudex tenetur in syndicatu,si absoluit delinquentem. Ita tenet Paris de put.in dict.tracta.syndica.in parte, dicit constitutio regni.num.10.folio.137. ☞ Supradicta intelligo in criminalibus, in quibus iudex inquirens pro offensa alteri facta,dicitur assumere partē accusatoris.vt Bart. in dict.§.si publico.& Bal.in.d.l.negāda. C.qui accusa.non pos.& in.l.15.qui reus.ff.de publi.iudic.& Paris de put.ibi suprà.nu.9. ☞ Secus est in ciuilibus, in quibus iudex † de negando offi 35 cium suum,parti non tenetur in syndicatu,licet à tali denegatione possit appellari,si multùm lędat.Ita Ias.in.§.supereſt.institu.de actio.nu.66. & idem tenet ibi Angel.num.6.&.7. Et idem tenet Paris de put.in dicto tracta,syndicatus.in parte,iudex,qui potest ex officio suo aliquid facere.folio.193.allegando Angel.in.l.iustitia.ff. de iusti.& iure. vbi idem tenet:& plus dicit, q̄ in commissis arbitrio iudicis,non potest appellari.vt penè in capitulo.2.de iura.calum.& Iohā.de Imo.in.l.2.ff.de pub.iud.Quod est verū, vt Ias.vbi suprà,quādo residet in mero arbitrio: quia tūc denegādo, nō dicitur grauare partem, & quando iudex parum lædit,secus si nimis.& opi.Ias.tenet Abb.in capitulo.1.de dilatio.nu. 7.& in capitulo.ex parte,de test.nume.8.& in capitulo.præterea,eodem tit.De quo vi.Innoc. in capitu.fina.de feriis.vbi dicit, q̄ sic debet intelligi.& Paul.de Castr.in.l.videamus.§.fin.ff. de in lit.iura.& Hippolyt.de Mar.in.l. quæstionis modum.ff.de quæstio.num.66. ☞ De quo articulo,an si iudex excusetur, si malè arbitratur, vi.dictum Pari.de put.in dict.tracta.in parte,arbitrium.folio.52.& in parte. potestas.folio.56. Et quia in casibus qui relinquuntur arbitrio iudicis, quos ponit ad longum dictus Hippolyt: in.d.

nota bene

in.d.l. quæſtionis modum.in principio. ff. de quæſtio.& Bald.in ſua practica,in titul. de officio iudic.& Segura in repeti.l.primæ.§.ſi vir.ff. de acquiren.poſſe.columna prima. folio.13.iudex ipſe nõ tenetur reddere rationẽ de eo,quod facit. ſecundùm Iohan. Andre.in rub.de offici.
36 delega.¶ Ita nec ipſe iudex †poteſt redargui de eo, quod facit in ipſis: quia ſemper præſumitur moueri ex iuſta cauſa. vt Innoc.in capitulo qualiter & quãdo.el.2.de accuſa.tenet ſingulariter dictus Hippolytus de Marſi.in dict.l. quæſtionis modum.nume.65. ¶ Alios caſus,in quibus iudex dicitur negligens,vi.per dictum Pari.de put.in dict.tracta.ſyndi.in parte,negligentia.per diſcurſum. ¶ Sed qualiter probetur negli
37 gentia † alicuius iudic.dic breuiter, quòd ſi tenebatur ad aliquod factum limitatum certo loco & tempore, probato, quòd id non fecerit, probata eſt negligentia. Iſte eſt textus.in.l.3.§. ſi ad idem.ff.de re mili. ¶ Et in ſimili ſi aliquis colonus conduxit aliquam poſſeſsionem per quinque annos, & in iſtis quinque annis debet vites alleuiare, & hoc nõ facit,probata eſt negligentia ſua:ſi autem tenetur ad aliquod factum in genere non limitatum certo loco & tempore,& tunc diuerſi ſunt modi probandi negligentiam prout tenet Lanfran.de oria.in repet.cap. quoniam contra.de probatio.in parte,teſtium depoſitiones.nume.187.& ibi ponit quid debet probare ad obuiandum negligentiam. ¶ Sed quia ſuprà dixi,qua pœna iudex negligẽs punitur.
38 ¶ Quæritur an perdat ſalarium † propter ſuam negligentiam. Iaſ.in.§.præterea. Inſtitu.de actio. columna.3. nume.14.tenet quòd ſic, allegando Angel.in.l.ſi vacantia.C.de bonis vacan.lib.10. & licet Iaſ.non alleget,eſt tex.expreſſus in.l.iudices.C.de anno.&tribu.lib.10. qui idem tenet & Montal.in gloſ.ordin.regali.in parte,iudex. & Bart.in.l.Meuia.ff.de annuis legatis.idẽ Bar. & plat.in dict.l.iudices. Et ratio huius eſt ſecũdùm Plat.ibi,quia huiuſmodi negligẽtia eſt lata culpa,& dolus præſumptus.vt in.l.dolus.ff. mandati.& eſt textus quoque expreſſus, quòd perdat ſalarium in.l.fi.in fine.C.de veſti.& olori.lib.11.Sed Barto.& plat.ibi dicunt eſſe ſpeciale in negligentia adhibita circa executionem tributorũ,& aliarũ exactionũ fiſcaliũ,ppter magnum periculũ, quod inde ſequitur. Sed in iudicibus prætoribus,& Correctoribus diſtinguitur: quia propter negligentiam commiſſam in officio non priuatur iudex toto ſalario, niſi quãdo negligentia reſpicit totum tempus officij:aliàs autem pro parte temporis,qua non fuit negligens,ſalarium debetur. argu.in.l.ſi fundum. in verbo ſimpliciter.ff.locati.& ita tenet Barto. in.d.l.Meuia.& Barto. & Plat.in.d.l.iudices.& quoque Paris de put.in. d.tracta.in parte, contra magiſtratum. numero.5. folio.178.vbi quo-
39 que ita intelligit. ¶ Idem eſt in tutore,† vel curatore: quia propter negligentiam perdit commodum,ſeu ſalarium,quod habet.vt gloſſ.in.d. l.iudices. Quod facit ad.l.2.titul.7.for.ll.lib.3. vbi tutores ratione laborum debent habere decimam partem fructuum rerum minorum, quia amittunt iſtam partem,ſi ſunt negligentes in totũ:& ſi pro parte tẽporis,pro ea parte amittunt, pro qua fuerunt negligentes, vt ſuprà dictum
40 eſt. ¶ Corrector tamẽ ſeu alius officialis † remotus ab officio,propter culpam non debet habere ſalarium.notat Bal.in.l. Nenſenius. ff.de excuſa.tato.& Montal.in gloſ.ordina.regal.in parte,Corrector.& in dict.l.iudices.C.de anno. & trib.lib.10. ¶ Sed ſciendum eſt, an iudex, vel alius officialis remoueri poteſt ab officio pro-
41 pter negligentiam. † Paris de put.in dict.tra.ſindi.in parte, qualiter arguatur.folio.179.numer. 7.dicit,quòd non remouetur,ſed tenetur in ſyndicatu, allegando Bald.in dicta.l mancipia. C. de ſerui.fugiti.vbi Bald.diſtinguit, dicendo, q officialis perpetuus non debet deponi, niſi culpa inducat depoſitionem, vt quia deliquit in officio.vt de ſuſceptori.& areha.l.fi.& talis dicitur extinctus,& nũquam ad officium redire poteſt.vt in authentica de armis.in fine.colla.7. ¶ Aut eſt officium ad tempus, vt officium poteſtatis, & tunc propter enormia ceſſari poteſt. vt in.l.finali.C. ad.l. Iuliam repet. ſed hoc ſolummodo debet facere, & remouere ſuperior. vt in authentica de defenſo. ciuit.§.interdum, Pro minoribus autem culpis non deponitur ab officio,ſed punitur tempore ſyndicatus. vt in.l.prima.C.vt omnes iudi. tam ciui.quàm cri. ¶ Et Iohan.de pla.in dict.l.iudices. nu.2.dicit,quòd poteſtas,vel alius officialis,qui eſt negligens in officio,poteſt propter negligentiam, & etiam propter ſuſpicionem remoueri, & ſalario priuari. ¶ Sed inquãtum tenet,quòd propter ſuſpicionem poteſt iudex remoueri, non dicit verum, quia non remouetur, ſed alius iudex ſibi adiungitur. vt cauetur in.l.prima titul. 5.lib.3.in ordin.regali.& in.l.apertiſsimi.C.de iudi. Et tenet idem Plate.in.l.nulli ſcriniario. C.de numerariis actuari. lib. 12.numero.3.vbi ait, quòd idem eſt in tabellione, quòd quando reculatur, non remouetur in totum, ſed datur ſibi adiunctus, vt fit de iudice ordinario,

& ſic

& sic seruatur consuetudo, vt ibi tenet. Idē tenet Montal. in glo. ord. in parte, tabellio. ☞ Bal. quo que in dict. l. manc: pia. dicit, quòd iudices maio res propter enormia delicta in officio commissa remouētur, propter leuia, & minores culpas ex pectatur tēpus syndicatus. Officiales verò mino res de facili possunt remoueri. vt in. l. 2. C. de sportul. & in. l. nam & magistratus. ff. de iniuri. vt tenet. d. Ioh. de Plat. in. d. l. iudices. ☞ Vbi dicit idem esse in famulo, & stipēdiario inobediente, & negligente. Tamen in casu. l. fina. ad. l. iuli. repet. potest remoueri Corrector propter delictum. vt notat Barto. in. l. libertus. §. in quæstionibus. ff. ad municipal. ☞ Et illud, quod est dictum, quòd ex negligentia nō remoueatur, in tellige nisi sit negligens ex culpa, quia tunc potest remoueri. gl. in. l. 2. §. miles. ff. de infami. sed debet remoueri à superiore. vt dic. Pari. de put. in dict. versi. qualiter arguatur. & in parte, officia lis propter negligentiam. folio. 177. dicit, quòd quoque fallit, quando negligentia est magna, quia tunc remoueri potest. vt in cap. ad monaste rium. de statu mona. secus si parua, argu. in capi. quicquid. 1. q. 1. & nisi maius inde præiudicium possit generari. & sic intelligit. l. carcerari. ff. de custo. reo. quia negligentia omnia lædit, vt in. l. 2. C. de naufra. & in authentica, de quæst. ad finem. ☞ Item remouētur si sunt abiecti: & si quis fuit negligens in adimplendo mandatum: & si fit contra id, quod est expresse sibi mandatum. vt in. l. qui fiscales. de nauicula. C. Nam non eo ipso, quod mandatum non impletur, contēnitur. vt in. d. l. qui fiscales. & in cap. si quis autem. 10. distin. vt ibi per dict. Pari. de pu. ☞ Ex quo
42 infero † quòd licet in prouisionibus Correctorum rex det illis potestatem ponendi locumtenentes in officiis, & remouendi ad beneplacitum, non debent remoueri nisi ex iusta causa ex pressa in iure: quia vltrà quòd esset dedec⁹ hoc facere, vt Iohan. de Plat. in dict. l. iudices. dicendo, quòd maximū est dedecus remoueri ab officio, quasi de eo dominus non confidat, nō potest remoueri, nisi ex iusta causa expressa in iure, vt dictum est. Facit tex. in. §. cùm igitur. in authentica. de non eligen. secund. nuben. coll. 2. & glo. in summa. 15. quæst. 8. quam pro notabil. allagat Bal. in authentica. ex testamento. C. de secūdis nupt. tenet Alexā. in. l. etiam. §. licet. ff. solut. matri. num. 7. vbi tenent, q̄ priuationis pœna non habet locum, nisi exprimatur à iure. vt posui, & dicam infrà in capi. 9. in glos. sola pena de la ley. Et facit tex. & ibi plat. in. l. ordinariorū. C. de cohartalibus. lib. 12. vbi tenet, q̄ officiales cuiuscunque magistratus ordinarij, tam præsides, quàm alterius, ex nulla quātuncunque honesta causa potest licētiari ab officio, nisi prim⁹ reddat rationem officij. ☞ Sed an potest corrector aduocare ad se causam aliquam, & iubere suo locotenenti. vt de ea non cognoscat. Videtur quòd sic, vt tenet Paul. de Cast. in. l. iudiciū soluitur. ff. de iudic. numer. 6. loquendo in pote state, & suo vicario, qui habēt iurisdictionem ordinariam eiusdem tribunalis: vnde cùm potestas seu Corrector sit superior, potest à suo tenē te iurisdictionem auocare, vel sibi inhibere, q̄ in aliqua causa non procedat. & sic auferri sibi exercitium: & tunc non valebit quod faciet per dict. l. iudicium soluitur. Et sic patet in prouisio nibus officiorum: quia potest vti iurisdictione per se, vel per suum locū tenentē, quē potest remouere in totū, à fortiori inhibere, q̄ in aliqua causa nō procedat, ad se eam aduocādo. Et licet hoc sit de iure, tamē nō est faciēdum per Correctores: quia vbi ceptū est iudiciū, ibi debet accipere finē. vt in. l. vbi acceptū. ff. de iudi. & quia si locumtenens est suspectus potest recusari, ipse associabitur, iuxta. l. 1. tit. 5. lib. 3. in ordina. regali. ☞ Vltra supradicta dico, q̄ ad hoc, vt iudex teneatur ex negligentia, requiritur, q̄ requi
43 ratur † à parte: quia post talem protestationem tenetur, aliter non. Ita Bart. in. l. damni. §. sabini. in fine. ff. de damno infecto. & Bal. in cap. iudices. nu. 6. de pace iura. firma. per. l. argentarius §. cùm autem. ff. de edendo. & per. l. cū seruū. C. de serui. fugiti. vbi Bald. quoque tenet, q̄ iudex non debet ponere quem ad torturam, nisi petatur à parte. & Bar. in. l. dies cautioni. §. hoc autē. ff. eod. titu. de damno infec. latè Alex. in. d. l. de pupillo. §. si quis ipsi. ff. de noui ope. nuntia. & Anto. in cap. venerabilis. de iudi. & Abb. in ca. fi. de rescrip. colum. fi. nu. 16. vbi omnes tenent, q̄ negligentia iudicis non præsumitur, nisi post protestationem, & interpellationem: quia non tenetur officium suum impartiri non postulatū ad vtilitatem priuatam. vt in. d. §. hoc autem. & ibi Bar. & docto. & latè Paris de pu. in. d. tracta. syndicatus. in parte. an & quando. folio. 40. vbi idem tenet. ☞ Ex quo infert Abb. in. di. c. fi. in dict. nume. 16. quòd si statuto cauetur, quòd si iudex non finiet quæstionem infra certum terminum, debeat soluere pœnam certam: q̄ iudex non incidit in pœnam, si nō fuerit petitum, seu interpellatum à partibus, vt decideret infra terminū. Quod facit ad. l. 1. tit. 15. lib. 3. in ordi. regali. quæ lex ponit pœnam iudicibus non pronuntiantibus contra terminum illius. l. quia in

illam

que p̄tō

illam pœnam non incidunt, si eis non fuit requisitum, vel protestatio eis non fuit facta. ¶ Quoque facit pro iudicibus, qui vocantur, del regimiento: quia si infra terminum sibi datum postquam est appellatum causam non diffiniunt. vt in l. 6. titu. de las appella. in ordina. regali. & in pragmatica facta per nostrum Carolum regem in curiis Vallisoletanis, anno. 1523. in ordine consi. in qua cauetur, quòd incidant in pœna ibi contenta, & in interesse partis appellantis: intelligitur, si fuit eis requisitum, & 1 protestatum, aliàs secus per supradicta. Et idem tenet Abb. in capitulo penu. columna pe. de iudic. & Cataldi. in trac. syndicat. in verficulo. 42. incipiente, Adde quòd iudex. & Barb. in capitulo, consuluit. de offi. delega. columna. 4. & Hippolyt. de Marsi. in sua practi. crimi. §. nunc videndum. numero. 4. Pro quo dicit, quod facit textus in l. prima. §. magistratibus. ff. de magistra. conueni. vbi dicitur, quòd magistratus, qui non dedit tutorem, vel curatorem minori, tenetur. Quod est verum, si interpellatus fuit, aliàs secus. Quod tenet Iohan. Calde. in consilio. 3. titulo, de pœnis. vbi si per statutum imponitur iudici pœna, si non administrauerit iustitiam: si non fuit petitum per partem, non cadit in pœnã. vt tenet Hippolytus de Marsiliis in. l. vnius facinoris. §. cogniturum. ff. de quæstion. numero. 4. cum sequentibus. & Iohan. de Plat. in dicta. l. iudices. numero. 4. vbi ait, quòd officialis non præsumitur negligens, nisi fuerit protestatum. allegando Bald. in dicta. l. damni. §. fabini. & tenet idem quod Abb. in dicto capitulo finali, de rescrip. de iudice non decidente causam infra terminum, quòd in pœnam non incurrit, si ei non fuit protestatum. Et faciunt notata per Andre. Barb. & Anto. Fran. in additio. ad Abb. in capitulo, licet ex suscepto. de foro cõ 44 pe. in prima additione. vbi idem tenent, allegãdo plura iura. ¶ Ad quod facit. quia iudex † semper præsumitur paratus reddere ius: quod probatur eoipso, quòd non probatur contrarium. vt glossa in. l. prima. C. de testament. mili. & sic pro iudice præsumitur. vt in. l. 2. C. de offi. ciuil. iudic. & quòd si non appareat de interpellatione, præsumitur iudex paratus reddere iustitiam. ¶ Quæ interpellatio debet fieri post conclusionem in causa, quando fit super processu concluso. vt in dicta. l. ordina. vt in authentica, Item si appellatum. & ibi Bald. C. de tempo. appella. & per eundem in additio. ad Specul. in titulo de appella. §. primo. versi. mora. & per Iohã. de Imol. & Philip. Fran. in capitulo, ex ratione. de appellatio. & Alexand. in dicta. l. de pupillo. §. si quis ipsi prætori. prout tenet dict. Anto. Fran. vbi suprà. ¶ Vbi quoque ait, quòd iudex, qui non facit id, quod ab eo petitur per partem, non allegata ratione quare non facit, dicitur esse negligens. Et hac de causa semper ego soleo respondere protestationibus factis cõtra me, quæ in nostra Hispania, requerimientos, vocantur, ne videar negligens, & consentire. Quia vti ait Bald. in capitulo primo de milit. vasa. qui contu. est in vsi. feudo. numer. primo, qui non loquitur, & obmutescit, iustitiam denegare videtur. Et sic, quod iudex requisitus de iustitia, vel de expeditione causæ nil respondens, dicitur esse in mora, & iustitiam denegare. Quod etiam voluit Philipp. Fran. in dicto capitulo, ex ratione. in. 2. quæstione. circa 5. impedimentum. & quòd ex isto casu poterit ab eo appellari, vt Abb. in capitulo, dilecto. de appella. & Alexand. in. l. de qua re. ff. de re iudica. ¶ Supradicta intelligerem, quòd iudex requisitus, si est negligens puniatur, procedat 45 † quando lex ponit pœnam iudici aliquid non facienti ad vtilitatem priuatam in dictis ll. regalibus, & similibus. Secus in his, quæ nõ ponunt pœnam, nec præcipitur per legem: quia iudex in his, quæ expediuntur, ex officio suo requisitus, non tenetur in syndicatu, licet denegando possit ab eo appellari, vt dixit laſ. in dict. §. præterea. & hoc in ciuilibus. vt textus. & ibi Paul. de Castro in. l. non quicquid. ff. de iudi. Quia illud, quod per legem arbitrio iudic. committitur, non compellitur, nec tenetur iudex facere, si non vult, licet facere possit: & ideo si non facit, non tenetur: secus si per legem iudici præcipitur, vt in exemplis ibi positis per eum, & per doctores. Quod intelligo, quando est quæstio inter priuatos: quia vtilitatem priuatam iudex non tenetur interponere officium suum non petitum, si non respicit reuerentiam alterius iudic. vt in. l. eos. in fine. & in. l. iudicibus. C. de appellat. Et licet respiciat vtilitatem partis, si non respicit miserabiles personas, vel actum pium, si iudex non prætendit probabilem ignorantiam, tenetur interponere, licet non sit petitum inter miserabiles. vt in dicta. l. prima. §. magistratibus suprà allega. Tenet Bartol. & Alexand. latè in dicta. l. dies cautioni. §. hoc autem. ff. de damno infe. numero secũdo. vbi vi. quę dicantur causæ piæ. & Angelus de aret. in dicto §. præterea. Institut.

de actio. numero. trigesimo nono. vbi dicunt, quòd secus est, quando tale officium respicit principaliter publicam vtilitatem, quia ex mero officio illud tenetur imponere. vt in dicta l. congruit. ff. de officio præ. Idem tenet Abbas in capitulo, prout. de dolo & contuma. numero, decimonono. ☞ Et etiam in criminalibus si non sit petitum, tenetur procedere, aliàs tenetur prout latè dixi suprà versicul. tene regulam generalem. & tenet dict. Pari. de puteo in dicto tracta. in verbo, negligentia. infra quantum tempus. in principio. Et Bartol. in dicta. l. congruit. numero. 3. dicit, quòd iudex debet facere inquisitionem generalem facti, & ista est permissa: quia debet generaliter inquirere, vt malis hominibus prouincia purgetur. Et dicit, quòd ista est practica, quam in principio sui regiminis rectores faciunt generalem inquisitionem: sed specialis inquisitio contra certam personam, est prohibita regulariter: quia sine accusatore nemo punitur. vt in dicta. l. rescripto. §. si quis. ff. de muneri. & honori. Quod dicit, quòd fallit in casibus notatis in dicta. l. 1. §. si publico. ff. ad. l. Iuli. de adulte. & ibi Bartol. quos suprà posui. ☞ Tamen in illis secundũ eum non debet iudex inquirere, nisi indiciis præcedentibus, aut fama publica, vel ad relationem nuntij iurati. ☞ Sed tu tene. quòd iudici est permissum de iure ad publicam vtilitatem & vindictam de quolibet crimine inquiri, quicquid senserit gloss. in. l. ea quidem. C. de accusa. quia accusatio de quolibet crimine est permissa, ergo inquisitio, quæ succedit loco eius. vt in capitulo, licet heli. de simo. & in. l. cùm patronum. §. primo. ff. de iure patro. & sic ad eundem effectum, ne delicta remaneant impunita. licet Salyc. in dicta. l. ea quidem. dicat, quòd hoc ei non placet. ☞ Vide tu Angelũ de are. in tracta. malefi. in parte, hæc est quædam inquisitio. versiculo secundo, principaliter. numero 30. vbi in hoc ponit veram conclusionem, dicendo, quòd aut iudex procedit faciendo inquisitionem specialem cõtra certam personam, nullo alio præambulo præcedente, propter quod iudici verè, vel præsumptiuè sibi constet de aliqua præsumptione legitima illam personam delictum perpetrasse, & tunc non potest procedere: & hoc modo dicit esse intelligendam gloss. in dicta. l. 2. §. si publico. Et potest esse ratio, vt iudicum malitia refrænetur. vt in l. 2. in fine. ff. de custo. reorum. ☞ Si verò præambulo legitimo præcedente, propter quod apparet iudici verè, vel præsumptiuè illam personam perpetrasse illud delictum, potest formari specialis inquisitio: & quando clamor validus peruenit ad aures iudic. quòd eius subditus diffamatus sit de aliquo delicto. vt in capitulo, qualiter & quando. de accusatio. & in l. tertia. ff. de officio præfecti prætoris. ex eo, quia contra diffamationem ex inquisitione generali iudex deueniat ad specialem. vt in. l. quarta. ff. ad. l. Iuli. repetitio. Quia tale delictum non potest amplius sub dissimulatione transire: maximè quando scandalum potest oriri. vt in dicto capitulo, qualiter & quando. Quod dictum Angeli ad literam seruatur. Quia statim, quòd delictum ad noticiam iudic. peruenit, ilicò facit suam informationem, & procedit contra delinquentes, aliàs teneretur in syndicatu: quia diceretur stare per iudicem, quando sibi liquet, vel in suam notitiam venit, & non procedit. Secus si sibi non liquet, secundùm Bald. in. l. si de meis. §. ex compromisso. ff. de arbitris. & Paris de puteo in dict. tracta. in parte, negligentia. numero octauo. ☞ Quo modo probatur negligentia cõtra iudicem. Vi. Bartol. singulariter in consilio. 102. & latissimè dictum Pari. de puteo in dict. tracta. in parte, qualiter arguatur negligentia iudicis. & ibi vi. casus negligentiæ. & quoque quomodo iudex probat diligentiam ad hoc ne teneatur in syndicatu.

☞ Ad supradicta adde, quòd quando iudex tenetur ex negligentia, intelligitur quando est leuis, vel lata. Secus si est leuissima, vel casu fortuito, vt Amodeus iusti. in tracta. syndicatus. folio quinto. capitulo de secundo ad bannum iuris. Et ibidem folio. 16. columna tertia. versiculo, similiter tenet, quòd non syndicatur officialis de negligentia, nisi sit dissoluta, & dolo proxima, & ita dicit quòd seruat consuetudo: quia inquisitio de negligentia, dicitur scrupulosa. Sed quia supradictum est, quòd ad hoc, vt iudex teneatur, debet 46 requiri, vel protestari, Quæritur, an † sit necesse. quòd pluries requiratur, vel sufficiat vnica interpellatio? Bartolus in. l. mora fieri. ff. de vsuris tenet, quòd sufficit vnica interpellatio, nec requiritur quòd semper instet. & ibi Angelus idem tenet in fine colum. per glossam ibi. quã dicit notabil. & idem tenet Iohã. de pla. in di. l. iudices. numero. 4. C. de anno. & tribu. lib. 10. per

10.per.l.titia scio.§.vsuras.ff.de legatis secundo. vbi Barto.idem tenet, dicendo, quòd sufficit, quòd quis semel interpelletur per iura supra allega.imo in tali requisitione, seu interpellatione non tenetur quis dicere peremptoriè: cum quælibet interpellatio sit peremptoria, sunt in dilationibus,quæ dantur ad probandum. Et interpellatio,quę fit iudici,sufficit quòd interpelletur semel, vt perpetuò videatur stare per iudicem:nec habet necesse singulo die iudicem interpellare.vt ibi tenet ad literam Barto.& Abb. in consilio.7.in secundo volu.& Paul.de Castro in consilio.27.Et Iohan.de Imola ibi,in.d. §.vsuras.sequitur opinio.Barto.dicendo, quòd vnica interpellatio sufficit. Quod tenet Amodeus iusti.in tracta.syndicatus folio.6.in parte, de tempore.sequendo Barto.in dict.§.vsuras.Et idem tenet Alexan.in.l.de pupillo.§.si quis ipsi prætori.ff.de noui operis nuntiatio.numer.3. cum sequentibus,vbi dicit,quòd regulariter ista est communis opinio.& hoc est tenendum.Licet Iohan.de Ana. in capitu.si quis. de accusatio.in fine.videatur contrarium dicere,dum ait, quòd quando monitio fit in iudicio, requiritur trina monitio,aliàs sufficit vnica:quia intelligitur, quando talis monitio fit parti à parte:secus quando fit iudici per partem,per supradicta.

¶Quod fallit in petendo libellos dimissorios, vt in cle. quauis.de appella.& quando in causa appellationis interpellat iudicem vt causam finiat,quia requiritur, quòd summa ope institerit,quòd causa terminetur.vt in.l.fin.§.illud. Versi.summa ope.C.de tempo.appella. & sic q opi.Barto.in dict.§.vsuras.habet locum in causa principali, non in causa appellationis: quia vltra hoc regulariter vna monitio sufficit.Et vltra allegata per Bartol.est gloss.in capitulo, cupientes.in verbo, proposita. de electio.in.6. & gloss.in capitulo primo in verbo,requisierit.de hæreticis.& gloss.in capitulo,si episcopus.18.distin.& Innoc.in capitu.cùm nobis olim.de electio.¶Præterquàm, quando vnus iudex requireret alium iudicem sibi parere, quia tunc requiritur trina. vt est glossa in capitulo,causam. de officio delega. ¶Vi.alias fallentias per dict. Alexand.in dict.§.si quis ipsi prætori.numero.5. &.6.¶Modò sciamus,si illud, quod iudex soluit propter suam negligentiam, si potest à parte recuperare.† Angelus in dict.l.mancipia.C. 47
de serui.fugi.in principio,tenet, quòd quando iudex facit litem suam, faciendo scilicet malè sententiando,non potest habere recursum contra illum,in cuius fauorem tulit iniquam sententiam, quia sui delicti pœnam sustinet. ¶Secus autem si facit litem suam negligendo: tunc si soluit id,quod in obligatione versabatur, habet recursum cõtra eum. Casus est secũdùm eũ in.l.missi opinatores. C.de exacto. tributo,lib. 10.Quod dictum Angel.sequitur Paris de put. in tracta.syndi.in parte, lis sua.numero. 5.folio 160.vbi per eũ.& Amodeus iusti.in tracta.syndicatus.in parte,item in eo quòd plures innocẽtes.2.colum.versic.Item tenetur si tulit. vbi ait, quòd si malè iudicat, tenetur:& si soluit, non repetita parte pro qua iudicauit: quia soluit pro sui quasi delicto. licet contrarium teneat Angelus in.l.si stichum.§. si mãdato.ff.de solutio.vbi ait, quòd debent cedi actiones ab eo cuius soluit.¶Sed cõcordatur vt suprà: si per dolum iudicauit,actiones non debent cedi. Secus si per imperitiam,culpam, vel negligentiam,quia tũc debent cedi.& ita procedit opi. Angel.& idem tenet latè;Cataldi.in tracta. syndica.quæstione 44.quæ incipit, Adde an officialis. & idem q Angelus,tenet Bal.in. d. capitu.iudices. de pace iura.firma.in vsi.feud.nume.2.& idem tenet Angelus in.l.sed eximendi.§.hoc iudicium. ff. nec quis eum qui in ius vocat.vi exi. & ibi magis latè Alexan.numer.2.& in.l.si quis dolo. §. primo.ff.de re iudica.Et quoque tenet idem Alexan.in additio.ad Bartol.in.l.prima.ff.de appella.in additione magna,quæ incipit, habet regressum in fine.vt tenet,quòd iudex qui in syndicatu condemnatur,& soluit expensas litis, in quibus negligenter omisit condemnare partem victam calumnioſe litigantem,possit eas repetere.vt est dictum singul.Specula.in titulo de impen.§.postremò.versicu.illud.per dictã.l.missi opinatores. ¶Quod Imola impugnat,& bene secundùm Alexan. vbi suprà per.l.si tertius.§. celsus.ff.de aqua pluui.arcen.& ante eum contrarium tenuit Bald.in.l sancimus.ad finem.C. de iudic.tamen secundùm Alexan.opini. Specula.potest esse salua in vno casu, secundũ Roma.in dict.§.celsus.scilicet quando expensæ litis essent promissæ in contractu, quia tunc etiã post iudicium finitum iure actionis peti possunt secundùm glossam in.l.non solũ.ff.de rei vendi.& in.l.3.§.si rem. ff. de legat.3,meritò ergo iudex illas repetere potest. Quod Alexand. vbi suprà dicit esse notabi.de quo vi.latè dict. Pari.de puteo in dict.tracta.in parte, an iudex, qui facit litem suam:& soluit expensas litis.folio.163.& Alexan.in additio.ad Bart.in dict.l. missi opinatores.¶Sed hoc intelligit Alexan. in dict.§.hoc iudicium. quando soluit illud,

quod tenetur, tunc à debitore principali repetit: secꝰ quãdo soluerit illud ad quod tenebatur, sed aliam rem. Et facit quod tenet Angelus in l. stichum. §. si mãdato meo. ff. de solutio. vbi ait, quòd quando ex negligentia condemnatur iudex, quòd ei sunt cedendæ actiones contra debitorem, vt recuperet. & Paul. de Castr. ibi dicit, quòd ita consuluit, & totum collegium Florentinum. & sic debet intelligi dict. Paul. de Castr. in. l. filius familiàs iudex. ff. de iudic. numero. 8. & Montal in. l. 2. titulo. 2. for. ll. lib. 2. in glossa, pierda lo que ouiere. vbi indistinctè tenent, quòd iudex non repetit illud, in quo fuit condemnatus. Quod intellige, quando fuit condemnatus propter imperitiam, & propter malam sententiam, & sic in agendo: secus quando cõdemnatur propter negligentiam. Et ita quoque tenet Alexan. in additio. ad Barto. in. l. fina. ff. de variis & extraordi. cogni. in additione magna in medio. Et miror de nostro doctore de Pala. Ruui. in repeti. capituli, per vestras. de dona. inter vir. ex vxorem. folio. 107. numero. 10. vbi indistinctè tenet contrarium, dicendo, q si iudex, qui malè iudicauit virtute suæ iniquę sententiæ pars, pro qua lata fuit, aliquid obtinuit, quòd si postea tempore syndicatus petitur à iudice, quòd poterit iudex dicere parti petenti, dirigas actiones, & remedia tua contra illum, ad quem pecunia in condemnatione deducta peruenit meis sumptibus, & meo periculo, quòd audietur, & interim ab instantia absoluetur. Et dicit ita tenere Pari. de puteo in d. tracta. in verbo, iudex malè iudicans. fo. 56. verficulo, attamen ego. in libro magno, sed in portatil. est foli. 150. qui in expresso tenet di. Pala. Ruui. & loquitur, quando malè iudicauit, & non in negligente. Sed hoc ego non tenerẽ, quia est contra opinionem comunem.

Summarium.

1 Iudex qui rectè iudicat, stateram habet in manibus, ita quòd condemnet condem. nãdum, & absoluat absoluendum.
2 Iudex non debet declinare ad dextram, nec ad sinistram.
3 Iudex in vtroque penso iustitiam & misericordiam debet habere.
4 Iudex puniens aliquem, misericordiam facit.
5 Iudex sine causa an potest mitigare pœnam, vel multam à canone, vel à lege inflictam.
Et quid ante sententiam, vel post.
Et quid si est iudex inferior. numreo. 18. 21. & 22.
6 Iudex, an potest remittere pœnam propter paupertatem.
7 Bannum an potest remitti propter paupertatem.
8 Infamiæ pœna post sententiam non potest remitti.
9 Leges ex causa licitum est transgredi. numero 11.
10 Causæ, propter quas pœna minuitur.
12 Dans alapam potestati, potest suspendi.
13 An provno furto magno possit quis suspendi. & num. 15.
14 Propter seditionem leges transgrediuntur: & suspenditur sine processu, & ordine iudicij.
15 Repertus in crimine, non potest appellare, & ad executionem proceditur contra eum.
16 Fur absconditus in domo, an debeat mori.
17 Ponens scalas ad domum, vel muros alicuius, punitur.
19 Propter inhumanitatem criminis punitur animal, & homo rationalis.
20 Propter inhumanitatem criminis corpus mortuum suspenditur.
22 Iudex, qui ex aliqua euidenti vtilitate venit contra statuta, non tenetur in syndicatu.
23 Iudici debet constare delictum, quando ex causa excedit leges.
24 Iudex quando procedit per denuntiationem, vel inquisitionem, potest ex causa leges trãsgredi: secus si per accusationem.
Hic ponuntur aliæ fallentiæ.
25 Iudex ita debet iudicare magnum, sicut paruum.
26 In pœna pecuniaria plus puniuntur maiores, quàm minores: nobiles, quàm ignobiles.
27 Plus punitur inferior, quàm superior ex eodẽ delicto.
28 Nobiles, & honestiores ciues decapitantur, plebei suspenduntur.
Fallit, vt hic.

Derechamente.

f Derechamẽte. f Rectè iudicãdo, ſtateram in manu
1 geſtat. † glo. in cap. cùm æterni tribunal. de re iu. in. 6. in verbo, ſtateram. & cap. omnis qui. 45. diſtin. & ſic, quòd condemnet condemnandum, & abſoluat abſoluendum. ▽ Vnde Ariſtol. vt refert Cicero, Magiſtratus virum oſtendit, ſi ritè, & rectè geſſerit. 1. ſeruato iuris ordine, & iuſtè iudicauerit, præmia digna fert, vt Amodeus iuſti. in tracta. ſyndica. in præfatione dicti tractatus. ▽ Et iuſto non aduerſabitur quicquam malignum. vt in epiſtola. inter claras. & in capitul. in iuſtum. 11. quæſt. 3. & cap. rectè. & iuſtus eſt, qui iuſtitiam facit. vt in dict. ca. in iuſtum. ▽ Et
2 non debet declinare † ad dextram vel ſiniſtram. vt in cap. qualiter & quando. el. 1. de accuſa. & in l. vbi. C. ad. l. Corne. de fal. & in capi. cùm inter. de excep. & ideo vocatur ſedens in medio. vt in capitulo, quoad conſultationem. de re iudica. & tenet Specula. in titu. de aduoca. §. 5. verſiculo. Item de iuſtitia. numero. 13. & idem tenet Specula. in dict. titu. §. 6. verſicu. cũ ſuũ bonũ. numero. 33. vbi latè vide. ▽ Quia non eſt iudex, ſi in eo iuſtitia non eſt. vt in capit. 1. 22. quæſtio. 2. & gloſſ. in. l. 2. titulo. 2. for. ll. lib. 2. in gloſſa. 2. ▽ Et
3 in vtroque penſo † iuſtitiam & miſericordiam in criminalibus debet habere. Miſericordiam dico, & rigorem debet ſeruare: non quòd ſimul exerceat ea circa aliquem, ſed quia ſi opus fuerit, & cauſa ſubeſt, debet eſſe miſericors in diſpenſando: ſi cauſa non ſubeſt, debet rigorem ſeruare in iudicãdo: vel quòd ſemper habeat miſericordiam etiam occidendo hominem: & ſi non per mitigationem pœnæ, ſaltem per compaſſionem. vt eſt textus in. l. 41. titulo. 5. parti. 1. in fine. vbi tenet, que la verdadera iuſticia con duelo ſe deue hazer. & vi. que dixi infrà in gl. el derecho alas partes. in principio. ▽ Quia ex hoc
4 facit miſericordiã, † cùm facit, vt quis contereatur inter flagella, & nec fiat deterior: vnde eoipſo, quòd iudex punit aliquem, miſericordiam facit. vt in capitulo, ei qui. eadem diſtin. & qui facit finem peccato miſericors eſt. de pœnit. diſtin. vlti. capitulo vlti. in fine. vt tenet gloſſ. ſingula. in dicto capitulo. omnis qui. ▽ Quia iudex
5 ſine cauſa n† nõ poteſt pœnam mitigare à canone vel lege inflictam. vt in capitulo, ſi quem pœnituerit. 2. quæſtione. 3. ibi: tamen legis poteſtas aduerſus eum exercebitur: nam facti quidem quæſtio, in arbitrio eſt iudicantis: pœne verò

guardando nueſtro

perſecutio, non eſt eius voluntati, mandatur, ſed legis authioritate reſeruatur. vt in capitulo iudicet. 3. quæſtione. 7. & in. l. ſi operis. C. de pœnis. & in. l. prima. ff. ad turpili. ▽ Sed illum textum intelligit ibi gloſſ. in dict. capitulo. ſi quem pœnituerit. inverbo, voluntati. ſine cauſa: cum cauſa verò poteſt, vbi ex cauſa, ex perſona, & ætate, & ratione ſcandali poteſt iudex arctare, vel pœnã augere. vt in. l. aut facta. §. vlt. ff. de pœnis ex perſona. vt in. l. capitalium. §. vlti. ff. eodem. Ætate, vt in capitulo, tãta nequitia. 86. diſtin. ratione ſcandali, vt in capitulo, in primis. prima quæſtione prima. Quas cauſas, & alias, ponit textus ſingula. in. l. 8. titulo. 31. parti. 7. quem vi. & Pari. de put. in dict. tracta. ſyndica. in parte, cõpoſitio. folio. 96. numer. 4. in libr. portatil. vbi ait, quòd ex cauſa videlicet, ex perſona, ex ætate, & tempore, & ex loco, ex rei conditione ex delictorum vniuerſalitate pœna mitigatur. ▽ Et hoc ante ſententiam, vel in ipſa ſententia, non autem poſt. vt in. l. cùm quærebatur. ff. de re iudi. & in. l. pœnam. C. de pœnis. & textus in l. 2. titu. 22. parti. 3. verſicu. la tercera. & textus in l. 5. titu. 13. for. ll. lib. 2. & ibi Montal. vbi poſt latam ſententiam nil poteſt facere iudex, qui eam tulit, ſed textus. in. l. 3. eodem titu. & Parti. ſuprà allegat. ponit caſus, in quibus iudex poſt latam ſententiam poteſt moderare, & minuere ſententiam ex cauſa, ſcilicet quando condemnatus in centum cameræ regis, eſt pauper, quia
6 propter paupertatẽ † poteſt minuere, quòd ego pluries feci. Et eſt ſingularis lex ad miſeriordiã faciendam cum pauperibus delinquentibus, ſi poſt latam ſententiam pauperes reperiuntur, & tantam pœnam non eſſe ſoluendo. ▽ Sed. d. l. parti. ſemper ſolitus ſum intelligere in multa ſecus in pœna à iure ſtatuta. vt tenet Bartol. hunc intellectum in. l. prima. ff. ſi quis ius dicenon obtem. numero. 14. & l. finali. C. de modo mult. in fine. & tenet ſumma Syluestri. in parte, ſententia. numero. 5. & in. l. illicitas. §. fina. ff. de officio preſi. & vbi ſuprà per Syluestrum. & tenet ad literam Alexan. in. l. iudex. ff. de re iudi. numero. 3. vbi ait, quòd pœna, quæ imponitur per viam accuſationis, tunc officium iudicis eſt mercenarium, deſeruiens actioni intentatæ, ideo expirat lata ſententia ſuper pœna: vnde iudex pœnam per ſuam ſententiam impoſitam remittere non poteſt, etiam pauperi. & idẽ tenet Abb. in capitul. licet. de pœnis. numero

6.& idem Alexander in.l.acta.§. de amplianda. ff.de re iudi.numero.3. vbi dicit, quòd est verum in pœna, secus in multa. ¶ Ex quo infert Ias.in.l.si quis id quod.ff.de iurisdom.iudi.nu. 28.quòd licet sit regula, quòd qui non habet in ære,luit in corpore. vt per gloss.ibi.& multa iura similia: est verum in pœna, quæ imponitur à iure limitata, & certa.Secus est in multa, quæ imponitur extra ordinem,arbitrio iudicis;quia illam potest iudex remittere propter paupertatem.vt in dict.l.partitæ. & Barto. in.l.prima,in fine.ff.de pœnis.& Bald.in.l.certa ratione.in fine. C.quando prouocan.non est necess.& ita tenet Montal.in dict.l.parti.in prima gloss.& sic dicit,quòd intelligitur capitul. si res.14.quæstione.6.& capitul.Odoardus .de solu.& notat Abb.in capitulo,si specialis. de officio delega. numero.6.vsque in finē. vbi idem tenet,quòd potest ex causa paupertatis remittere multam, etiam iam impositam ¶ Quod dicit
7 idē esse in bāno,†quòd potest remitti propter paupertatem, etiam ex postfacto. Quod ego iam feci,per istum dictum Abb. & iussi tollere & remittere exilium, per me impositum ad tempus anteaquàm compleretur propter dictā paupertatem.& per dictum Barto.in dict.l.illicitas.& idem tenet Bar.in dict.capitulo.7.si specialis.colum.5.& Ias.in.l.centesimis.§.si ita stipulatus.in fine.ff.de verbo.obliga.numero.17. ¶ Secus est in pœna, quia post sententiam non potest remittere, nec diminuere. Quod dicit procedere,etiam si simpliciter comdemnauit de delicto,& nil dixit de pœna, quia immediatè venit pœna iuris,vt in.l.prima.ff. ad Turpilia. & in capitulo,si quem pœnituerit. licet omnes allegent.§ notandum.illius causæ. & quęstione 2.q.3.quod dicit esse verum,post factum minuere non potest,quando est talis iudex, qui non potest dispensare in illo delicto, vt in capitulo, at si clerici. §.de adulteris. de iudi. ¶ Et quòd pœna imposita per diffinitiuam sententiam iudex minuere,vel augere non potest, sine licentia principis,est textus expressus in dicta.l.acta. §.de amplianda.ff.de re iudi.& ibi Bartol.dicit, quòd secus est in multa.& per Bald.in authentica,interdicimus. C.de epis.& cleri.& Paul.de Castro in.l.quid ergo.§.pœna grauior.ff.de his qui not. infa.numero.11.& Angel.ibi in fine.& idem tenet Feli.in capitulo.qualiter,& quando. el grande,de accusa.colum.20. versiculo,ex hac Fallentia.& est textus singula.in.l.9.titu.31.parti.7.¶ Quod dicit Bartol.in dicto.§.de amplianda. quòd est idem in ciuitatibus, quæ non recognoscunt superiorem, & in alio domino, ad cuius bursam pœnæ fiscales veniunt, vt Comites, & Barones, qui habent regalia in aliquo
8 loco, vel Comitatu.Sed pœnam infamiæ,†vel aliā non possint remittere, & tūc est necesse,q iudex referibat principi, secundùm Angelum ibi.& sic alius quàm princeps non potest restituere famam,vid.Bartol. & Paul. de Castro. in l.prima.§.de qua re.ff.de postulatio.& in.§. ait prætor. Secus in iudice inferiori, vt dixi: quia iudex non debet pœnas statutas à iure differre.vt in.l.seruos. in fine.ff.de vi publica. aliàs punitur. vt in. l. prima,de priuatio. delict. & in.l.finali.C.nec sanc.Baptis.reit.quòd non debet esse clementior lege,vt in authentica,de iudic.§.oportet. ¶ Quod est intelligendum verum, vt dixi, post sententiam. Ita quoque tenet Paris de pute.in dict.tracta.syndica.in dicta parte, compositio. folio.96.numero quarto,ante sententiam, vel in ipsa sententia secus: quia potest augere, vel minuere ex causa. vt ibi tenet dictus Paris de puteo. Quæ causæ colliguntur ex.l.si quis aliquid.§. instrumenta.ff. de pœnis. ¶ In criminalibus leuibus iudex debet leuitatem exercere, in seuioribus seueritatem cum temperamento. vt in dicta.l. respiciendum. ff. de pœnis. quia in pœnis legalibus iudex potest dispensare, & misericordiæ gratiam facere. vt Archid.in capitulo, omnis. 45.distinctio.& Specula.in titulo.de lega.§.generaliter. ¶ Vnde obnoxium est virum statim pro vno delicto punire: quia magis est expectandus, & corripiendus, quàm puniendus. vt in capitulo,plerique.65.distinctio. ¶ Et omnis iudex terrenus debet imitari Deum. vt in authentica.vt omnes obedi. iudi.prouin. §. eripiat. Sed natura diuinitatis pia est. de consecra. distin. prima. c. quia diuinitatis. ¶ Et hac de causa consulit Hippolyt.de Mars. magnus practicus in sua practic. criminali.§. final. qui incipit occurrunt.nume.7.quòd iudex semper peccet magis in clementia, quàm in crudelitate, & atrocitate: in dubiis potius absoluat, quàm condemnet.nam maiorem honorem consequitur iudex in absoluendo, quàm in condemnando.vt tenet Paul. de Castro. in consilio. 197. incipiente, Visa inquisitione. in fine. Et faciunt ea, quæ tenet Ancharan. in consilio. 23. incipiente, Visa inquisitione. vbi inuehitur contra iudices maleficiorum, qui anhelant ad condemnationem, quando

per

per viam inquisitionis procedunt. & ita tenet Philipp. decius. consilio. 189. & quia iustius peccatur in absoluendo, quàm in condemnando. l. Item Mela. §. si plures. ff. ad. l. Aquili. & Philip. decius consilio. 175. colum. vlti. & vi. l. 7. ti. 1. lib. 1. foro iusgo. & in. l. 1. titu. 1. lib. 12. eod. libro. ☞ Et hac de causa dicit Pari. de put. in. d. tracta. syndi. in ver. compositio. num. 5. quòd quando crimẽ, non est liquidè probatũ, licet iudici pœnam à lege statutam minuere ante sententiam, vt in ca. circunciliationes. 23. q. 5. & in capit. Innocens. 23. q. 4. & etiam si esset pœna mortis: post latam verò non, nisi soli principi. vt Archi. vbi suprà. & quia in condemnando minor pœna est eligẽda, vt voluit Cardi. Alex. in cap. rursus. qui cleri, vel vouen. 5. colu. & Cepola. in. l. si fugitiui. 6. & 7. colũ. C. de seruis fugi. & Nouazi. in sua sylua nuptiali. in vlti. charta. ☞ Et ideo consulet dictus Hippolytus de Marsi. vbi suprà, quòd quando eris iudex maleficiorum, ne cures seuerit er procedere, nec semper imponas reo pœnã mortis, etiam lege permittente: quia Christus dixit, Nolo mortem peccatoris, sed vt conuertatur, & viuat. vt in. d. c. quia diuinitas. de pœnit. distin. 1. & facit tex. in authentica. vt nõ luxu. cõtra. nat. post principiũ. vbi dicit tex. misericordia Dei non perditionem, sed conuersionem, & salutem vult: & quia melius est errare in misericordia remittendi, quã in veritate vlciſci. text. est in cap. aliqant. 26. quæsti. 6. & quia scientia, quæ misericordiam vetat, fugienda est. vt in ca. licet. 45. distin. vt latè tradit dictus Hippolyt.

☞ Fatetur tamen supradicta non habere locum in committente enorme delictum, nec in famoso delinquẽte, seu in aliis. Et debet iudex recordari, quòd ipse est homo humanus, & non sanctus, & ante oculos habeat iustitiam cum charitate mistam, & reminiscatur se moriturum, iuxta illud, Memorare nouissima tua, & in æternũ non peccabis. Et iudex habeat misericordiam, maximè in nõ enormibus delictis, quia est sibi arbitrium anteaquàm imponat. vt in. l. hodie. ff. de pœnis. Quia sicut potest imponere grauiorẽ quàm lex potest imponere minorem. vt in dict. l. & si seuerior. C. eod. de his qui not. infamia, & Paul. de Castro in dict. l. quid ergo. §. pœna grauior. quãdo iusta causa facit, sec⁹ si in iniusta. vt in exemplis positis in gloss. magna illius. §. pœna grauior. ☞ Debet iudex tamen cauere, vt nõ parçat malis: quia parere malis, dicitur nocere bonis. gloss. in authentica. de manda. princip. §. quòd si delinquenti. in verbo, supplicium. colũ. 3. & probat textus in. l. 16. titulo. 4. par. 3. & tenet Iohan. de Plat. in. l. omnes iudices. C. de delato. lib. 10. vbi quoque dicit, quòd iudex debet esse seuerus, & grauissimis afficere pœnis eos, qui in consuetudinem deduxerũt delinquere: quia propter consuetudinem delinquendi, potest alterari pœna à iudice de pecuniaria in corporalem, etiam si esset pœna imposita ab statuto ciuitatis, vel castri. vt per Saly. in di. l. &. si seuerior. & dict. Plat. vbi suprà. ☞ Et ideo dixit Innoc. in capitulo primo de constitu. quòd ex causa licitum est leges transgredi. † & Paul. de Castro 9
in dicto. §. pœna grauior. numero. 2. dicit, quòd propter bonum publicum: quia multis grassantibus in eodem delicto, ad terrorem oportet aliquem grauius punire, vt alius abstineret, vt in dict. l. aut facta. ff. de pœnis. ☞ Sed cautus sit iudex, si in sententia facit mentionem de causa, vt non puniatur, secundùm Paul. de Castro. vbi suprà, numero. 15. & Feli. in. d. capitu. primo, de constitu. columna. 29. verſicu. ex prædictis adde. & Ludoui. Roma. in consilio. 184. incipiente, dubitatur primo. pe. colum. allegando Innoc. in capitulo. præterea de dilatio. & Oldra. consilio. 287. & Roma. singula. 77. Et idem tenet Feli. in capitul. qualiter & quando. §. ad corrigendos. de accusa. colum. 7. vbi tenet, quòd quando iudice reperitur alteraesse pœnam iuris cõmunis, præsumendum est in dubio, quòd hoc fecerit ex causa. Ita Specula. in titu. de accusatio. §. primo. verſicu. quid si iudex ipsum. & hoc credo, licet Paris de puta. dicat, quòd non præsumitur in dict. tracta. syndica. in parte, licet dicatur. folio. 200. in numero. 4. vbi dicit, quòd talis Causa debet apparere ex actis, vt non faciat litẽ suam: quia si non apparet ex actis, non præsumitur pro iudice ad ipsum excusandũ. Ita tenet Specula. in titulo de senten. §. primo. ver. est autem. numero. 8. vnde dicit gloss. ordina. in capit. iudicantem. 30. quæst. fina. quòd quando iudex supplet ex officio, incumbit ei probatio causæ. ☞ Sed causæ quare pœna minuitur, sunt hæ, scilicet senectus, vt in. l. secunda. ff. de termi. amot. & in capitulo, tanta. 86. distin. & gloss. in dict. §. pœna grauior. quia nimis senex, habet sensum puerilem. glo. in. l. senectus. C. de donatio. ☞ Itẽ ratione ebrietatis. vt in dict. l. aut facta. §. delinquũt. ff. de pœni. ☞ Itẽ est causa minorandi pœnam, quando multùm regi seruiuerat, vel coniurationem detexit. argument. in. l. si quis. §. hoc quoque. ff. ad Sillenia. ☞ Etiam si est minor ex defectu ętatis. vt in. l. auxilium. ff. de minori. §. in delictis. & capitul. fina. de sent. excommu. in verbo, ętatis. & in capitulo primo, de delictis

puerorum. Et hoc est in se verum, quòd licet minor post delictum efficiatur maior, debet puniri vt minor, de illo delicto facto tempore minoris etatis. ¶ glo. est in. l. sciant. & ibi doctores. C. de legiti. hære. & Hippolyt. de Marsi. in. l. infans. ff. ad. l. Corne. de Sicar. numero. 15. & in. l. de minore. vlti. columna. ff. de quæstio. quia ætas facit differentiam pœnæ. vt in capitulo. hoc fit. 26. quæstione vlti. ¶ Item si magister in discipulum peccauit. vt in. l. itē quæritur. §. Iulia. ff. locati. ¶ Vel si coniunctus in coniunctum, non tamen ex inimicitia, vel odio. vt in. l. prima. C. de emendatio. propinquo. Et Bartol. in. l. vt vim. ff. de iusti. & iur. numero. 4. tenet quòd omnis iniuria, quæ fit à parente vsque ad septimum gradum, non præsumitur animo inferendi iniuriam, ergo non potest dici nisi licita. Et idem tenet Sebastia. sapia. in additio. ad Abb. in capitulo, cùm contingat. de foro. compe. in additione, quæ est in. 5. columna. numero. 20. in parte, ordinarium. Quod extendit, etiam si iniuria fiat fratri seniori. vt per Bald. in dicta l. prima. C. de emenda. propin. ¶ Tamen Paul. de Castro in. l. cùm oportet. C. de bonisque libe. numero. 3. tenet, quòd grauior reputatur iniuria, quæ infertur à coniuncto, quàm quæ fit ab extraneo. Idem tenet Angel. in. l. conductores. C. de delatori. & procuratori. siue autori. prædiorum fiscalium. lib. 11. vbi quoque tenet, quòd plus punitur delictum consanguinei, quàm extranei. Sed hoc intelligerem, quando procedit ex inimicitia, vel odio. vt in dicta l. prima. C. de emenda. propinquo. & tenet Paris de puta. in dict. tracta. syndica. in parte, quot sunt. quæ faciunt pœnas à iudicibus alleuiari: folio. 201. vbi suprà dictas causas ponit, & quæ infrà sequuntur. Sed in dubio ratio sanguinis tollit præsumptionem iniuriæ. vt tenet Angelus in. l. vestem. ff. de iniuriis. de quo vi. Angelum de Are. in tracta. malificio. in parte, verba iniuriosa. columna secunda. ¶ Quoque pœna minuitur, si nobilis ex virtute, vel dignitate peccet in ignobilem ex vitio, vel gradu. vt in. l. sed si vnus. §. quædam. ff. de iniuriis. ¶ Item si maior in subditum ratione potestatis: vt dominus, pater, vel maritus. 11. quæstione. in capitulo, si dominus. ¶ Item cùm plurimi sunt precantes, quia tunc pœna est alleuianda. capitulo, non potest. 23. quæstione. 4. capit. & quotiens. prima quæstione. 7. ¶ Item persona punientis, vt quia Præsidens est debilis, & imbecillis potentiæ, vt nequeat sæuiorem imponere pœnam. vt in capitulo, quidam. 33. quæstione quarta. ¶ Item ratione personæ, vt quia receptauit consanguineum, vel affinem. vt in l. 2. C. de recepta. vel aliàs peccauit pro salute proximi. vt in capitulo, si quilibet. 12. quæstione secunda. & in. l. 2. ff. de recepta. quia affectio sanguinis multùm operatur. vt in. l. prima. §. largius. ff. de successo, edicto. & idem tenet Gan di. in tracta. malefi. in parte, de furi. & latro. 7. columna. numero. 14. loquendo in receptante affinem delinquentem, quia mitius punitur. & idem tenet Hippolyt. de Marsi. in singula. 210. vbi tenet, quòd pœna receptantis bannitum, non habet locum in receptante affinem. & Alexan. in consilio. 144. in secundo libro. ¶ Quod ego extenderem in amico: quia ratione amicitiæ pœna minuitur: quia idem operatur maxima amicitia, quod operatur affinitas, seu coniunctio sanguinis. vt Barb. in capitulo, nisi specialis. de officio delegat. columna. 8. & Bartol. in. l. Titia. ff. de verbo. obliga. & vi. quæ dicam infrà in capitulo. 44. & quòd ratione amicitiæ potest iudex remittere pœnam. vt in capi. clerico. 50. distin. & capitu. veniã. 30. q. 9. de quo per Barb. vbi suprà in. d. c. nisi specialis. Quod debet intelligi de pœna, quæ applicatur sibi, vel pendet arbitro suo sine magno detrimento aduersarij. & vi. glos. in. l. cùm allegas. C. de castrē. peculio. lib. 12. & glos. in capit. pe. de testamen. nu. 6. & glos. & ibi Abb. in capitulo. relatum. de testamen. Cy. Alexand. & Ias. in. l. exigendi. C. de procurato. & Hippolyt. de Marsi. in repe. l. vnicæ. C. de raptu virgi. numero. 206. ¶ Ego etiam extenderem in seruitore alicuius domini, vel famulo: quia ratione delicti commissi per eum, dominus eius mitius punitur: cùm talis famulus, & seruitor, reputetur amicus: quia arbitro iudicis relinquitur quis dicatur amicus. vt tenet Barb. in dict. capitu. requisisti. de testa. columna. 25. ¶ Item pœna mitigatur, vt quis ad meliorem vitæ frugem reducatur, capitu, conuenientibus. prima. q. 3. ¶ Item ratione personæ intercedentis. vel intercedentium, qui sunt multi vt in capitulo prodest. 23. quæstione. 5. ¶ Item ratione eius, in quem peccatur, vt si est excommunicatus zelo ecclesiæ. ¶ Item ratione pietatis, non solùm præsentis, sed futuræ: vt propter filios nutriendos. vt in. l. 2. de his qui filios occide. C. & in. l. qui in prouincia. §. primo. ff. de ritu nupti. ¶ Item ratiõe necessitatis: vt si ex præcepto superioris peccauit, quem aliàs iusta potest ratione timere. vt in capitulo, presbyteros. 50. distin. & in capitulo, sicut dignum. §. illis. de homicid. tunc enim pœna mitigatur, licet aliàs

non

non teneatur sibi in atrocioribus obedire, vt in l. ad ea. ff. de re iudica. & in. l. liber homo. ff. ad. l. Aquiliam. ¶ Item causa vniuersalis reipublicæ vtilitatis. vt in. l. ad bestias. ff. de pœnis. & in cap. scias. 7. quæstio. 1. & per dictã. l. ad bestias. tenet Hippolyt. de Marsi. & per alia iura in sua practi. crimi. §. opportunè. nu. 6. quòd mors potest differri alicui, si est insignis artifex. & idem tenet Barba. in. d. c. nisi specialis. de offi. delega. col. 5. ¶ Et Ias. in. l. debitoribus. nu. 16. ff. de re iud. tenet quòd dãnatus ad mortẽ, si populus petit dimitti propter aliquã eius præstantem virtutem, & magnã peritiam artis, vel scientiæ, propter quã est valde vtilis ciuitati, tunc iudex debet supersedere ab executiõe, donec principi, vel superiori consulat. & Ludo. Roma. in singu. 441. & idẽ tenet Ias. in. l. 1. ff. de legi. nu. 11. & 12. & dictus Hippoly. de Marsi. in. l. vnius facinoris. §. cogniturum. ff. de quęstio. num. 86. & Feli. in cap. illud. de maio. & obediẽ. ¶ Item est causa minuendi pœnam, si delinquens, vel eius progenitores pro republica multùm laborauerunt arg. in. l. honor. ff. de pœnis. ¶ Item causa simplicitatis, vel boni zeli, quibus delinquens inductus excesit. vt in capitulo, ex tuarum. de sortilegi. nam simplicitati venia datur. capitu. scriptura. de consecratio. distinctio. 2.

¶ Item causa rusticitatis. vt in. l. si quis id quod. ff. de iurisdi. omnium iudicum. & in. l. secunda. ff. de in ius vocan. ¶ Item causa nimiæ & importunæ humilitatis, quam peccans exhibet in supponendo pœnam sibi remitti. vt in cap. importuna. de pœni. dist. 1. ¶ Item causa vnitatis, quia peccans vna vice tantùm excesit. vt in. c. licet plerũque. 45. distin. ¶ Item causa infamiæ, & leuitatis. vt in. l. prima. C. si quis impera. male. ¶ Item causa iræ. vt in. c. si quis iratus. 2. quęst. 3. ¶ Item causa debilitatis probationũ: vt quia delictum nõ plenè probatur, sed per indicia indubitata. vt. d. Pari. de Pute. vbi suprà, cum vers. sequentibus. vbi latè, an minuatur pœna ratione loci, tẽporis, & consuetudinis, & ignorantiæ. Et de pluribus aliis in proposito, quæ per te vide. & per Montaluum in dict. l. octaua. titulo. 31. partita septima. vbi in fine illius glossæ. ¶ Quoque tenet, quòd causa subleuandi pœnam, & mitius puniendi est, si post delictum commissum stetit multum tempus in carcere: vel si cõmisit delictũ, & iam est multũ tempus elapsum, quia mitius debet puniri, quàm si delictum esset recens. vt notat glos. in. l. si quis diuturno. ff. de pœnis. Nam ibi non ex delicti frequentia excusatur, sed carceris, & accusationis longinquita te releuatur. & ibi Bar. & aliquid per Hippo. de Marsi. in cõsil. 87. ¶ Et ibi vi. an delicti accusatio præscribatur. glo. & ibi docto. in. l. quærelã. C. de falsis. & Abb. in. c. illud. de præscriptio. nu. 23. & in. c. licet. de proba. Et Roma. in singula. 182. & Abb. in. d. c. licet. nu. 28. & 29. tenet, q̃ actio criminalis non clauditur tempore. vt in cap. ecce. 24. q. 3. vbi habetur, q̃ crimina vbicunque clarueri nt, puniẽda sunt. & Bald. in. l. fina. penultima colum. C. qui accusar. non pos. vbi vult, quòd in pœnis spiritualibus nulla currit præscriptio. & Roma. in dict. singul. 182. allegando dict. Specula. in titul. de sententi. §. quoniam. versicu. & nota secũdùm canones. & tex. in cap. vere omnis. 30. quæsti. 2. quòd dicit esse notabil. & idem tenet Bartol. in dicta. l. fina. & Angel. & moderni. in. l. diuus. ff. de re iudica. & idem tenet Mõtaluus in dicta. l. parti. in fine.

¶ Alias causas, propter quas mitigatur pœna, ponit Bonifaci. de vitali. in tracta. malefic. in parte, de pœnis condẽnationis & bannis. num. 18. cum sequentibus. & has ponit Felin. in dict. cap. qualiter & quando. el segundo. de accusa. in. §. in corrigẽdis. colũ. 6. versicul. sed pulchrè dubitari posset. ¶ Et non solùm potest mitigare pœnam legis ex causa, verum etiam pœnam statuti. vt tenet Abb. in cap. 2. de emptio. & venditio. in fine. & Speculato. conscien. in primo tracta. cap. 99. & expressius idem Abb. in cap. fina. de constitu. fina. colũ. nume. 12. & in cap. de causis. de offi. delega. nu. 16. vbi ait, quòd iudex ordinarius ex causa potest augere, vel minuere pœnam à iure statutam, etiam si sit præfixa ab statuto municipali. & idem tenet Franciscus de Aretio. in consilio. 131. incipiente, Spiritus sancti gratia. ¶ Quoque tene, quòd iu-
11 dex propter atrocitatem, † & enormitatem delicti, potest transgredi leges, & contra regulas iuris pronuntiare. dictum est Innocentij, in cap. 1. de constitu. commendat eum Angel. in l. quòd si nolit. §. quia aas idua. ff. de ædilitio edicto. & Bal. in. l. prima. C. de preci. impera offeren. & in. l. & si seuerior. & ibi Salyc. C. de his qui not. infami. ¶ Sed Ludoui. Roma. in repetitio. l. si vero. §. de viro. 46. fallen. ff. solut. matrimo. non tenet dictum Innoc. sed q̃ tunc superior debet consuli. per tex. in. l. diuus. in verbo, imperatori rescribere. ff. de fals. & facit tex. in. l. 1. §. si quis vltro. ff. de quęstio. ¶ Sed tu tene dictum Innocen. quia eum tenet Ias. in. d. l. 1. C. de preci. imper. offe. & pro eo allegat text. in. l. si quis filio exhæredato. §. hæc autem omnes. ad finem. vbi Bald. & alij notãt. ff. de iniusto rupt.

&

& text.in cap.felicis.§.cæterum.de pœnis.in.6. & text. valde solēnis in.l.si hominem.ff.mandati. quæ lex est vnica & singula.secundùm Bald. in cap. 1. 8. col. vt lite non contestata. & per illum text. notat Bald. in.l. omnes populi. ff. de iusti.& iure. 6.col.& limitat omnia iura canonica dicentia, quòd episcopus nil potest statuere contra ius canonicum:quia inferior disponeret contra.l. superioris. quod limitatur, nisi ex magna causa. & istam limitationē sequitur Panor. & exclamat de ea in cap. dilecti.el vltimo,de appella.& in cap.aliàs si clerici.§.de adulter.5. col. de iudic. & in capi. Iuduisti.de officio delega. & per.d.l.si hominem. tenet Bald. in rubri. C. qui admitt.q̄ potestas ex causa potest transgredi statuta,etiam rata. Et per illam .l.tenet glossa in cap.tempora plenitudinis.26. quæst.7.quòd si Papa iniungit alicui pœnitentiam,episcopus quanuis inferior potest diminuere. & idem tenet glo. in cap.latorem.22. quæst. 3. ☞ Et per.d. Innocen. tenet Bald. in cap. 1. §. iniuria.de pace iura. firman. in princip. q̄ si aliquis dedit alapam † potestati, posset potestas facere eum furcā suspendi: quia tam magna causa licitum est leges trāsgredi.sed Ias.in.d.l.1. dicit, q̄ ipsa potestas caueat, q̄ hoc non possit, ne si iudex in causa propria.per text.& ibi Innoc.in cap.dilectis. de pœnis. & idem tenet Ias.quem vide in.l.qui iurisdictioni.ff. de iurisdi.omni.iudi.nu.3.cum sequenti. ☞ Quinimo pro tali casu potest facere nouam furcam,& in loco cōmissi delicti,vel ante portam delinquentis eum ponere,& suspendere eum. vt tenet Paris de Put.in.d.tracta.syndi.in parte,contumacia.fol.89.num.7.& Ange. de malefi. in parte, vsque ad locum. & Hippoly.de Marsi.in.d.l.vnius facinoris.§.cognitur̄. ff. de quæstio. nu.90. Et idem, q̄ suspendatur, si dedit alapam potestati,tenet Anto.Corset. in reperto. ad Abba.in verbo,iudex.col.13. allegādo Bal.vbi suprà. Et nō sunt plures anni, q̄ ego ita in praxim deduxi, & iussi suspēdere quendam hominem nigrum in villa de Carmona in Vandalia me iudice in ea essente per nostrū regem Carolum anno. 1530. quia expilauit crines & barbam algazelo,qui vocabatur Figueroa, & fregit ei virgam iustitiæ,& accumulaui cū hoc, q̄ ille suspensus erat homo malæ famæ, & seditiosus.per.l.1. C.de seditio.& erat quoq; raptor mulierum.per.l.vnicā.C.de raptu virgi.& motus fuit per.d.Bald.in.l.data opera.C. qui accusa.non pos. & per dictū Bonifa.de Vitali in tracta.malefi.in tit. quibus de causis possit ad mortem condēnari.in.2.col. vbi tenent,q̄ potest cō dēnari ad mortem,qui manus intulit suo centurioni. & idem dicit de potestate, & capitaneo. arg. à simili in. l. milites. §. reuertens nullos. ff. de re milit. ☞ Item per.d. Innocen.in dict.cap. de constitu.tenet Bald.in authen.sed nouo iure. C.de serui.fugiti.quod licet pro vnico furto nō potest quis furca suspendi,sed tria requiruntur, 13 si tamen esset vnum furtum † multùm enorme, posset furca suspendi, cùm æquipolleat tribus. arg. & ibi Bald.in.l.si quis tres. §. fina.ff.de excusa.tuto. quia ex causa licitum est leges trāsgredi.& idem tenet Bald. in cap. 1. §. iniuria. nu.8. de pace iura.firman. in vsibus feudo.& Angel. in.d.l.q̄ si nollit.§.assidua.ff.de ædilitio edicto. & Angel.Areti. in.§. ex malefic.Insti.de actio. 2.col.& idem Angel. in tractat. malefi.in parte, vestem cǣlestem abstulit.versi. nunc sumpta occasione.nu.13. vbi dicit, q̄ ita semel practicauit Perusij. & Abb.in cap. inter alia. de immunit. eccles. vlti.col.nu.31. vbi dicit, q̄ dictum Bald. est notabile. ☞ Sed contra Bald. tenet Iohā. Baptista Gazialupus in. l. cùm seruus.ff.de conditio. ob caus. vbi ait, q̄ pro vno furto magno quis non debet suspendi.& dicit q̄ ita fuit consultum.& contra Bald. tenet Fulgos. Salyce.& Paul.de Castro in.d.authē.sed nouo iure.& Iohan.de Ana. in.c.fina.de furtis. & Bar.in.l.eum qui emit.§.idem dicitur.ff.de furti. & idem contra Bald.tenet Augusti.de Arimi. in additio. ad Angel.de Are.in tracta. malefic. vbi suprà,vbi ait,q̄ sentētia Bald. nunquam sibi placuit. & ita obseruaret, si sibi casus obuenisset: quia non est vrgens causa,q̄ imponatur pœna mortis, tamen si iudici videbitur,poterit minuere illam pœnā statuti, & cōmutare in aliam pœnam minorem circa mortem. Et istam partē contra Bald. tenet Ias.in.d.l.1.num.4. C.de preci.impera. offeren. & dicit,q̄ est tenenda in consulendo & iudicando. Quia quando in criminalibus reperiuntur variæ opiniones doctorum,debet teneri mitior legis interpretatione. vt in. l.sanctio legū. ff.de pœnis.& idem tenet Ias.in.§.ex malefic. nu.12. Institu.de actio. quia consideratur consuetudo furandi,& non furtum. & per alias vrgentes rationes,quas ponit dictus Iohan.de Ana. in.d.c. fina.de furtis.& ideo si quis faciat vnum furtū, statutum indulget sibi,& sic secundò idem,sed tertiò non:quia certè pro vno furto non inducitur consuetudo furandi. vt in.l. 3. C. de episco. audi.& glo.in rubr. C.quæ sit longa consuet,& contra Bald. est text.in.c.furtum. 14.q. vlti.vbi est text.solēnis, quòd magnum obiectum excusat. & in.§. si vero.in authen. vt nulli iudicum.

vbi

vbi text.dicit,quòd non vult, quòd omnino vnquã quis moriatur.& contra Bald.tenet Aeneas de Falco in additio.ad Abb.in cap. at si clerici. de iudic.in additione,quæ est in num.8.in parte,mensurãdam.vbi dicit essẽ contra Bald.tutiorem opinionem.& idem tenet Cepola, vbi dicit q̃ contra Bal.est vera opinio in repeti.illius authen. Sed nouo iure.col.42. in fine, cum aliis sequentibus. Et idem tenet Alexã.in additio.ad Bald.in.d. authen.sed nouo iure. nu.2.in parte, enormi.& dicit hoc verius : quia vt dictum est, dicit consuetudine ponderari furandi, & non furtum: & q̃ enorme furtum dicitur,licet modicum,si tamen sit valde scandalosum. ☞Et dictũ Innocẽ.in.d.c.1. de constitu.per quod mouetur Bald. dicit Saly.in. d. authen.hodie.C. de iudi. non obstare. quia intelligitur, & procedit in causis arduis concernentibus statutũ publicum reipublicæ, putà, si fuerit vna seditio in ciuitate, † licitum sit potestati transgredi leges,& facere suspendi sine processu.prout tenet dict.additio. Abb.in.d. c. inter alia. de immunita. ecclesiarum.in additione,quæ incipit, Per contrariam.& idem tenet Bald.in dict. c.1.de constitu. col.5. versi.extra nota.vbi ait,quòd quando periculum,& tumultum imminet, possunt pœna mortis culpabiles puniri absque vllo ordinato processu. Et facit quod tenet idem Bald.in.l. si quis violauerit. ff.de rerum diuisi.vbi in crimine seditionis deprehẽsus, potest puniri absque ordine iudiciario.& vi.Bertachi.de firmi.in suo aureo reperto.in parte,iudex maleficiorum.ver sicu.50. ☞Et in simili vi. Bart. in tracta.de præstan. Cardi. in prima basilica. col. 21. vbi tenet, quòd propter euitandum scandalum potest sententia accelerari sine aliqua dilatione. per text. in.l.qui cædem. ff. de sicari. & per alia iura. Et idem tenet Hippol.de Marsi.in repeti.l.vnicę. C. de raptu virgi. nu.93.cum sequentibus.& in consili.9.nu.19. &.93. vbi tenet, quòd repertus in fragranti crimine,potest sine processu condẽnari,& vt sedatur tumultus populi,potest pendente dilatione facere executionem corporalẽ, vt Augusti. de Arimi. in additio.ad Angel. de malefi. in parte,qui iudex statuit terminum de fensioni.in additione fi. in fi. & Cataldi.in suo tracta. syndica. q.197. vbi hoc intelligit,si aliter tumultus populi nõ potest sedari. vt in.d.l. qui ędem.in fine.ff.de sicariis.& per alia iura. vt ibi per eum.& q̃ contra repertum in fragranti crimine possit procedi ab executione:& si est cõdemnatus,non potest appellare.† vt Hippoly. vbi suprà. ☞Sed de nostro iure Regio in casu Bal. quid tenendum? Montal. in.l.18. titu.14. parti.7.tenet opi.Bald.in.d.authen.sed nouo iure.versi.tertio.tenet.d. Bal. dicendo, q̃ licet pro primo furto non debet suspendi,est verum,nisi sit vnicũ furtum magnum,quod prẽualeat pluribus furtis paruis.& idem tenet in. l. 6. titulo.5. lib.4. foro legum.in glos.muera por ello.☞Ego in hoc tenerem,quòd si est furtum cum aggressura,pro vno delicto puniatur pœna mortis.per text.in.l. capitalium.§.famosos.ff. de pœnis.& Abb.in dict.cap.fi. de furtis. in fine. quia tunc dicitur enorme furtum. vt tenet text.in. d.l. 18. parti. suprà allega.vbi ait, q̃ fur non occiditur, nisi sit public? pirata,aut vt per vim cũ armis depredetur,vel in aliena domo , loco, vel ecclesia, seu loco religioso furetur, & quando perforauerit domum furti causã faciendi.vt in.l.6.foro legum,suprà dicta. ☞Tamẽ Montaluus in glo.d. l. parti. in.1. glo.in fine.dicit,quòd vidit seruare illam.l.fori, & etiam hodie seruatur. & idem tenet in.d.l.6. fori. in glo.2.vbi tenet, quòd pro vno furto multùm enormi, fur debet mori:quia deprehenditur enormitas delicti, ex quantitate & qualitate furti,& ex animo delinquẽtis.vt in d.l. aut facta. §. sed hæc minor.ff. de pœnis. Et idem habetur in.l.74.del Stylo.vbi disponitur, quòd fur debet mori , si ascendat per parietem, vel fenestram,vel per alium locum supra tectũ, ingrediatur domum ad furandum. Et idem est, si cum claue,vel cum effractione arcam aperiat. Et idem si reperiatur ianua aperta , & inuentus est latens in domo. Quæ lex Styli est singul. & vi.text.in.l.qui pignore. §.qui ferramenta.ff.de furtis.& in.§.pen. institu. de obliga. quæ ex delicto nascun. ☞Sed inquãtum.d.l. Styli,in fine tenet,q̃ si est absconditus in domo, debet mori, † vid.tu Francis. de Aretio. in. l. possideri.§. si rem,ff.de acquiren.posse.vbi limitat singulariter illam.l. in fine: & tenet,q̃ si fur est inuentus in domo,non tamen mouit aliqua de loco ad locum,q̃ tunc non puniatur pœna mortis.de qua in dicta.l.Styli, sed punitur extraordinariè. per text.in.l.faccularij.in princi.ff.de extraordi.crimi.quẽ ad hoc secundũ eum allegat Bald.in.l.si quis non dicã rapere. C.de epis. & cler.& tenet sing.Cataldi.in tract.synd.nu.141.tom.14. tract. fol.199.vbi singulariter. ☞Et sic,q̃. d.l.Styli in fine,dum loquitur, quando est absconditus in domo, ad hoc quòd moriatur, requiritur, quòd amoueat aliquã rem de loco ad locum, aliter nõ debet mori, licet in domo causa furãdi inueniatur,& ingrediatur. ☞Et vltra istos casus contẽtos in.d.l. parti. & fori, & Styli, propter vnum furtum

furtum licet magnum, non potest quis suspēdi. Et ita credo, & teneo cum limitatione Francis. Areti. in d.l. posideri. & postea reperi Catal. in tract. syndica. quæst. 196. vbi idem tenet, quod Franciscus de Areti. per. d.l. saccularij. §. 1 suprà allega. vbi tenet, quòd nō punitur vt fur, sed debet dānari in opus publicum: vel si iudex vult, potest condēnari cōmuni pœna fustigationis, vel suo arbitrio, quando iste, qui intrauit domū vt furtū cōmitteret, nō cōmisit, quia nō potuit. ☞ Sed quid si aliquis apponit scalas ad domum,
17 † ad muros, vel ad fenestras alicuius? Dic quòd si hoc facit causa violandæ castitatis, est pœna mortis. vt in. l. si quis non dicā rapere. C. de episcop. & cleri. secus si mulier nō sit casta, sed meretrix: tunc tamen punitur extra ordinem crimine iniuriarum: & hoc verò crimē regulariter est extraordinarium. tenet Bald. in. l. si quis violauerit. ff. de rerum diuisi. Quod dictum Bald. dicit Angel. quotidianum, & notandum. in. §. sanctę quoque Institu. de rerum diuisi. in fine. vbi dicit, q̄ licet sit arbitrarium, potest ita esse atrox iniuria, vt etiā mors veniret imponēda, vt Bal. in. d.l. si quis violauerit. nam arbitriū à lege datum in maleficio, potest se etiam vsque ad mortem extēdere, si sit factum multùm graue. §. pe. Insti. de iniur. ☞ Attamē licet ex causa possunt iudices transgredi leges, vt dictum est, hoc non 19
18 habet locum † in Correctoribus, nec in eius locumtenētibus, quia sunt iudices inferiores: sed habet locum in magistratibus maioribus, vt sunt magistratus perpetui, vt Episcopi, Marchiones, Comites, & similes: non autem in potestatibus terrarū, quia iurant seruare leges, & statuta. secundùm Bald. in authen. hodie iurant. C. de iudic. vbi suprà limitat dictum Innocent. in d.c. 1. de constitu. ☞ Imò secūdùm Saly. ibi, maioribus magistratibus nō licet, nisi in casibus arduis publicum statum concernentibus. & idem tenet Hippoly. de Marsi. in sua practi. crimi. §. diligenter. nu. 176. vbi dicit, q̄ secus est in minoribus, vt sunt potestates terrarum: quia tales non possunt leges, statuta, nec consuetudines trāsgredi. & idem tenet Ias. in. d. §. ex maleficiis. Insti. de actio. col. 2. nu. 16. vbi tenet allegando Roma. q̄ in transgrediendo leges, debet consuli superior per. l. diuus. la segūda. ff. de falsi. Et licet Ias. vbi suprà dicat, quòd ille tex. non probat, Hippoly. vbi suprà dicit, q̄ rectè probat. Et idem tenet in singulā. 244. vbi dicit, q̄ parcat sibi Ias. q̄ bene probat: & dicit hoc esse menti tenendum: quia in hoc multi iudices errant, credentes sibi licere transgredi leges, statuta, & cōsuetudines.

☞ Sed Bal. in. c. 3. ad finem. de re iudica. & in. d. cap. de constitu. 3 col. aliter tenet, dicēdo, quòd maiores magistratus, præsides, & potestates ciuitatum, & sic Correctores, & eius locumtenentes, quia habent merum & mixtum imperium, & altam iurisdictionem, possunt leges transgredi: & q̄ dictum Innocē. defendit assessores, qui pro bono publico quandocuq; statuta transgrediuntur, prout tenet Ias. in. d.l. 1. & in. d. authē. hodie iurāt. & Bald. in cap. Obertus. in quibus causi. feud. amittatur. nu. 2. in vsi. feudo. Et sic videtur, q̄ isti Correctores, & eius locum tenentes, qui regunt ciuitates, & villas, ex causa possunt augere pœnā, trāsgrediēdo leges, quicquid dicat Bald. in. d. authen. hodie iurāt & Hippoly. in dicta practi. quia hoc tenet Paris de Pute. in dicto tracta. syndica. in verbo, iudex an si iudex mandat aliquid. fol. 141. nu. 19. vbi quæstionem supradictam altercat, & remanet cum dicto Innocen. & q̄ eius dictū habeat locum in potestatibus, & iudicibus terrarum, licet inferiores dicantur, per. d. §. pœna grauior. Nam, vt ipse dicit, si requireretur superioris licentia, non esset in potestate iudicis, vt dixit Innocen. quia propter facti atrocitatem multa permittuntur, quæ aliàs non permitterentur. ☞ Et hac de causa propter criminis inhumanitatem punitur animal,
19 † & homo rationalis cum eo. vt in cap. mulier. 15. quæst. 1. vbi pro concubitu cum animali bruto, fit punitio vtriusque ad facti memoriam. vt tenet Beatus archiepiscopus Floren. in. 2. parte. tit. 1. cap. 25. col. 2. & Leuiti. 18. & 20. cap. & text. in. l. 2. titu. 21. parti. 7. in fine. ☞ Et sic ratione in-
20 humanitatis criminis corpus mortuum, † quod non potest post mortem suspendi, vel pœnis subiici, potest suspendi, vel bestiis subiici aut aut cōburi. vt dictus Paris de Pute. vbi suprā. nu. 20. ☞ Sic ego teneo cū. d. Pari. de Pute. quòd
21 dict. Innocen. habeat locum in iudicibus inferioribus propter † enormitatē delicti licitum sit leges trāsgredi, & idem tenet Philippus Deci. in regula. in ambiguis pro dote. §. quotiens. ff. de regul. iur. vbi tenet, q̄ per illud dictū Innoc. infert Bald, in. l. si quis filio. §. illa autē. in fine. ff. de iniusto rupt. q̄ propter metum periculi, vel scandali interdum permittitur magistratibus leges transgredi. & idem tenet Bald. in. l. obseruari. §. proficisci. q. 11. ff. de offi. proconsul. & lega. & facit text. in. l. si hominem. ff. manda. & ibi Bar. & Roma. in consi. 428. & Bald. in. l. clari. C. de fide icōmis. ☞ Ad quod non obstant supradicta adducta in contrariū, scilicet, q̄ potestas iurauit seruare statuta, et leges: quia intelligitur, nisi

iusta

iusta causa superueniat: quia in iuramento semper intelligitur clausula, rebus sic stantibus. vt in.l.ꝙ seruus.ff.de conditio.ob caus. da. & quia quæ de nouo emergũt, nouo indigent auxilio. vt in.l.de ætate.§. ex causa ff. de mino.& in.l.fi. ff.qui satisda.cogan. & Bar.in.l.ambitiosa.col.3. ff. de cre.ab or. faci. & in cap. fina. & ibi Abb. de transacti. & Alexan.in.l. nemo potest. ff. de legat.primo. & postea inueni Feli. quasi omnia congerentem in.d.cap.1.de constitu. col.26.ver sicu.Fallit septimo regulam. ☞ Et ibi in col.27. tenet, ꝙ iudex, qui ex aliqua euidenti vtilitate
22 reipublicæ † venit contra statuta,nõ tenetur in syndicatu. allegando Angel. in tracta. syndica. notabi.184. Et tenet Amode. Iusti. in tracta.syndica. nume.245. tomo. 14. tracta.foli.189. argu. text. in.l. rescripto.ff. de munerib. & honorib. & in.l. quanuis. ff. de in ius vocan. & in. l. hos edicto.ff.de calũnia. & argu. l.item vulneratus. ff. ad. l. Aquili. & in. l. aut facta. ff. de pœnis. in fine.& idem tenet Cataldinus in tracta. syndi. nume.18. ☞ Et ibi quoque Feli. in.d.cap.1.in col.29. versic. nihilominus. vult tenere cum Ludouic. Roma.in.d. l. si vero. §. de viro. ff. solut. matri. fallen.42. quòd consuli debet superior in tali emergentia casuum inopinatorum. Et sic limitat omnia supradicta, vt non procedant, quando superior cõsuli posset: sed quando non posset adiri, & periculum est in mora, prædicta procedunt, & possunt transgredi leges. vt in capit. vnicõ. in fine.ne sede vacan.in. 6. & per ea quæ dixit Innocen. in cap. venerabilem. de electio. vbi tenet, quòd etiam in iuramento, imminente necessitate ineuitabili, potest quis contraenire propria authoritate prout tenet dictus Felin. vbi suprà, & in versic. nec est consonum. ☞ Sed ego nunquam consulo superiorem, maxime sonatores consilii regalis: quia quando consulũtur, de consultatione rident, & nunquam dant consilium, nec prouident quid sit faciendum, sed solummodo iubent fieri iustitiam legis. Et si in talibus enormibus iudices inferiores excedunt, aggrauant excessum: & aliquãdo, imò pluries, iudices puniuntur ab eis, & quia appellationem non deferunt, intantum, quòd in officiis exercendis iudices sunt timidiores ratione dictorũ procerum, & auditorũ Cãcellariarum, & earum iudicum criminalium: quia faciliter procedunt contra eos, personaliter vocando, & capiendo, & quod peius est, in carcerem detrudendo, nõ reminiscentes, quòd sunt literati, & fortasse si fauor eis esset, possent esse in illo loco, sicut ipsi proceres, & auditores. Ideo attende dum fueris iudex, quid facias, quia expertus loquor. ☞ Quoque intelligitur dictum Innoc. quod ex causa licitum est leges transgredi, quòd habet locum in puniendo delinquentem, quando constat vere de delicto. Secus autem, in procedendo: quia quando in processu nondum verè scitur, an accusatus, vel inquisitus sit verus delinquens, tunc non debet excedere: quia debet
23 verè constare de delicto vt puniatur. † vt tenet dictus Hippolyt. de Marsi. in dicta practi. crimina. in. d. §. diligenter. nume. 75. quod dicit notandum, quia fecit sibi honorem aliquando. ☞ Quoque procedit dict. Innocen. quod potest ex causa minui, vel augeri, quando iudex procedit
24 ex denũtiatione, † vel ex inquisitione. Secus autem si procedit per accusationem: quia tunc non potest mutare, vel diminuere pœnam legalem. est singula. verbum Hippolyt. de Marsil. in dict. §. prati. §. constante. nume. 84. allegando Bald. in suo repertorio. in verbo, pœna. 2. colũ. versi. pœna legalis. Et licet eum non alleget, idẽ tenet Socin. in fallen. in parte, pœna. regula. 293. prima fallentia. & dicit. quòd ita tenet Hostien. in cap. in archiepiscopatu. de raptori. per. l. seruos. in fine. C. ad. l. Iulia. de vi publica. & tenet Specul. conscientiæ in tracta. primo. cap. 99. in princip. De quo vide quæ dicam latè in cap. 2. infra eodem, in glo. ni parcialidad. colũ. 2. & in capitu. 36. in glo. el derecho permite. in fine. ☞ Quoque fallit dict. Innocen. in iudice delegato: quia non potest moderare pœnam. secũdum Archidia. & Domi. in dicto. §. notandum. 3. q. 1. & Anto. post Iohã. And. in. c. quoniã frequẽter. §. fi. col. 2. vt lite non contesta. ☞ Fallit quoq; 2. nisi lex diceret, nulla alia pœna imponatur secũ dũ Bal. in. l. nõ dubium. 11. col. C. de legi. ☞ Fallit
3 nisi esset iudex, qui super crimine dispensare nõ posset. vt per gl. in. c. licet. de pœnis. ☞ Fallit
4 nisi esset lata sentẽtia, vt dixi. & Inno. in. c. ni si specialis. de offi. delega. Quã fallentiã restringe, vt nõ procedat in crimine hæresis. vt in. c. cõmissi. §. vlti. de hære. in. 6. secũdùm Domi. in. d. §. notandũ. & in foro pœnitẽtiali: quia pœna semel mutari potest. vt in. c. super his. de voto. & ibi Anto. & est glo. singula. in. c. tẽpora. 26. q. 7. ☞ Fallit. §. seu declaratur, dũmodo minuens pœnam ordinariã, minuat in eodem genere delicti secũdùm Abb. in cap. 2. de delictis puerorum. ☞ Fallit. 6. nisi pœna, quã mutat, esset applicãda parti, secũdũ Domi. in. d. §. notãdũ. & tenet beat. Tho. 2 secũdę. q. 67. arti. vlti. nisi esset princeps, qui tamen nõ posset in totũ, & sine causa tollere ius partis. vt in. l. venia. C. de in ius vocã. vt po-

nit

nit Feli.in.d.c.qualiter & quando.el ſegũdo.de accuſa.in.§.ad corrigendos.col. 6. verſi. ſed aduerte. ☞Et ibi quoque ponit ſeptem cauſas minorandi, vel alterandi pœnã, quas per te vide. ☞Iudex tamen vltra ſupradicta non debet minuere pœnam,ſed rectè iudicare,vt hic,& in iu
25 ribus ſupradictis, ita magnum,† ſicut paruum, ita q̃ apud ipſum non ſit acceptio perſonarum. vt in cap.nouit.de iudic.& cap.vlti.3. quæſti.9. & in authen.de monachis.§.1.& latè Dyn. in regula.in iudic. de regul.iuris.in.6. ☞Sed hoc intelligit gloſ.in. l. 1. ff. de poſtula. verum quoad Deum:ſecus quoad nos.Sed Bart. ibi in princi. dicit,q̃ ſicut apud Deum,ita debet eſſe apud hominem. Nam in his, quæ fiunt ex mera gratia, etiam apud Deum eſt acceptio perſonarũ. plus enim facit gratiam vni, quàm alteri. In his verò,quæ ſunt de mera iuſtitia,nec apud eum,nec apud homines debet eſſe acceptio perſonarum: cùm ſcriptum ſit, Ita iudicabis magnũ,ſicut paruum.vt ſuprà. Et idem vult tenere Abb. in.d. c.nouit.col.2.in.8.verſi.nota.vbi tenet,q̃ quando proceditur ad correctionem peccati, non eſt facienda diſtinctio inter magnum & paruum. in modo tamen coercendi,& puniendi,& in generibus pœnarũ bene fit differentia.vt notat glo.in.c.qui contra pacem. 24.q.1.vbi eſt bonus text.cum glo.& facit tex. in cap.ſanè.de offi.delega.& in.c.2.eod.titu lib.6. ☞Et ideo glo. in cap.cùm quidam. de iureiurã. in parte,dignitate. in fine. tenet, q̃ in pœna pecuniaria plus
26 puniuntur † maiores, quàm minores, nobiles, quàm ignobiles.in pœna corporali ſæpe puniũtur minores,& parcitur maioribus.vt in.c. ante omnia.35.diſtin. eſt ſimilis glo.in.c.grauem. de pœnis.alia in.§.Item lex Cornelia.de falſis.Inſtitu. de publicis iudic.in gloſ.deportatio.& vide ſanctum Thomam,prima ſecũdæ.q.75.art.10. & Alexan.in.c.homo chriſtianus.40.diſtin.& text. qui hoc expreſsè probat in. l. fina. C. quæ res vendi non poſſ. & ibi gloſſ. Et ideo dicit Amode.Iuſti.in tract.ſyndica.nu.156.tomo.14. tracta.fol.190. q̃ iudex non tenetur,ſi mitius cõdẽnauerit militem in corpus, quàm plebeium, & in pecunia mitius plebeium,quàm militem. ☞Et plus eſt, q̃ ex eodem delicto plus punitur
27 † inferior,quàm ſuperior.vt glo.in.l.1.in parte, mediocris.C. vt nemo ad ſuum patron.lib.11.& cum glo.in.d.c.cùm quidam. concordat text.in l.8.titu.31.parti.7. ☞Et Abb. in cap.paſtoralis. de offi.delega.nu.5.tenet,q̃ nobiles.& honeſtio
28 tes † ciues ſolent decapitari,alij verò plebei ſuſpendi.de quo per Bar.& alios in.d.l.capitaliũ. ff.de pœnis.& text. in.l.moris.§.Itẽ fere. ff.eo. tit.de pœnis.& Pala.Ruui.in repeti.rubr.de donа.§.9.nu.19.tenet,q̃ ſicut nobilis nõ ſuſpenditur furca,ita nec plebeius diues.& ſi iudex condẽnauit militem mitius in corpus, quàm plebeium,& in pecuniam mitius plebeiũ, quàm militẽ, non tenetur.vt gloſ.in. §. ruſticus.de pace conſtan.in vſi.feudo.& ibi Bal.vt tenet Amod. iuſti.in tract.ſyndi.fol.17. in princi. ☞Quod nõ habet locum in nobile proditore:quia iſte furca ſuſpenditur.vt Bald.in.d.c.cùm quidam. de iureiuran. ☞Et in tranſgrediente mandatum ſuperioris non fit differentia, an ſit nobilis, vel plebeius.vt Bald.in. c. 1. §. ſi quis verò temerario. de pace iura. firma. in vſib. feudo. Et Lucas de Pẽna,in.l.1. C.de deſertori. lib.12.in.6.colũ. tenet,quòd miles propter ſuam turpitudinem nõ poteſt ad furcam ſuſpendi,nec condemnari,niſi propter latrocinium,propter quod omni priui legio eximitur,& Hippoly. de Marſ.in ſua practi.crimi.§.diligenter.nu.166.vbi idem tenet.& in.l.vnius facinoris.§.cogniturum.ff.de quæſt. nu.77.vbi omnino vide. & in conſi.9.nu.19.& Pari.de Put.in.d.tract.ſynd.in parte,quid ſi per ſtatutum.fol.198.nume.4. & gloſ.in.l.3.ff.de re milit.de quo aliquid per Sebaſti.Sapi. & Zachari.in additio.ad Abb.& Anto.Fran.in. d.c. paſtoralis.in additio.quę ſunt in nu.5. ☞Sed tu vi, text.ſingula. in.d.l. 8. titu. 31.parti.7.in princi. vbi tenet, Que maguer que el fidalgo,o otro hõbre honrrado por ſciencia, o por otra bondad que huuieſſe enel, hizieſſe coſa por donde huuieſſe de morir, no le deuen matar abiltadamente como a los otros, anſi como arraſtrando lo, o echãdo lo alas beſtias brauas,mas deuen lo mandar matar en otra manera, anſi como haziẽdo le ſangrar, o ahogando lo. Quæ lex rectè probat opi. Abb.in.d.c. paſtoralis. & aliorum. & text. in dicta,l.moris.§.ſunt fere.Quod ego iam vidi in patria mea,quæ Mombeltran vocatur, Abulenſis diœceſis,vbi fuit practicata d. l.in perſonam Iohãnis Florin,qui erat magnus pirata,qui fuit ſtrangulatus in platea illius villæ. ☞Et ſic, quòd nobilitas, ſeu dignitas,eſt cauſa minorandi pœnam,vt ſuprà. & in.l. ſi quis viduam.ff.de quæſtio.de quo per Cyn.& Bald. C.de ſumma trinit.& fide catholi.& per Bar.in.l.pedius.§.fi. ff.de incend. rui.naufra.& ibi Alex.in additio. ad Bar.& per Hippolyt.de Marſi. in.d.l. ſi quis viduam. in fine,ſaltem remiſsiuè. ☞Tu tamen vi. Bald. qui vnico verbo ſupradicta limitat,in cap. 1.§.ſi ruſticus. de pace tenen. & eius viola. in fine.in vſi.feudo.vbi tenet, q̃ licet ſit verum,

quòd

quòd nobiles,& nati de genere militari mitius in corpore,quàm plebei puniantur: sed in pecuniaria secus habet locũ in pœnis arbitrariis tãtũ nõ in certis statutariis, vel legalib⁹. quod nota.

Summarium.

1 IVdex debet seruare dominiũ,& honorem regis,& iura regalia,&regis dãnum euitare:& tenetur omnia custodire, quæ vasallus domino suo custodit.
2 Regnũ,ciuitates,& villæ tenentur amare,custodire,& honorare regem, & vxorem,& filios suos.nume.3.
3 Rex dicitur quasi Deus in terris.
4 Rex tenetur amare, & honorare populũ,& regnum suum,& munus eis impartire.
5 Rex sine causa non debet expellere vasallos de regno.
6 Rex non seruans contẽta in legibus Partitarũ, excedit.

g **Seruicio.** g Idem tenet tex.in.l.4. tit.15. lib.2. in ordi.rega.vbi habe
1 tur,q̃ iudex † debet seruare dominiũ,& honorem regis,& iura regalia,& regis dãnum diligẽter pro posse euitare: & si euitare nõ valuerit,regi ilicò certificabit. Idem tenet text. in. l. 6.titu. 4.parti.3.&.l.1.titu.7.foro legũ.lib.1. Et tenetur omnia custodire, quæ vasallus domino suo custodit.s.incolumẽ,tutũ,& omnia alia,quę ponũtur per tex.in.c.de forma.22.q.5.& in tit. de forma fidelitatis.cũ titu.sequẽti.in vsi.feudo.& nõ sufficit,q̃ faciat illa sex,quæ continentur in.d.c. de forma.sed q̃ abstineat à malo,& quòd fiat id, quod est bonũ:& q̃ consiliũ,& auxilium suo regi fideliter præstet,vt in supradictis iuribus pa
2 tet. ☞ Quod est idẽ in regno:† quia regnũ,ciuitates,& villæ,tenẽtur custodire,amare,& timere,& honorare regẽ: nec null⁹ de populo debet eius desiderare mortẽ:aliàs si palàm hoc dixerit desiderare, est aleuosus, & debet mori,& bona perdere,text.est in.l.1.ti.13.parti.2.quia tota fide
3 litas debetur regi:quia est † quasi Deus in terra. vt in.l.iubemus nulla.C.de sacrosanc.eccles.& per totum titul.in.d. parti.vi. quomodo debet Rex honorari,& custodiri,& amari:& non solũ rex, sed vxor sua, & filij sui. vt in dict.parti.titu.14. & titu.15. vbi latè per te vide. ☞ Ad idem tene
4 tur rex:† quia tenetur amare populum suum,& regnum suum,& munus impartire eis,cùm sibi videbitur: & eos honorare triplici modo,vt per l. 2.titu. 10. eadem partit.2. & regnicolas,& subditos sui regni,tam maiores,quàm minores, & mediocres defendere. vt in. l.3. eius tit. & partẽ quæ est singul. in ista materia, cum legibus sequentibus eiusdem titu. ☞ Et facit illud,quod tenet Bald.in dict.c. de forma fidelitatis. §. si dominus.in princi. vbi ait,quòd sicut vasallus debet esse fidelis domino,in eisdem dominus debet sidem vasallo,alioquin dominus iudicabitur malefidus: & ita debet fauere, & diligere,quòd si-
5 ne causa non expellat † eos de suo regno, cùm mundus sit omnibus communis patria:& causa debet esse ex qua possent bãniri:quia expellere, interdicere est: quæ pœna sine causa non debet imponi.vt in.l. relegatorum.ff.de interdi.& relega.prout tenet Bald.in.d. §.dominus. Et idem est de nostro iure regio,vt in quadam pragmat. facta per istos nostros catholicos Reges. foli.3. in qua inferunt Iudæos exire ex isto regno Hispaniæ ex causa ibi expressa,scilicet,quia facie-
6 bant Christianos apostatare. ☞ Et si Reges † nõ seruant, nec faciunt contenta in dictis legibus partitarum,excedunt.sicut excedũt in pluribus casibus notatis per Pari. de Pute. in dict. tracta. in cap. 1. cum sequentibus. vbi tractatur latè de excessibus Imperatorum, Regum, & Ducum, quem per te vide.

Summarium.

1 REx,regni administrationem habens,curare debet pro bono cõmuni patrię,& eam aria re, bonã culturãq; desiderare, populationẽ, & passus pontium, itinerũq; reparare.
2 Rex ea quæ sunt publica nõ potest diminuere.
3 Iudex tenetur oia facere,quę rex facere tenetur.
4 Regens ciuitatem, habetur loco principis. Iniuria facta officiali, principi intelligitur esse facta.
5 Iurisperitis, & non aliis, est cõmittenda gubernatio reipublicæ.
6 Cõmune bonum defendenti magis est parendum,quàm certanti bono priuato.
7 Vtilitas publica quãdo vertitur,partes non possunt renuntiari, etiam cum iuramento: secus quando vertitur priuata vtilitas.
8 Propter publicã vtilitatem discedimus à regulis iuris cõmunis. Et in fauorem ecclesiæ.
9 Lex introducta in fauorem publicum, debet ampliari.
10 Magna vtilitas priuata, præfertur modicæ publicæ vtilitati.
11 Aduocatus, an potius debeat aduocare pro patria, quàm pro parte.

An

12 An potest aduocare contra patriam.
13 Patriæ debetur fidelitas.
14 Terram suæ originis, quis non debet relinquere, nec negligere, quantumcunq; vilis sit. Et hic de fauore patriæ.

h Tierra.[h] comun dela tierra[h] que lleuã su cargo,

1 Quia Rex † habens administrationem regni, debet curare pro bono cõmuni patriæ. tenet Specu. in titu. de feudis. §. quoniam. versi. 16. nu. 31. & Bart. in authẽ. de hęredi. & falci. in. 2. col. in prin. vbi ait, quòd primò Rex de vtilitate publica, quàm suorũ debet tractare, & eam amare: & bonã culturam desiderare, populationem, & passus pontium, itinerumq; reparare, non sinẽdo muros factos, turres, & domus corruere. vt in. l. 1. 2. &. 3. titul. 11. partit. 2. ▽ Et ea quæ sunt publica, † & ad vsum publicũ destinata, non potest diminuere. vt Signor. de Homod. in consi. 26. col. 7. & tex. in. l. 2. &. 3 titu. 3. lib. 7. in ordina. rega. & Iohã. de Pla. in. l. si quis ex titulo. C. de diuersis prædiis vrba. lib. 11. tenet quòd imperator magis fauet ciuitatibus, quàm priuatis, propter nimiam excellentiam, & hominum copiã ibi morantium. vt in. l. si quis tam. C. de decuri. lib. 10. ▽ Et omnia
3 supradicta tenentur facere Correctores, † & iustitiæ, qui loco regis in republica officia gerũt. vt in isto text. & tenet glos. & Cyn. in. l. fi. C. de præscrip. long. tempo. ▽ Dicens, quòd qui regit ciuitatem, habetur loco principis. † & idem
4 tenet Bart. in. l. hostes. ff. de capti. & Hippolyt. de Marsi. in sua practi. crimi. §. constante. nu. 22. & tenet Bald. in. l. spadonem. §. ciuitatis. ff. de excusa. tuto. vbi ait, quòd officialis habẽs magistratũ, dicitur esse princeps in ciuitate illa. Et tenet Montal. in glo. ordin. regal. in parte, Corrector. versic. Item nota. ▽ Et facit, quia omnis iniuria facta officiali regis actu gerenti officium, intelligitur facta regi. vt tenet Cyn. in. l. si non conuitij. C. de iniuriis. & in expresso Lucas de Pen. in. l. omnes stationarij. C. de cohartalib. lib. 12. col. 2. Et tenet Iohan. de Plate. in. l. nemo. C. de dignita. lib. 12. in fine. loquendo in senatoribus regalibus: quia iniuria eis facta, dicitur illata curię principis: quia pars corporis principis sunt. vt in. l. quisquis. C. ad. l. Iuli. maiest. & de eius ordine. vt in. l. senatorum. C. de dignita. lib. 12. & tenet singulari. Bald. in. c. 1. de offi. delega. nu. 1. indistinctè reprobando determinationem, & distinctionem Bal. in. d. l. hostes. Et facit, quod tenet Alexã. in. l. si familia. ff. de iuri. omn. iudi. nu. 1. vbi tenet, q̃ maiestas non solùm principi, & superiori attribuitur, verum etiã attribuitur prætori. Item & populo. vt in. l. si non dubito. ff. de captiuis. ▽ Et respublica potius cõmitten-
5 da est gubernari † iuris peritis, quàm aliis. vt Ang. in procemi. Instit. §. summa. in fine. vnde abutũtur, qui cõtrarium faciunt. ▽ Et commune
6 bonum defendenti, † magis est parẽdum, quàm certanti priuato bono. vt Specu. vbi suprà quia vtilitas publica prefertur priuatæ. vt in. l. sancimus. C. de sacrosan. eccles. & in cap. bonæ memoriæ. de postula. præla. & Ias. in authen. resq;. C. cõmunia deleg. nu. 28. & in. l. impensa. ff. de religio. & sumpt. fune. vt per Barto. & docto. in. l. 1. ff. solu. matrimo. nu. 26. ▽ Et ideo dicitur publica vtilitas, secũdùm Alex. ibi. nu. 44. quia affert vtilitatem respectu vniuersi: sed in particulari suam affert vtilitatẽ ciuibus per se seperatim ita vni, sicut alteri: nec est apta in quolibet particulari afferri vtiliter. ▽ Et quãdo vertitur vtilitas publica principaliter, per partes non potest re-
7 nuntiari, † etiam cum iuramento. vt in. l. si vnus. §. paciscor. &. §. sequenti. ff. de pactis. & notatur in cap. si diligẽti. de foro compe. ▽ Et quando aliquid ob publicam vtilitatẽ prohibetur, etiam ille, in cuius vtilitatem fit prohibitio, non potest consentire: & si cõsentit, eius cõsensus non operatur, vt veniens contra prohibitionẽ non puniatur. quod est notandum secundùm Hippolyt. de Marsi. in. l. lege cornelia. §. constitutũ: ff. de sicariis. nu. 2. Quod est secus, quãdo vertitur vtilitas priuata principaliter, licet secundariò publica: tunc enim potest renũtiari cum iuramento, secũdùm Ias. in. d. l. 1. ff. solu. matrimo. nu. 39. Et ideo dicit, q̃ mulier potest consentire alienationi fundi dotalis cum iuramento. vt in cap. cùm contingat. de iureiur. ▽ Et propter pu-
8 blicã vtilitatẽ discedim⁹ † à regu. iuri. cõmunis. & in simili fauore ecclesię propter publicã vtilitatẽ. vt tenet Alex. in. d. l. 1. nu. 4. & Ias. ibi. n. 40.
9 addit, q̃ lex introducta fauore † publico, debet ampliari, & extendi, vt in. l. illud. & ibi glos. C. de sacrosa. eccles. & Bart. in. l. si conslãte. ff. eod. solut. matri. & in. l. 2. §. exercitium. ff. de infami. Quod dicit procedere, etiã si respiciat fauorem publicũ secundariò. per text. notabil. licet vulgatum. in. l. hoc modo. in fine, ff. de conditio. &
10 demõstratio. ▽ Tamen † quando est magna vtilitas priuata, præfertur modicæ vtilitati publicæ. text. est in. l. 2. § qui putant. ff. nec quis in loco public. & docto. in dict. c. bonæ memoriæ. & Ias. in. d. l. 1. ff. solut. matri. nu. 39. & Alexan. ibi.

nu.

nu.46.& ibi per eius additio. ℣ Intantum bonum publicum,& pātria debet cuſtodiri, & de-
11 fendi:quòd aduocatus † debet potius aduocare pro patria,quàm pro patre. vt Bald.in.l.qui neceſſariò. C. de aduocat. diuer. iudi. & ita tenet Alex.in additio.ad Bart.in.l.1.§.veluti. ff.de iuſti.& iur.& dicit,quòd hoc tenet Bal.in.d.l.qui neceſſariò.per.l.poſtliminij.§.filius.ff.de capti. ſed certè Bald.ibi nil dicit,ſed in contrarium eſt veritas.vt tenet Abb. Panor. in.c.fina.de poſtu lan.nu.7.allegando Specu.in titu. de aduocato. §. 1. verſicu.ſed quid ſi pater hoſtis. & in ſequē-
12 ti. vbi concludit, q̄ poteſt eſſe aduocatus † contra patriam,& q̄ potius tenetur iuuare patrem, quàm patriā.arg.in. l.vt vim. ff.de iuſti.& iure. vbi prius nominātur parentes, quàm patria. Et hoc verum,quādo pater prętendit iuſtā cauſam, aliàs ſi eſſet rebellis patriæ,debet filius inſurgere, & aduocare contra patriam. vt Abb. ibi. Et intelligerem quoq;, q̄ nō poteſt aduocare contra patriam,quādo habet honorem , & ſalarium à republica. vt Bald.in.d.l. qui neceſſariò. aliàs
13 ſecus. ℣ Quoque tene,q̄ propriæ patriæ † debetur fidelitas: & eſt prior tēpore , ſicut natura eſt poſterior accidente. vt tenet Bald.in. c.de noua forma fidelitatis.in vſi.feud. ℣ Et pugnare patria,aut magiſtratu eius,non diſtat à crimine maieſta:& ideo tractatum,aut conſilium non faciat quis contra eos.vt tenet Angel.in.l.1.ff.ad.l.Iuliā maieſta. in fine. ℣ Hac de cauſa credo, quòd Iohan. de Plate.in.l. ſi quis ex maioritate.C.de municipibus origi. lib. 10. dicit, q̄ qui terram
14 † ſuæ originis quantumcunq; vilem negligere, & relinquere non debet: hoc enim impium eſt: & non valet impetratio reſcripti, vt quis ſuam patriam deſerat.Et idem Iohan.de Plat.in.l.vnica.C. ſi curialis relicta. eod. lib. tenet: & magis dicit,q̄ eſt impius, qui propriā patriā negligit, & derelinquit. nam vnicuiq; dulcis eſſe debet amor patriæ. vt in.l. qui habeat. in princi.ff. de legatis.3.adeò,vt patrem patriam delentē filius impunè punire poſsit.vt in.l. minimè.ff.de religioſ.& ſumpti.fune. ſecundùm Plate. vbi ſuprà. ℣ Quia natura eſt, vt vnuſquiſque natale diligat, & nil dulcius habeat, quàm patriam,vt
15 ierony.2.ſuper Hieremi. vnde parja ſunt,parentibus parare venenū,& tyrānidis inire conſilium,ſecundùm Quintilia. & eſt defendenda. vt in cap.fortitudo.23.q.3. Imò etiam ſibi parendum. vt in.l.2. ff. de iuſti.& iur. & qui eam defendit, non infamatur. vt in. l. neminem. C. de his qui not.infami.nō ſic qui delet illam.vt in.l. minimè. ff.de religio. Et de hac materia latè per Tulliū in.c.8.ſuæ Rhetoricæ,& in.c.2. ℣ Quoniam omnia commoda prouenerunt ex patria: & nullum incōmodum eſt graue pro patria putandum. Et Seneca in libro de clemētia dicit, q̄ gubernatio reipublicæ fugienda, & vitāda non eſt in ciuitatibus, vbi quis honoratus eſt,nō repulſus.iuxta illud oratoris. Cur te habebam in principem , cùm tu me nō habes in ſenatorem? vt in cap. Eſt. 95. diſtin. De qua materia reipublicæ, & q̄ ſit defendenda in tempore pacis, & belli , vel ſeditionis. vide latè Lucam de Pēna in.l.vnica. C.ſi curialis relicta. lib.10.

Summarium.

1 IVdex vnicuique debet ſuum ius tribuere.
2 Iudex non tribuēs parti,quod ſuum eſt,tenetur ad omne intereſſe.
3 Iudex tenetur,quādo ſententia per eum lata habuit effectum, & ſic fuit executioni mādata.
4 Ex ſola ſententia iudicis non tranſit dominium in vincentē: ideo opus eſt,vt executioni mitatur.nume. 7.
5 Pars licet concedat alicui titulum ſuper aliqua re, non transfert dominium , niſi actualiter tradatur.
6 Per ſententiam non perditur poſſeſsio.
8 Sententia ſi eſt deſerta, licet non ſit executioni mandata, habet pars recurſum contra iudicē, qui eam tulit.
9 Iudex, qui malè iudicauit, an teneatur, etiam ſi pars potuit appellare, & non appellauit, vel ſi appellationi renuntiauit.
10 An iudex,qui primò pronūtiauit,teneatur,ſi in gradu appellationis ſua ſententia fuit reuocata. & nume. 12.
11 Iudex, an teneatur pendente appellatione à ſententia per eum lata.
13 Appellator ſuccumbens in cauſa appellationis, non habet recurſum contra iudicem à quo.
14 Quis ex iudicibus faciat litem ſuam, an iudex à quo, vel iudex ad quem.
15 Iudex, qui tulit ſententiam nullam, an teneatur in ſyndicatu. & nu. 18.
16 Exceptio nullitatis ſententiæ , an præſcribatur.
17 Exceptio nullitatis,quę non debet admitti,ſi admittatur, valet.
19 Conſentiens ſententiam expreſsè,non habet recurſum contra iudicem.
20 Iudex, qui credit bene iudicare , & errore ductus malè iudicat, an teneatur parti in foro conſcientiæ.
21 Iudex, q̄ iudicat de cōſilio ſapiētis, an excuſet?

22 Iudex ignarus, an teneatur sequi consilium sapientis,& excusetur.& nu.24.

23 An expensis partium potest iudex assumere consultorem.

25 Partes licet consentiant, quòd iudex ferat sententiam de consilio sapientis, possunt à tali sententia appellare.

26 Sententia lata prætextu consilij sapientis,nunquam transit in rem iudicatam.

27 Iudex,qui tulit sentẽtiam de consilio sapientis, qui habet instrumentum suæ approbationis factæ à doctoribus,excusatur, Vel si erat publicè exercitatus in officiis,in quibus peritiã docuit:vel si cõmuniter ad eum habetur recursus pro causis decidendis.

28 Iudicio medicorum est standũ,si sunt experti.

29 Medicus approbatus, licet non sit doctor, nec graduatus, potest intrare monasterium monialium sine pœna excõmunicationis.

30 Consultor, an teneatur iudici ex malo consilio, quod dedit,& partibus.

31 Consultor nõ solùm tenetur de consilio expresso, sed de tacito.

32 Locumtenentes semper cõtradicant apud acta suis Correctoribus, & protestentur,quòd iniustitiam non faciant, aliàs ipsi tenentur.

33 Iudici parendum est in dubio.

34 Casus,in quibus iudex tenetur. Et ibi vide, an iudex in syndicatu potest ex nouis allegationibus defendere sentẽtiam, & ostendere con dẽnatum ius nõ fouere. Et an teneatur ex eo, quia absoluit aliquẽ ab obseruatione iudicij.

i 1 **A las partes.** [1] Nota text.quòd iudex † debet vnicuique ius suum tribuere. Idem tenet text. in.l.iustitia.ff. de iusti.& iur.& in.l.1. titu.1. partita.3. & in. §. primo. Institu.eodem,de iusti.& iur.& latè archiepiscopus Florenti.in. 3. parte.titul.9.cap.1. per totum. Intantum, quòd iudex aut gloriam clementiæ, aut seueritatis affectare non debet: sed perpenso iudicio, prout quæque res expostulat,statuere debet. vt dicit text.in.l.respicien dũ.ff.de pœnis.& Plat.in.l.qui publi.C.de his qui spõt.munera susceper.lib.10.in.fi.et vi.Hippo.de Marsi.in repe.rubri.de fide iusso.nu.384. & vide quę dixi suprà in gl.derechamẽte.nu.3. Quod intelligitur, q̃ distribuit ius pro generibus singulorum,non pro singulis generum,hoc est,generaliter tribuit ius vnicuiq;,scilicet Deo sibi,& proximo,non autem singulis hominibus totius mũdi particulariter;secundùm Angel.in d.§.1. ∇ Vult ergo dicere clarius secũdùm Iohã. Fab.ibi, q̃ generale est, quòd homo reddat vnicuique ius suum, licet de facto semper non fiat. Et loquitur de iustitia, quæ cadit in homine, & sic de iustitia creaturæ: vnde no oportet ad hoc, quòd homo sit iustus, q̃ sit ita cõstans,sicut beatus Petrus, sed prout cadit in homine, vt humana fragilitas. vt in authentic. quomo. opor.episcopis & cleri. §.ordinandis. & in.l.si quid.ff. de ædilitio edicto. ∇ Et in se est virtus, non autem vt per homines exercetur:quia si homines non faciũt iustitiã,non propter hoc iustitia,prout est virtꝰ,de suo esse mutatur, sicut nec ius,si iudex malè iudicat.vt in.l.fi.§.1.ff.eod. de iusti.& iur.secundùm Iohã.Fab.vbi suprà. ∇ Et

2 ideo si iudex nõ tribuit † parti,quod suũ est,parti læsę tenetur ad omne interesse.vt tenet Bal.in authẽ.statuimus.C de epis.& cle.nu.2.versi.iuxta hoc quæro.& Bart.in.l.1.C.quomo.& quãdo. iud.nu.6.& in.l.fi.ff.de vari. & extraor. cogni. et in.q.sua,incipiẽte,iudex per imperitiã iudicauit.vbi plenè in.9.q.& idẽ tenet tex.in.l.2. tit.2. foro legũ.lib.2.ibi, y el alcalde porq̃ juzgo tuerto,peche otro tanto delo suyo. Et ibi Montal.in glo. pierda lo q̃ huuiere. versi.4. dicit,q̃ de iure nostro Regio pœna apposita in illa lege debet seruari.& Bal.in.l.si quãdo.C.de testi.& institu.de obliga.quæ ex quasi deli.nas.in prin.& Ias.& docto.in.d.l.1. nu.6. ff. quod quisq; iuris. & Angel.in princi.Instit.de officio iudi.nu.4. quem vide. & latè per summã Sylvestrinam in parte,iudex,primo.12.q.vsq; in fine.& text.singula.in.l.23. & in.l.24.titu. 22. parti. 3. quas leges omnino vide. vbi Montal. quoque dicit, q̃ pœnæ legis Fori supradictæ est standum. Bald. tamen in cap.dilectus filius.de rescrip.nume.3. dicit verum,quòd tenetur ad interesse, & sic ad veram litis æstimationem,si dolo pronuntiauit: Secus si per imperitiã,quia tunc tenetur in quãtum iudici visum fuerit.vt in.l.2.c. de pœna iudi.qui malè iudi.&.c. venerabilis.de senten.excõmuni.lib.6. Sed hæc differentia non habet locum in causis beneficialibus,in quibus non cadit æstimatio,nisi ratione expẽsarũ punitur:igitur plus, vel minus arbitrio iudicis. secundum Bald.ibi,in.d.c.dilectus. referendo Iohã.And. ∇ Sed quòd teneatur parti ad interesse,intellige

3 verum, quando sententia per eum lata † habuit effectum,& sic fuit executioni mandata,vt in.l. fina.ff.quod quisque iuri.& tenet Barto.in dict. quæsti.iudex per imperitiam.in prima parte.in fine. quia quando non sortitur effectum, non dicitur

y el derecho a las partes[i]. Y cumplan

dicitur lædere partem, nec facit litem suam. vt in.d.l.fi.ff.de vari.& extraordi.cogni. ☞ In adiutorium Bart. facit glos.singular. in.§.fi filium. Institu. de officio iudicis. in glossa magna. & 4 ibi Angel.vbi tenet,quòd ex sola sententia † iudicis non transfert dominium in actorem vincentem, imò opus est, vt postea virtute dictæ sententiæ per iudicem,vel per nuntium nomine iudicis immittatur in possessione rei adiudicatæ:quia cum factum iudicis dicatur factū partis. vt in.l. si ob causam. C. de euictio. & licet 5 pars † concedat titulum alicui supra aliqua re, non tamen transfert dominium suæ rei, nisi actualiter tradat. vt in.l.traditionibus.C.de pactis. ergo iudex nō transfert dominium,nisi tradat.vt Angel.in dict.§. fi finium. Et idem tenet Angel. Perusinus in.l. habere licere. ff. de euictio.vbi tenet, quòd per sententiam non perdi- 6 tur † possessio, sed requiritur ipsius sententiæ manu militari executio.vt in.l.qui restituere.ff. de rei vendi.& idem tenet Alexā. in consil.90. in.2.volum.nu.8.allegando dict.glo.in.d.§.fi finium. & alia iura. & idem tenet Bartholo. Soci. in cōsi.179. incipiente,circa præsentem cōsultationem.versi. 1. quia venditor.& latè Rogerius de mota, doctor Valentinus in repeti.quam fecit in.d.l. traditionibus.nume. 27. & latè Iaso. quem vide in.l. ex hoc iure. ff. de iusti. & iur. num.44. & Alexā. in.l. pomponius.§.fi iussu. ff. de acquiren.possessio. Et Feli. in cap.cùm venerabilis. de exceptio.col.10. cōmendat dictam glos.in dicto.§.fi finium.& dicit,quòd Imol.cō men. eam in rubri. ff. de re iudica. & Angel. in in.l. si quis. §. differentia. ff.de acquiren.posse. 7 ☞ Sed est intelligendum † secundum Felin.vbi supra in his quæ sunt merè corporalia, secus in incorporalia,vt in ius eligendi, & præsentandi, & similibus: quia sententia sufficit ad plenum ius. vt Innocen.in cap. cùm nostris.de concessio. præb. & sequitur Bald. in.l.1. C. cōmunia vtriusq. iudi. de quo latè per Felin. vbi suprà & aliquid per Abb.& Feli.in cap.cùm aliquibus. de re iudi. ☞ Et ideoquoque dicit Amod.'iusti. in tracta.syndica.nume.242.tomo. 14. tracta.fol. 189. q si iudex tulit sententiam,quæ est ipso iure,non tenetur ex ipsa pronuntiatione sola, nisi processerit ad executionem facti.per.l.penul.& ibi Bar.ff.de vari.&'extraor.cog.&.d.l.1.ff.quod quisque iur.vid. infrà nume.15. ☞ Attamen licet non sit executioni mandata:si sententia est deser- 8 ta, † & eius appellatio, habetur recursus contra iudicem,qui malè iudicauit:quia talis iudex deliquit cōtra Deum,quia est periurus:& contra rempublicam,quia infidelis: item contra litigatorem,quem oppressit,vnde delictū non purgat,nisi puniatur.tenet Montal.in.l.2. titu.2.lib. secūdo.foro legum.in glos. sin derecho .& Bart: in.d.quæst.iudex,qui per imperitiam. & in.l.1. ff.quod quisque iuri.col.2. nu.9. & ibi Paul. de Castro.in.§. qui magistratū.nu.14: & in. l. dies cautioni. §. si tam vicinum. ff. de dāno infecto. & Innocen.in cap.sæpe. de appella. & in.c.pastoralis.de rescrip.& Ias. in.d.l.1.ff.quod quisq; iuri.nu. 15. vsque in fine. & Paul. de Cast.in.l.si filiusfamilias.ff.de iudi.nu.7.& Alexā.in.d.l.1. nu.16. vbi omnes tenent, quòd si iudex iniustè 9 iudicauit,& pars potuit appellare, † & non appellauit,si vult potest cōuenire iudicem in syndicatu:quia vt Ias. ibi tenet, iudex fuit in dolo, pars verò, quæ non appellauit,fuit in culpa,& dolus præponderat culpæ.vt in. l. item si obstetrix. ff.ad.l. Aquil.& tenet Abb.in.c.ad hęc.de appel.in fi.& Bar.in.l.Itē si res.ff.de aliena. iudi.muta. caus. fact.& Bal.in.c.1.§. iudices.de pace iura.fir.in vsi.feu.nu.7. Et est cōmunis cōclusio, q potest conueniri secundum Alexan.in.l. dies cautioni.§. fina. ff.de dāno infe.num.1.vbi in nume.2. tenet, q est cōmunis, q iudex tenetur si appellauit pars, & est deserta appellatio temporis lapsu, vel alia causa.secus dicit, si pars renūtiauit appellationem: quia tunc videtur approbare sententiam,vt in locis supradictis.& tenet Amodeus iusti.in tract. syndica.nume.247. & nume.135. quia tunc videtur fateri habere malam causam. per. l. 3. C. de fide instrumento. & Barto.in dicta quæstio. in fine.& Bald.in.d. §.iudices.& in.l.3.C.de fide instrumento.& Barba. in cap. pastoralis.§.quia verò. de offi. delega.col. 9. allegando Bald.in.l.fina.§. sint autem. C. de tempori. appellat. vbi contrarium tenet, sed opini. Alexan.est communis, vt ipse dicit. ☞ Attamen contrarium tenet Ange.in cōsi.188. quasi in fine. vbi tenet, q si victus potuisset appellare, & non appellauit,tunc contra iudicantem iniquè non poterit haberi recursus:quia nō appellando confirmat quis sententiam suo consensu.per.l.hic qui ciuilia. C. de appellatio. Et Bald. in cap.cùm inter.de re iudi. verficu.nota. tenet quòd quando à sententia non est appellatum, præsumitur ritè & rectè per omnia pronuntiatum, & includit accessorium, & principale, idest, veritatem, & solēnitatem. vt Paris de Puteo,in tractatu syndic.in parte,iudices puras. folio. 125. Tamen Alexan.dicit cōmunem esse in contrarium. ☞ Sed inquantum est dictū, quòd si appellauit pars, & appellationem non

prosequitur, quòd iudex teneatur. Mihi semper placuit opi. Bar. in. d. quæsti. in fine. vbi contrarium sentit, dicendo, quòd si pars appellauit, & iudex nō detulit appellationi, nil potest iudex parti imputari, & poterit cōueniri. Et sic credo q̄ intelligatur opi. cōmunis Alexā. scilicet quādo iudex non detulit appellationi, & appellatio est deserta: secus quando dētulit appellationi, & partis negligentia est deserta, vel alio modo pars renuntiauit appellationi, tunc cùm per interpositionem appellationis eo ipso sit quæsitum ius liberationis iudici, respectu totaliter interesse, licet remāserit obligatus propter sumptus, vt infrà dicetur, non potest pars per suam renuntiationem tacitam, vel expressam resuscitare obligationem contra iudicem. vt in. l. fina. ff. de pactis. & ista negligentia partis iudici nocere non debet. vt in. l. præsens. C. de pignori. & in hoc resident Barto. in dicta sua disputatione. Quod tenerem: quia in Barto. semper ferè inest clausula veritatis, vt re ipsa patet. vt Iohā. Baptist. de Gazalup. in tractatu de modo studendi. in quinto documēto, in fine. vbi quoque dicit, quòd sua scripta curemus habere, scire, & imitari: quia Bartolista optimus legista censendus est. ☞ Sed quid si in gradu appellationis sen
10 tentia fuit infirmata, † & sic reuocata, an poterit iudex conueniri. Barto. in. d. quæstio. tenet, quòd poterit conueniri, sed non ad totale interesse quod erat ab initio, sed tantummodo ad sumptus, vel expensas, quæ factæ fuerunt in causa appellationis, quas aliàs non sustinuisset, nisi contra eum fuisset iniquè iudicatum. vt in. l. fine. §. cùmautem. ff. rem rat. habe. & in. §. Marcellus. ☞ Sed quid si appellatio pendet, †
11 an teneatur. Videtur quòd non tenetur ad interesse, cùm per interpositionem appellationis extinguatur pronuntiatum. vt in. l. prima. ff. ad Turpilia. & Angel. in. l. furti. ff. de his qui not. infami. 2. col. & latè Iaso. in. l. prima. ff. de re iudi. nume. 14. & Abba. in cap. laudabilem. vt lite penden. in fine. Attamen potest conueniri solum ad expensas, & cætera damna, cùm primū ius remaneat sibi illæsum. vt in. l. tertia. §. ex quibus. & ibi Barto. ff. de aliena. iudi. muta. caus. fac. & Barto. in. d. quæstio. in fine. Sed ego non sto cum dicto Barto. quia nunquam practicatur: nam tantummodo in isto casu dum pendet appellatio tempore syndicatus potest iudex, qui tulit sententiam, conueniri, & tantūmodo condemnabitur, vt caueat de indignitate, quia dubius est euentus. arg. in. l. penul. ff. de peti. hæredi. quia si appellans obtinuit, non damnificabitur etiam facto, secus si succumbat. ita in expresso tenet Paul. de Castro. in. l. si filiusfamilias. ff. de iudic. nume. 9. & idem Ange. ibi. versicu. vltimò quæro. per. l. statu liber rationem. ff. de statu libe. & per alia iura. Et idem tenet Bald. in. d. §. iudices. nume. 9. & sic tenet quòd pendeat ex futuro euentu, Quicquid dicat Bart. in. d. quæst. & in. l. si minoris. ff. de administra. tuto. nume. quarto. & in dicto. §. ex quibus. Semper in iudiciis obseruatur opinio Angel. & Paul. in dict. l. si filiusfamilias. quòd solùm iudex, pendente appellatiōe, tenetur cauere de indignitate. quod sequitur Amodeus iusti. in tracta. syndicat. in glossa. Item in eo quòd plures innocentes condēnauerunt. col. 4. versicu. sed pone. vbi in expresso ait, quòd si tempore syndicatus adhuc pendet appellatio à sententia, quam querelans contra iudicem dicit fuisse iniquam, quòd syndicatores faciant, quòd iudex det fideiussores de reficiendo omnia damna, & expensas querelantis, si contingat eius sententia infirmari. Et hoc dicit esse in practica, & consueuit facere, quòd pars, pro qua lata est sententia, fideiubeat pro iudice: & præstita ista fideiussione, syndici eum non condemnabunt. Et istam opinionem tenet Bald. & dicit esse veriorem in. l. nouissimè. §. Pomponius. ff. quòd fals. tuto. auto. Et hoc tene: licet idem Bald. in dict. l. fina. C. de pœna iudi. qui mal. iudi. dicat, quòd si ex primis actis apparet sententia iniqua, iudex debet condemnari in syndicatu ad expensas, & interesse dubij euentus litis. Sed ex primis actis apparet iusta, debet absolui, licet in causa appellationis ex nouis actis possit impugnari.

☞ Tamē quādo sentētia per appellationē est recisa, tūc iudex nō cōuenitur ad totale interesse,
12 sed tantūmodo ad sumptus, † & expensas, quæ fuerunt factæ in causa appellationis. vt Barto. in d. quæst. fina. col. versi. his præmissis. Sed hoc intelligerem, quando sententia fuit recisa ex primis actis, secus si ex agitatis in causa appellationis. per. l. per hanc. C. de tempori. appella. & capitu. cùm Iohannes. de fide instrumento. & sentit Bald. in dicto. §. iudices. in fine. versicu. Item ex omnibus. & in expresso tenet Amodeus Iusti. in tractatu syndicatus. in dicta glossa, colū. tertia. versicul. Item illud. allegando Bartol. in. l. post legatum. ff. de his quibus vt indignis. Sed Bartol. ibi nil dicit, sed sufficit authoritas Amodei, vbi quoque dicit, quòd iudex non tenetur ad dictas expensas, si reus condemnatus eas consequutus fuit à parte, quæ temerè eum vexauit, quia desinit sua interesse

contra

contra iudicem. vt Barto. in l. fina. C. de pœna iudi. qui malè iudica. & facit. l. 1. §. nunc tracte mus. ff. de tutelis & ratio. distrac. ☞ Sed quid si
13 appellator † in causa appellationis succubuit, & sic sententia prima est confirmata: an iudex, qui primò eam tulit, teneatur? Dic quòd non, nec potest conueniri: quia talis sententia confirmatoria excusat iudicem. vt in. l. pro consulibus. C. de appellatio. & ita tenet Bartol. in dicta quæst. fina. col. & idem tenet Alexan. in additi. ad Barto. in. l. 1. ff. de appella. in additione magna, in medio. & Pari. de Pute. in. d. tracta. syndica. in parte, quęro de quæstione. foli. 161. nu. 8. versicu. pone q reus. ☞ Sed quis ex iudicibus
14 teneatur, an qui primò tulit sentētiam, † an qui eam confirmauit? Bald. in dict. §. iudices. nu. 8. tenet, q si primus iudex tulit sententiam, à qua fuit appellatū, & sententia confirmata, & ab ista secunda sentētia non fuit appellatum, secundus iudex facit litem suam, quia ista secunda transit in rem iudicatā: prima enim fuit nouata per secundam, & in ipsam trāsfusa. & idē tenet Alex. in additio. ad Bart. vbi suprà. Et idē tenet Amodeus iusti. vbi suprà. col. 3. versi. tenetur etiā. vbi vult sentire, quòd si est appellatum ab ista secunda confirmatoria, & fuit reuocata, q primus iudex teneatur: quia fuit principium iniquitatis, & totius mali, secundùm Innocē. in cap. sæpe. de appella. & sic ad sumptus litis, vt dictum est. ☞ Sed quando sunt plures sentētiæ conformes, tunc præsumūtur omnes iustę, & querelās contra iudicem præsumitur calumniari. vt in cle. vt calumniis. de re iudica. & Bald. in rubri. C. de pœna iudi. qui malè iudic. & tenet Amodeus iusti. vbi suprà. col. 3. versicu. Item non tenetur.
15 ☞ Quid autem si sententia est nulla, † an iudex teneatur in syndicatu? Dic quòd non. vt tenet glos. in dict. l. fi. ff. de variis & extraord. cogni. in glossa. 1. & Bald. cōmendat eam in. l. si vt proponis. la primera. C. quomodo & quando iud. nume. 17. Et tenet Montaluus. in. l. 23. titul. 22. partita tertia. vbi ait, q si sententia non valet, nullam pœnam iudex sustinebit. per dictā. l. 2. titu. 2. foro legum. lib. 2. ☞ Quod Bald. vbi suprà dicit verum, nisi aduersario interfit. & idem Bald. in dicto §. iudices. nume. 3. & idem tenet Paul. de Castro in. l. 1. §. hæc autem verba. ff. q quis iuri. in fine. Et ibi Angel. in princip. dicit, q licet non faciat litē suam, tenetur tamen ad damna, & expensas litis. per dict. glo. in. d. l. fina. & per. l. si veritur. C. de excusa. tuto. Et idem tenet Paul. de Castro in dicta. l. filius familias. ff. de iudi. nume. 3. vbi quoque dicit, q non tenetur, nisi ad dictas expensas litis, vel sumptus, in quibus potest lædi: vel quando sententia nulla fuit executioni mandata de facto. & idem tenet Hippol. de Marsi. in. l. fin. ff. de quæstio. nu. 19. & Feli. in. c. tua nos. de iureiura. nu. 6. & Bald. in. l. obseruare. §. proficisci. q. 21. ff. de offi. procō su. & Amode. iusti. in tracta. syndi. nu. 242. & su prà nu. 7. Quod intellige verum, nisi executio posset retractari per grauatum: quia grauatus retractare eam debet, secundùm Alex. in. d. §. hæc autem verba. nu. 3. ☞ Quoq; vltra Paul. intellige
16 rē, nisi exceptio nullitatis sit præscripta, † quia tūc iudex tenetur: nam in casibus, in quibus sententia est nulla, requiritur q talis exceptio nullitatis infra. 60. dies à die pronuntiationis sententiæ numerandos opponatur, aliàs transit in rem iudicatam talis sententia. vt in. l. 2. titul. 15. lib. 3. in ordina. regali. & sequitur Montaluus in l. 2. titu. 2. foro legum. lib. 2. in glos. quæ incipit, sin derecho. Et per istam. l. Regiam hodie non habet locum illud, quod tenet Paul. de Castro in. l. nec quis messium. §. sed si prætor. nu. 9. ff. de feriis. vbi dicit, quòd vsque ad triginta annos potest principaliter peti agendo, vt sententia declaretur nulla. & idem tenebat Abb. latè in consilio. 97. in prima parte. ☞ Tamen te-
17 ne, quòd si admittitur † ad dicendum de nullitate elapsis illis sexaginta diebus contentis in dicta lege Regia, & probauit, debet obtinere, vt tenet singulariter Iaf. in. l. hoc edicto. ff. de noui oper. nuntia. nume. 3. vbi dicit, quòd si statutum disponit, q post duos menses non potest dicere de nullitate sententiæ, vt in. d. lege Regia cauetur: si tamen fuit admissus, & probauit, debet obtinere in causa allegando Abb. in consilio. 55. in secūdo volu. incipiente, In causa. Et est magna extensio ad. d. l. ordinamenti, q etiam si post illum terminum fuit admissus ad allegandum de nullitate, & probauit, obtinebit in causa. ☞ Et facit in simili illud, quod tenet Innocē. in cap. cùm dilecta. de rescriptis. vbi ait, q contra sententiam, quæ transiuit in rem iudicatam, non debet pars aduersa audiri super iniquitate, vel nullitate: tamę si de facto fuit admissa, & iniquitatem probauit, est retractanda sententia. & Felin. in cap. quoniam contra. de proba. col. 13. versi. fallit quartò. & Sapia. in additio. ad Abb. in cap. 2. de purga. vulgari. ☞ Et quoque facit: quia licet à sententia super possessorio de iure ciuili non appelletur, vt in. l. vnica. C. si de momen. posse. fuerit appellatum: tamē si sit appellatum, & iudex admisit, debet appellans obtinere. vt Bald. singulariter. in. l. post sententiam.

col.2. C.de senten. & interlocu.omn.iudi.& sequitur Alexan.in consilio. 2. in tertio volumi. nume.14. ☞ Et quia probatio,quæ non debet admitti, facta tamen debet per iudicem obseruari. vt Innocen. in capi. cùm Bertoldus. de re iudi. quem refert Bald. in.l. illicitas. §. veritas. ff.de officio præsi. multa enim facta tenent,quæ fieri prohibentur. vt in.l. patre furioso.ff.de his qui sunt sui, vel ali. iur. & capi. ad apostolicam. de regula. ☞ Quoque facit: quia licet spoliator nõ debet audiri ante restitutionem, quia spoliatus ante omnia est restituendus. vt in. l. si quis ad se fundum. cum similibus.C.ad.l.Iuliam.de vi. tamen si de facto fuerit admissus à iudice,& probauit de proprietate, debet iudex pro eo ferre sententiam.Ita tenet Innocen. in capitulo,constitutus. de filiis presbyter. prout tenet Iaso.in d.l.1.quę incipit,Hoc edicto.suprà allega.& sic, quòd si post terminum est admissa, & probata, iudex debet pronuntiare super nullitate, si de ea constat, & non teneretur in syndicatu. Vide Bald. in.l. obseruare. §.proficisci. ff.de offi.pro consu. & lega. quæstio. 21. & Amode. iusti. in dicto tracta. in dicta glos. colũ.4. verficul. quid autem si tulit sententiam, ipso iure nullam. vbi concludit in eo,quod tenet Paulus de Castro in dicta.l. filiusfamilias iudex.licet eum non alleget.& Bald.in.l. si pignora. ff. de euictio. ☞ Vide tantùm Bald. in dicto. §. iudices. vbi tenet,
18 † quòd si per dolum iudex tulit sententiam nullam, facit litem suam: quia grauat partem de facto prætextu officij. facit. l. per imperitiam. ff. de euictioni. Et idem tenet Alexan. in dicta. l. prima. §.hæc autem verba.ff.quòd quisque iur. nu.4.vbi dicit, quòd tenetur ad interesse, & ad integram litis æstimationem, quando sententia nulla est iata dolo. vt tenet Bald. & Salyce. in l. venales.C.quando prouoca. non est necess.licet Angel. teneat contrarium. ☞ Quid autem,si
19 pars consentit sententiam † expresè,an si est in iusta habebit regressum contra iudicem? Dic quòd non. vt tenet Abb. in capit. pastoralis.§. quia verò. tertia col.nume.5. de officio delega. & idem tenet ibi Andre. Siculus Barba. in. 7. colũ. in fine,cum sequenti.quem vide. Et facit: quia ille, qui consentit, iura sua perdit,& aliena fortificat.tex.in.c.1.§.præterea.quib⁹ modi.feu. amittitur. in vsi.feud.& ibi glo.& Bal.ibi dicit, q̃ hęc regula est infallibilis,de quo ibi per eum. Et etiam si quando consentit sentẽtiam sit in carcere,valet. & tenet prædictus consensus, quãdo carcer est iustus, & subest iusta causa detinendi: quia metus carceris cùm adhibetur secundùm ordinem iuris,nõ est metus.Bald.in.c.si iustus. de appella.in fine. & facit.cap. dilectis. eod.tit. &.l.qui in carcerem.ff.quod metus caus.&quia detentus licitè in carceribus, potest consentire, & contrahere etiam cum eo,ad cuius instantiam detinetur,nec dicitur contractus factus per metũ:tenet Pau. de Castro in.l.qui à latronibus.ff. de testamẽ.& Bald.in.l.nam & seruus.ff.de negotiis gestis.Et vi.de materia per Hippolyt. de Marsi.in sua practi.crimi.§. attingam. nume.22. cum sequentibus ☞ Quid si iudex credat bene
20 † iudicare, tamen malè iudicat,ductus errore iuris,an in foro cõscientiæ teneatur parti,quam lę sit? Petrus & Cy.in authen.hodie.C.de iudi.dicunt, q̃ si ex necessitate assumpsit sibi officium iudicãdi, vel ex volũtate de consensu partium, nõ tenetur nisi de dolo.vt in. l.1. ff.si messor fal. mo. dixe.Quod est notandum pro arbitris,& arbitratoribus, qui assumuntur de consensu partium, vt non faciant litem suam si malè iudicãt, nisi cùm dolo hoc faciant. & ita intelligitur.l. si quis in conscribendo. C. de pactis. secus si est iudex non de voluntate partium, quia tunc tenetur,nec excusatur per ignorantiam iuris:quia asseruit se peritum, acceptando officium iudicandi:nam medicus nõ excusatur propter ignorantiam. ita Paulus de Castro in dicta authenti. hodie. numero. 2. Et ita videtur tenere Cardinalis Caietanus optimus theologus temporibus nostris, in sua summa, in parte, iustitia.loquendo de iudice proiiciente aliquem de possessione iuris errore,& de iudice malè iudicante, & negligente, & de procrastinante iustitiam. & quoque dictum Caieta.in dict. summa, in parte, iudicis peccata. vbi vide quando peccant,& sic quòd teneatur in foro conscientiæ.
21 ☞ Et an † teneatur, si de consilio sapientis iudicauit. Angel. in dict. l. filiusfamilias. in fine. tenet quòd tenetur,& non excusatur, quia non tenetur ipsum sequi, quia iudex asserit se peritũ. vt in.l.2. ff.q̃ quisq; iuri.imputet enim sibi,qui tale consilium sequitur. & dicit hoc sequi Iacobus Butrig. quod sequitur ibi in dicta.l.filius familias. Paul. de Castro. ☞ Sedcontrarium tenet textus.& ibi Bartolus in. dict.l. 2. ff. quòd quisque iur. vbi tenet,quòd imperitia assessoris excusat magistratum,non autem ipsum assessorem.sed Bart.ibi,quem sequitur Iaso. & omnes. nume.4. dicit, quòd est verum, si magistratus imperitus iuris tulit sententiam iniquam de consilio sui assessoris,quòd tunc excusatur à pœna illius edicti, non tamen excusatur, quin faciat litem suam, & teneatur parti ad totale interesse.

per

per text.& glo,ibi.Quàm glo.dicunt ibi Alex. & Iaſ.quòd cõmuniter ſequũtur doctores,& cõ mendant eam,quia multotiẽs accidit in facto.& pro ea eſt tex.ſecũdùm omnes ſcribentes in authen.de iudi.§.neceſsitatẽ.cum glo.in verbo,periculi,quanuis teneat contrarium gloſ.in.c. hoc etiam.2.quæſti.6. in gloſ. ſi.quam allegat Imol. in.l. 4. §. in eum.ff. de dãno infecto. ſecundùm Iaſo. vbi ſuprà. Et Alexan.ibi. nume. 8. dicit, quòd pro glo. in. d.l. 2. eſt cõmunis opinio, & eſt tenenda, & ſic quòd ad intereſſe teneatur. ℣ Sed contra iſtam cõmunem opi.videtur text. in contrariũ in.l. cum bonorũ. ff.de bono. poſ. & ibi Bartol.& docto. vbi habetur,quòd iudex propter conſilium excuſetur.Sed pro ſolutione dicit Hippolyt.de Marſi.in ſua practi.crimina. §. ſupereſt.nu.18. quòd Bald. dicit in rub.C.de pœna iudic. qui mal. iudi. ꝙ ſi iudex ſibi eligit aſſeſſorem, non excuſatur.vt in.l. ſi procurator. §. ſi tutores. ff. mandati. ſi verò reſpublica eum elegerit,vel deputauerit,tunc excuſatur tanquã aſtrictus cuidam formæ. argu. notatorum. in. l. polla. C. de his qui.vt indig. vbi quoque tenet dicta gloſ. in. d. l. 2. Et pro ea, & ſic pro primo membro facit illud, quod tenet Angel.in. §. omnem. in authen. de litigioſis. dicens, quòd licet poteſtas ferat ſententiam, & dicat latam ſub examine iudicis maleficiorum, tunc dicitur ab ipſo poteſtate prolata,& ipſe tenetur.vt ibi per Angel. & per Cepol.in cautel. 258. & Alexan. & Iaſ.in dict.l.2. nume.4.&. 8. ponunt hoc pro limitatione ad dict.l.2. vt procedat, quando ſibi eligit magiſtratum,ſecus ſi reſpublica. ℣ Et facit illud, quod tenet Barto.in.l. ſi conuenerit. ff.de re iudica.volens quod aſſeſſor, qui tulit in iuſtam ſententiam de conſilio iuriſperiti,& electus de voluntate partium, ꝙ tenetur: quia non debet ſtare dicto iniquo conſilio. vt in.l. quidã decedens.& in.l. Titium & Meuium. in principi. ff.de adminiſtratio.tuto. & facit. l. nemo. C. de ſentent. interlocu. omni. iudi. Quia licet partes conſenſerint vt cauſa cõmittatur,non tamen conſentiunt, ꝙ ſententia ſic feratur, ſi malè conſuluit, & ideo tenetur, & facit litem ſuam: niſi conſenſus partium, vel ſtatutum arctaret iudicem ad ſequẽdum dictum conſilium. Et ideo Bart.ibi in.d.l.ſi conuenerit. dat cõſilium aſſeſſoribus, ꝙ in tali cõmiſsione faciat poni, quòd partes ex nunc conſentiunt, vt ſecundùm conſilium talis feratur ſententia,tunc iudex non poterit conueniri. ℣ Tamen Guido de Suza.in.l. humanum.C.de legi.& Imol. & Paul.de Caſt. in dict.l.ſi conuenerit.tenent cõtra Barto. Quia ſi partibus conſentientibus iudex eligit conſultorem,tenetur ſequi conſilium: quia licet à principio habuerunt poteſtatem conſilium non habere, ita habito conſilio, videtur aſtrictus illud ſequi. allegat in argu. l. 3. §. tametſi. ff. de arbitris. maximè cum iuſta cauſa cõſueuit quem excuſari. vt in.l. qui ſolidum. §. etiam.cum ſimilibus. ff.de legat. 2.& Paul. de Caſtro in. l.ſed & ſi lege. §. ꝙ autem. in fine. ff. de peti. hæred. & Iaſ.in.l.iuſtè poſsidet. ff.de acquirend. poſſeſs. num.35. cum ſequentibus. & Hippoly.de Marſil. in repetitio.l.de vno quoque. ff.de re iudic. nume.193. ℣ Et idem contra Bartol. tenet Bald. in.d.l.obſeruare.§. proficiſci. ff. de offi.procon ſuli. & lega. quæſt.13.& in.l.mancipia. C.de ſeruis fugiti. niſi conſilium ſit contra legem, quia illud non tenetur ſequi. argu. l. reſcripta. C. ſi contra ius, vel vtili. publi. ℣ Attamen opinio Barto.tenet Specula. in titu. de requiſi.conſilij. §. 1. verſicu.quid ſi iudex.& ibi per Iohan. Andre. in addition.& in regula.nullus ex conſilio. ff.de regu.iur. in.6.in mercuri.& Bart. in repetitio.l.1.§. ſi plures. 1.quæſtio.ff.de exercito. & Abb.& ibi Canoni. in.c.ſi pro debilitate.de officio deleg. & in.c.nec epiſcopi. de tẽpor.ordi. ℣ Et iſta opi.Bart.& ſequacium eſt verior ſecũdũ Alexã.in.d.l.ſi conuenerit.nu.11.& ſequitur quoq; ibi Iaſ.nu.16.pro qua Alexan.dicit,ꝙ eſt text.optimus.in. c.cùm olim. de arbitris. & ibi docto. ℣ Quod dicit facere ad limitationẽ ſtatuti diſponentis,vel partibus diſponẽtibus,ꝙ iudex teneatur cõmittere cauſam cõſilio ſapiẽtis, nõ dicitur arctare iudicẽ ad ſequendũ cõſilium.

22 ℣ Quod dicit fallere, † niſi ex toto iudex eſſet ignarus.per cap. cùm venerabilẽ.de offi.delegati.& ibi glo.& in.l. impuberibus.ff. de ſuſpect. tuto. Quod eſt verũ ſecũdùm Iohã.de Imol. in d.c.cùm olim. de arbi.quãdo ex conſuedine patriæ viri imperiti cõmuniter creãtur in iudices, quia tũc intẽtio dicti ſtatuti videtur fuiſſe, ꝙ deberent ſequi cõſilia peritorũ,aliàs ſecus. vt tenet Alexã. vbi ſuprà. vt Bald.in.l. certi iuris. C.de iudic.& Cataldi.in tracta.ſyndica.nu.157.tomo 14.tracta. Et Angel.de Peruſio. in tracta.ſyndi. nu.8.tomo. 18. tracta. fol.41. dicit,ꝙ poteſtates terrarũ facilius excuſantur,quàm eorum aſſeſſores: quia cum ignaro lex mitius agit, quàm cum iure peritis. vt Bald. in.l. penulti. C.de legat.in fine.debẽt enim tales poteſtates conſilio ſapientis omnia deliberare,& non ex ſuo capite. vt dicit notare Bart.in.l. legati. C. de offi. proconſu. & lega. Quod facit pro iſtis iudicibus villarũ, qui Alcaldes ordinarios vocãtur, qui continuò

eliguntur in iudices, maximè in locis, & villis dominorum, licet non sint periti, quia iudicant consilio literatorum: quia si isti iudices aliquid iubent, vel faciunt de consilio iurisperiti, excusantur. vt tenet dict. Alexan. quia de consuetudine patriæ est, quòd tales iudices iudicent de consilio iurisperitorum. ☞ Quinimo expensis
23 partium † possunt assumere assessorem. vt in capitu. statutum. §. assessorem. de rescrip. in. 6. & Paul. de Castro in. l. fina. ff. de assesso. & Abb. in cap. sciscitatus. de rescrip. fina. col. nume. 15. & vide Alexan. in addition. ad Barto. in. l. postulauerit. ff. de adulter. & Cardina. in Clemen. prima, de ætate & qualita. Et vide quæ dicam in cap. 2. infrà eodem, in glo. ygualmente su justicia. versicu. & ego idem dicerem. & Bald. in. l. 2. C. de senten. ex pericul. recit. & Lanfran. de Oria. in repetitio. cap. quoniam contra. de probatio. in parte, interlocutorię & appellationes. num. 25. vbi intelligit hoc verum in iudicibus, qui de se non sunt periti, nec est electus ratione scientiæ, vt dicunt esse potestates, & arbitratores, qui sunt idiotæ. Secus autem si esset electus propter peritiã scientiæ, vt sunt vicarij potestatum, qui in nostra Hispania vocantur, Tenientes, quia tunc non possunt compellere partes eligere consultorem: quia si ipse nesciat, de se conquerat: nec facere expensis ipsorum. vt tenet ad literam beatus Archiepiscopus Floren. in tertia parte. titu. 9. cap. 2. §. 9. vbi dicit, quòd cùm ordinarius secularis non teneatur scire, sed sufficit quòd habeat experientiam de causis, prout habetur in. l. certi. C. de iudic. poterit salarium pro assessore petere. Et dicit, quòd notatur in authenti. de iudi. circa principium secundùm Iohan. de Imol. qui dicit, quòd supra hoc est consuetudo attendẽda, prout dictus Archiepisco. Florenti. tenet, vbi per eum de materia. ☞ Vbi quoque dicit, quòd hoc est verum, si non habet salarium de publico. Et idem cauetur de lege Regia, vt infrà dicetur, vel si non egebat, quia est peritus, & per se potest causam determinare, & finire, quia in hoc vult grauare partes. secus si sit idiota, prout tenet Paul. de Cast. in. l. consilium. ff. de offi. assessso. vbi ait, quòd si iudex, vel arbiter sit idiota super puncto iuris, bene potest mandare partibus, quòd dent ei salarium pro consultore habendo. vt in. l. 4. §. 2. ff. finium regundo. & glossa in. l. 2. titu. 2. foro legum. libro. 2. in glossã, quæ incipit, que no lo entiende. ☞ Et quando quæstio cõmittatur consulenda, cuius expensis debet fieri. vide Barto. singulariter in. l. si postulauerit. in fine. ff. ad legem Iuliã. de adulter. Et Bald. in. l. 2. prima col. versi. sed nunquid. C. de sentẽ. ex peri. recitan. dicit, ꝙ tale salarium debet præstari consultori ab vtraque parte, nisi altera pars petat consilium. vt Bartolus in dicta. l. si postulauerit. & Lanfranc. de Oria. in dicto cap. quoniam contra. de probatio. versicu. sententia. 9. colũ. & si præstatur ab vna parte tantùm casu, quo iudex suo motu, vel ad instantiam vtriusque partis cõsilium habuerit, datur regressus contra alteram partem. vt Florian. in. l. sed & loci. §. primo. ff. finium regun. & Speculato. in titulo de assessori. §. salarium. versicu. penulti. & Barto. in. l. in sacris. C. de proximi. sacro. lib. 12. ☞ Et quòd
24 dicti iudices, qui de consuetudine creãtur † imperiti, si de consilio iurisperiti iudicauerunt, non teneantur. prout tenet Alexan. allegando Anton. in dict. l. si conuenerit. Facit quod dicit Iaso. ibi nume. 16. vbi dicit, ꝙ Barto. ibi loquitur in iudice, qui debet esse peritus iuris, & qui videtur asserere esse peritum. vt in dicta. l. 2. ff. ꝙ quisque iuri. vnde non debet credere consultori imperito. & dicit ita tenere Bald. in dict. l. obseruare. in dict. §. proficisci. quæstio. 13. & ꝙ ille allegat Barto. ita tenere in dict. l. in bonorũ. in fine. ff. de bono. posse. & Bald. & Salycet. in l. iuris ignorantia. C. qui admitti. Et vide Barto. in. d. l. in bonorum. nume. 4. vbi expressè tenet, ꝙ credens consilio alterius, si per se scire non debet, excusatur: quod dicit esse menti tenendum. & idem tenet Alexan. in additio. ad Bart. in. l. 1. §. si plures. ff. de exercito. in additione, quæ est in nume. 12. & idem tenet Alexan: in dict. l. 2. ff. ꝙ quisque iur. in fine. ☞ Sed Paul. de Castro ibi, in nume. 7. tenet contrarium, dicens, quòd magistratus quantũcunque imperitus literarmm facit litem suam, si faciat iniustitiam, etiam si non tenebatur tenere assessorem: licet videbatur cõtrariũ, quia nõ esset in leui culpa, quia nunquam asserunt se peritum, & tale officium consueuit dari imperitis, vnde videbatur, ꝙ nõ teneatur. ☞ Sed istud dictum Paul. nõ obstat: quia talis tenetur, quando non iudicauit de consilio sapientis: secus quando de consilio sapientis iudicauit, quia tunc non tenetur, vt dictum est. Et Cataldi. in dicto suo tracta. syndica. quæstio. 41. tenet in expresso, ꝙ potestas, qui est iuris ignarus, si sententiam iniustam tulit de consilio suorum iudicum, talis potestas non tenetur, sed iudex, sub cuius examine & consilio sententia lata fuit. vt in dicta. l. 2. pro quo dicit, quòd facit bonus text. in. l. prima. C. de his qui latro. ibi, sub examine iudicis. & Angel. idem

tenet

tenet in.l.si illi.C.de decurio.lib.10.& in authē-
tic. de litigio.§.omnem nota.& Bal.in.l.obserua
re.C.co.ti.de decurio. ¶ Et vbi suprà dicunt,q
licet partes consentiant,quòd iudex ferat sente
tiam de consilio sapientis, etiam apertum & co-
25 gnitum partibus,q à tali sententia possunt †ap-
pellare,& ex nouis actis & probationibus pos-
sunt impugnare sententiam.vt in.l.eos.C.de ap
pella.quia non tollit remedium appellatio, nisi
per expressam renuntiationem.vt in.l.fin.C.de
tempo.appella.Et cum Bar.in.d.l. si conuen-
rit.tenet Alex.num.13.vbi dicit ,quòd ita com-
muniter tenetur,licet Bal.teneat contrarium in
quodam suo repertorio.per tex.meliorem de iu
re in.l.generaliter.§.1.ibi,quis enim ferendū est.
C.de rebus credi.tamen dicit, quòd communis
opi.est in contrarium.& temerarium esset ab ea
recedere,& pro vera est tenēda,& sic,quòd si iu
dex imperitus de consilio iurisperiti iudicauit,
excusatur. ¶ Imò dicit ibi Ias.in dict.l.si conue
nerit.nume.20.quòd non solùm à tali sententia
26 potest appellari:imo fortius †talis sententia lata
prætextu consilij sapientis, nunquam transit in
rem iudicatam, quin possit semper retractari pe
ritioribus iustius consulentibus.ita singulariter
Anto.de butri.in cap.proposuisti.de probatio.
& Ias.vbi suprà. ¶ Sed.d.gloss.in.d.l.2.ff. quòd
27 quisq; iuris †limita per.d.Saly.in.l.fi.C.de pœ
na iudi.qui malè iudi.nisi talis assessor haberet
instrumentum suæ probationis factæ à doctori-
bus in studiis generalibus & publicis:quia tūc
magistratus habuit iustam causam credendi,&
excusatur.argu.in.l.agrum.& in.l.qui non tam
idoneum.ff.commoda.vel etiam dato quòd non
sit doctoratus,licentiatus,vel bachalarius:erat ta
men publicè exercitatus assessor in officiis simi
libus, in quibus peritum se docuit, secundùm
Alexan.ibi in di.l.2.num.9.quod dicit esse no-
tandum,& nūquam eiici debet à memoria,quia
poterit plurimos ex hoc euadere prætores à pe
riculo syndicatus. quod sequitur ibi Ias. nu.4.
Et idem tenet Alex.in consilio.19.volu.7.num.
13.vbi ait,quòd licet cōmunis opi.sit,quòd im-
peritia consultoris,vel assessoris electi à magi-
stratu non excusat magistratum, fallit quando
eligit virum approbatum,& exercitatum in si-
milibus, ad quē communiter habetur recursus,
quia tunc excūsatur.vt Angel. in.l.terminato.
C.de fruct.& litis expen.& isto casu accessor te
netur,vt gloss.in capit.hoc etiam.2.q.6.& infrà
dicetur,nu.30.Quod facit pro dictis iudicibus,
qui quotidie creantur indocti:quia si isti de cō-
silio sapientis approbati,vel exercitati,vel de il
lo,ad quem recurritur pro dubiis decidēdis,ali-
quid faciūt,licet sit iniustum,excusantur. ¶ Nec
obstat limitatio Alexan. inquantum intelligit,
quòd excusantur,quādo est iustum consilium ,
secus si iniustum: quia intelligitur in iudicibus
habētibus scientiam,& sapientiam , quia isti nō
tenentur ipsum sequi,cùm asseruit se peritum,
secus in aliis.tenet Cataldi.in dict.tracta. syndi-
ca.quæst.70. ¶ Et faciunt omnia , quæ tradit A-
lexan.in consilio.64.in.1.volu.num.5.vsque in
fine.& in consilio.15.eod.volu.numer.16.& 17.
28 vbi ait quòd regula,in † qua habetur , quòd di-
cto medicorum sit standum,an vulnus sit morta
le,& in similibus.vt in.l.semel.& ibi Bartol.&
Angelus.C.de re mil.lib.12.& Innoc.in capi.si
gnificasti. el.2 .de homic.& Specula,in titul.de
probatio.§.1.versicul.hoc quoque . & Bartol.in
procœmi.fforum.pe.colum.& ibi Bald.& An-
gel.& Bar.in.l.quotiens.C.de pōderi.lib.10. &
Abb.& docto.in.d.capi.proposuisti.de probatio. ¶ Satis est,quòd medici sint in similibus ex
perti,vt dicit text.in capit.fi.de frigi.& text. &
ibi Bart.in.l.prima.ff.de vari.& extraor. cogni.
vbi declarat Barto.qui dicātur medici . ¶ Et pro
cedit quoque,etiam si talis medicus non esset
doctoratus.per tex.in.l. prima,§.nec autem . C.
de communi seruo manumis. vbi serui possunt
esse medici,qui esse nō possent,si ad hoc vt quis
dicatur medicus,requireret doctoratus.nam cū
doctoratus sit dignitas,vt notat Bart.in.l.ex eo.
ff.de testam.mili.& in cap.quanto.de magistris.
& dixi in.1.gloss. supra procœmi. istorum capi-
tum:seruus ad illam dignitatem non potest aspi
rare, vt in.l.prima,&.2 . C.si seruus,aut lib.lib.
12.& Bald.in.l.sciendum.§. demum.ff.de ædili-
tio edicto.per text.ibi.versi.dictum. ¶ Et per il-
lum text.dicit ibi , quòd cùm in quadam eccle-
sia esset cōstitutio,prout est in monasteriis mo-
nialium, quòd nemo possit eorum claustrum
intrare sub pœna excommunicationis , nisi sit
29 medicus,†prout in Hispania habetur in mona
steriis monialium,q si medicus,qui non est do
ctor,nec graduatus,si est expertus in medicina,
vel in chirurgia intrauit claustrum, non incidit
in excōmunicationem , dummodo sit talis,quē
vulgus medicū,vel chirurgū appellet:quia li-
cetnō sint literati,intrāt in.d.claustrū. ¶ Et quo
q; per illū tex.tenet ibi An.q si officialis ,pmit
tat ducere secū duos iuristas , sufficit ducere ta-
les,q vulgo iuristæ appellātur,licet nō sint do-
ctores.notat An.de aretio.in. §. cūq;. in primo
notabili.in procœmi. Institit.numer.2.& Ias.vbi
30 suprà. ¶ Sed an consultor † teneatur iudi-
ci ex

ci ex malo consilio quòd dedit. Angel. & Paul. de Castr. in dict. l. si filius familias. ff. de iudi. nume. 11. tenent quòd non, allegando Bar. in dicta l. bonorum. ff. de bono. posse. Sed Amodeus iusti. in dict. tracta. syndi. in glos. Item in eo quòd plures. 1. colū. versi. si potestas. nu. 124. intelligit hoc, si fuit electus à iudice, quia tunc non tenetur iudici cōsultor. & sic intellige. d. An. & Pau. in dict. l. si filius familias: secus si fuit electus à partibus, quia tenetur parti læsæ de malo consilio, allegando Angel. & Bal. in l. certis annis. C. de pactis. & in dict. §. proficisci. quæst. 4. Tu vide melius dictum Amode. iusti. in dicto tracta. num. 203. an si potestas, seu iudex soluit in syndicatu, quia in plus, vel minus cōdemnauit iuxta sui assessoris consilium, an contra ipsum consultorem possit habere regressum. Vbi dicit, q̄ si potestas per dolum tulit sententiā iniquā, & soluit, licet etiā collateralis fuerit in dolo cō sulēdo, nō habebit regressū cōtra collateralē, qa punitur ex dolo suo, qa fortè erat legū doctor, & cognouit q̄ faciebat iniustitiā. Secꝰ si potestas erat iuris ignarus: quia tunc licet potestas teneatur tanquam caput. vt in. l. 1. ff. fur aduer. nau. quia tulit sententiam nomine suo, habet regressum contra collateralem. per. l. 2. ff. quòd quisque iur. & ibi Bar. & Bal. & not. in authentica. vt iudi. sine. §. necessitatem. & ibi bona glo. colla. 2. ℣ Specula. in titu. de requisi. consi. §. 1. versicu. consilarij. nume. 5. indistinctè tenet, q̄ si talis, qui præstat consilium, conuincatur de dolo, & iniquè consuluisse, tenetur parti, & aliàs punitur. vt in. l. cō filij non fraudulenti. ff. de regul. iuris. & in. l. cō siliarios. C. de assesso. & contra iniquè consulentem potest agi quanti interest alicuius consilium datum non fuisse. vt in. l. arbitro. §. dolo. ff. de dolo. & si non sit soluendo, videtur quòd debet restitui litigator ad pristinum ius. vt. ff. eod. l. eleganter. §. pe. & quandoque falsus consiliarius excommunicatur. vt cap. nouerit, & ca. grauem. de sent. excō. & quandoque suspenditur, & infamis efficitur. vt in cap. si aduersus. de hæreticis. ℣ Licet sit in contrarium: quia nemo ex cō silio obligatur. vt in. l. 2. in fine. ff. manda. & in. §. ex diuerso. aliàs. §. tua gratia. Institu. eod. vbi de hoc. ℣ Sed illud procedit in consilio non fraudulento, ex quo nemo obligatur. Sed si per imprudentiam falsum dedit consilium, non videtur excusari, imò debet puniri. vt in. l. fi. ff. de variis extraord. cogni. quia imprudentia culpæ cō numeratur. vt in. §. imperitia quoque. institu. ad l. Aquili. & sic q̄ tenetur. & in hoc residet Specula. vbi suprà. ℣ Et Ange. de aretio. in dict. §. tua gratia. institu. manda. num. 4. dicit, quòd credit, quòd facit litem suam, quando ex forma statuti iudex debet stare dicto consilio, & ferre sententiā secundū eum, aliàs autē dictum consiliū nō lædit, quia non cogebatur illud consilium sequi. vt in. l. 1. & ibi Bar. in. §. si plures. ff. de exercito. Sed non affirmat pro constanti, sed cogitan dum relinquit tamen Alexan. in rub. C. de procura. videtur sentire idem. ℣ Sed opinio Specula. quòd puniatur indistinctè, tenet Montal. in l. 2. titu. 2. lib. 2. for. ll. in glo. por que no lo entiēde. vbi ait, q̄ si per imperitiam assessoris iudex malè iudicauit, tunc assessor punitur. vt in dict. l. 2. & Iohan. fab. in prin. institu. de obliga. quæ ex quasi deli. nas. idem tenet, q̄ assessor, seu cōsiliarius tenetur sicut iudex. Et est tex. expressus, q̄ talis consultor tenetur. in. l. 3. titu. 21. parti. 3. & ibi Montal. singulariter. & idem videtur tenere Paul. de Castro. in. l. si quis fundum. §. celsus. ff. locati. vbi tenet, quòd assessor tenetur de imperitia, quia cēsetur asserere se peritum, & sic quòd talis consultor teneatur, & non potestas, nec iudex. idem tenet Ias. in. l. omnem. ff. de officio assesso. nu. 17. & idem tenet Bal. in capit. intimasti. de appella. nu. 3. ℣ Sed hoc intellige verum in iudice vel potestate imperito, qui non est doctor, nec literatus, quia tūc talis iudex excusatur propter tale consilium, & consultor tenetur. Secus est in iudice, vel potestate, qui est doctor vel iuris peritus, quia tunc non excusatur, sed tenetur vt suprà dictum est. Et Bar. in. d. l. bonorum. in fine. & Bal. & saly. in. l. iuris ignorantia. C. qui admitti. & saly. in. l. fi. C. de pœna iudi. qui mal. iudi. dum ponit. q. de potestate idiota. & ita intelligit Philipp. decius singulariter in consilio 8. colum. 4. nu. 5. quem singulariter vide. ℣ Et dicit, quòd facit in simili, quod tenet Anto. de butrio in cap. cùm olim. de arbitris. col. fina. versi. & puto. vbi tenet, quòd quando iudex est ignorus, tenetur sequi consilium sapientis, & ideo meritò excusatur. ℣ Sed alius non cogitur sequi consilium, & ideo si sequatur malum consilium: facit litem suam, & in syndicatu non excusatur. Quod intellectum credo q̄ sit ipsamet veritas: quod facit, vt suprà dixi, pro iudicibus, qui cōmuniter eliguntur imperiti, vt si aliquid faciant de consilio iuris periti, excusenter, & non teneā tur, sed ipse peritus. ℣ Quod extende, quòd nō solùm tenetur de malo consilio expresso, verū 31
etiam de tacito: † quia omne, quod factum est à potestate, videtur fieri de consilio assessoris. vt in. l. quoniam iudices. C. de appellatio. vbi Bald. dicit, quòd potestas facit iniustitiam, assessor de

bet pu

bet puniri,nisi protestetur, & ei contradicat apud acta. Et Pau.de Cast.in.l.diē functo.n.8.ff. de.offi.assesso.& Ias.in.l.omnem.eod.tit.nu.17. idem tenent.s.quòd cauti assessores quando potestas facit aliquod iniustum expresse protestent.& non consentiant,aliàs ipsi tenentur. Et ideo

nuestras cartas, y

dicit Cataldi.in.d.tracta.syndi.q.41.in fine, q si vicarius erat ad bānum dum potestas sententiā proferebat, & non contradixit, præsumitur ei consuluisse,& ex hoc punitur, sicut si in sententia contineretur, q esset lata de suo consilio.per d.l.quoniam.vnde dicit,q cauti faciēt iudices, qui non assentiant potestates ad tribunalia, quā do sentiunt,vel putant,q sententia, quam vult proferre potestas,est contra ius:quod sæpe videtur de facto.& idem tenet Angel.in auth.vt nulli iudicum. §. omnem.vltim.notabil.&.in.l. omnes iudices.C.de decurio.lib.10.& Bar.in tracta.represali.in.2.q.6.q.principalis.& Bar.in authen.omnino.C.nec vxor pro mari.in.6.col.& Cepo.in cautela.61. ∇ Et in istis locis reperies,q non sufficit ad releuandū assessorem, q in actis non reperiatur quòd sententia iniqua sit lata ex suo cōsilio,& deliberatione.& Ias.in.d.l.omnē. & Philippus decius in.d.consilio.nu.2.Et ideo dicit Montal.in.d.l.2.fori.in.d.glo.para que nolo entiēde. q assessores imperiti sunt in magno periculo constituti:quia tenentur de imperitia, & consilio, quod dant potestati, licet sententia non formetur in personam assessoris, sed potestatis. ∇ Quod facit cōtra istos locumtenentes Correctorū:quia isti Correctores semper volūt facere aliquid iniustum, quia sunt imperiti, q

32 aduertant tales † sua locatenētes, q contradicūt eis apud acta,& protestētur, q nō faciant quod est iniustū, aliàs tenerentur.vt Io.de pla.in.d.l. omnes iudices.& in.l.prohibitū.C.de iure fisci li.10.vbi plat.in.d.l.omnē.dicit in fine,q debēt resistere facto:& si nō valent facto,resistant verbo.s.cū protestatione.Quod dicit esse verū,quā do certū est eū facere cōtra leges:si autē faciat se cūdū leges,omnes obedire debēt,aliàs puniuntur.vt in.l.1.ff.si quis ius dicē.nō obtēpe. Et idē tenet Io.de Pla.in.l.prædia.C.de locatione prædiorū fiscali.& ciuiliū.lib.11.n.5.dicendo, q ex delicto iudic.seu magistratus puniūtur omnes sui officiales eadē pœna.qua & ipse sol⁹. vt ibi. & in auth.generaliter.C.de epis.& cleri. & hoc ideo:quia totū officiū debet resistere iudici inquè & ptinaciter prohibita faciēti.vt in.l.quoniā.C.de appel.l.oēs iudices.C.de decuri.li.10. & ibi plat.nā tutor tenetur accusare cōtutorē de suspecto, cū videt eū malè administrare,alioqn ei īputatur.vt in.l.emili⁹.in fine.ff.de tute.& in l.tres tutores. circa finē. ∇ In dubioverò parēdū

33 † est iudici:quia pręsumptio est,q iustè agat.ar. in.l.2.ff.si quis in ius voc.nō ierit.est gl.magi.in

mandamientos, q̄

l.nō videtur.ff.de re.iuri. ∇ Sed ego quoq; intelligerē q debet talē,ptestationē, vel resistentiā facere, qñ potestas nō est peritus.Secus si est iuris peritus,quia tūc nō tenetur:quia īputet potestati, si facit cōtra legē,quia asserit se peritū.per.d. Sal. in.d.l.fi.C.de pœna iudi.qui malè iudi.& Philip.decius in.d.cōsilio.8.qui ita tenet,q nota,&

34 tene mēti. ∇ Casus † autē,in quibus iudex tenetur, ne sim transcriptor, vide per Pari.de pu.in d.tracta.syn.& per Amo.iust.& Cataldi.& Bal. in.d.suis tractatibus.& per Bar.in.d.l.fi.ff.de variis & extrao.co.& aliquid per Mōtal.in.d.l.23. &.24.ti.22.par.3. ∇ Tamē iudex in syndi.potest ex nouis allegationibus defendere sententiā,& ostēdere cōdēnatum ius nō fouere.Bal.per illū text.in repeti.l.emeli⁹.ff.de mino.in fine. & alī quid p Bal.in.§.iudices.ti.de pace iura.fir.& Pari.de pu.in tract.syn.in parte,an nisi potestas.fo: 21.Et hoc vidi practicari,licet idē Bal.in.c.quoniā cōtra.de pbatio.8.co.ver.nota.n.5c.tenet cōtrariū,dicēdo,q cū acta iudicij sint stricti iuris, & omissū habetur p omisso,non creditur iudici volēti iustificare sentētiā suā aliūde,quā ex actis & hoc dicit,q determinat ille tex.solēn.sed primū tene. ∇ Quod credo q fallit in tortura,in qua iudicia debēt pcedere,& nō sequi. vt tex, & gl. in.l.marit⁹.ff.de quęsti.& Bal.in.c.ad nostrā.de pbatio.n.3.& hac causa in tali tortura post latā sentētiā,& executiōi mādatā iudex ex nouis in dictis nō pōt suā sentētiā iustificare, & eum defendere,& ostēdere rectè esse cōdēnatū, cogita. Sed qd si iudex absoluit ab obseruatiōe iudicij, licet per hoc nō sit perēpta actio, vel ius ptis:an faciat litē suā?Bar.tenet q sic.in.l.si qs in cōscribēdo.C.de pacti.q dicit notādū. Tñ cōtrariū tenēt ibi Bal.Sa.Ale.n.4.& Ias.n.10.dicētes,q nō teneatur.s.ad totale interesse, put Bar. dicit,nisi dolo fecerit,vel quādo parti nō esset facile rem choare litē de nouo,aliàs nō tenetur nisi in quā tum lædit.vt per Alex.ibi,& in nu.5.

Summarium.

1 Mandatū principis,est cōstitutio de prouincia gubernanda.

2 Mādatū regis est adimplēdū,aliàs inobediētes puniūtur.Fallit vt in.n.13.cum sequentibus.

3 Inobedientia,est crimē grauissimum.

Manda-

4 Mandatū regis eſt lex generalis,quādo eſt clauſum in corpore iuris,& ſpecialis in re,ſuper qua emanatur,& poſt præſentationem debet reſtitui præſentanti.

5 Violator legis,qua pœna puniatur.

6 Mandatum regis non adimplēs, qua pœna puniatur.

7 Rogationes principum, vel regum ſunt adimplendę,quia mandata intelliguntur.

8 Iudices eccleſiaſtici debent obedire rogaminibus principum, aliàs puniuntur.

9 Epiſcopi,& iudices eccleſiaſtici,ſunt ſub rege.

10 Epiſcopus magis parere debet regi, quàm Archiepiſco.

Rex de cōſuetudine antiqua & approbata ſe intromittit de violentiis illatis perſonis eccleſiaſticis.

11 Iudex temporalis,& ſic iudex laicus,eſt competens iudex ſuper poſſeſſorio,vel quaſi in ſpiritualibus, vel beneficialibus cauſis.

12 Correctores non ſolùm debēt obedire, & adimplere mandata regis, verum etiam informare ſubditos ad obediendum:aliàs ſi contrarium faciunt,tanquam falſi prædicatores ſunt puniendi.

13 Poteſtas,qui ignorat mandatum principis,non punitur,licet non adimpleat.

14 Mandatum regis,quod eſt contra conſcientiam regis,non eſt adimplendum.

15 Mandatum regis,quod eſt contra articulos fidei non eſt adimplendum.

16 Mandatum regis, quod eſt contra rempublicā, vel contra ius,non eſt adimplendum,niſi ſecunda iuſsio emanauerit.

17 Mandato regis,in quo non ſubeſt cauſa, nō eſt obediendum.

18 Mādatum regis,in quo iubet,quòd quis admittatur ad officium,in quo ſemel deliquit, non eſt adimplendum, niſi diceret ex certa ſcientia.

19 Mandato regis ex ſubita fæuitia emanato, non eſt parendum,ſed ſuperſedendum.

20 Caſus,in quibus executio, & mandatum regis differtur.

21 Mandatum regis eſt ſeruandum, dummodo alteri non inferat iniuſtitiam.

22 Mandatum regis, quòd tollit debitum alterius ſine cauſa,non debet adimpleri.

23 Iudex,qui non adimplet mandatum regis,obediat illi,& ſupplicet de eo,& durāte iſta ſupplicatione, non dicitur contempſiſſe mandatum.

24 Executio differtur ad petitionem populi propter aliquam virtutem præſtantem, vel magnam peritiā artis, donec principi,vel ſuperiori conſulatur.

25 Quoque ſuperſedetur,quando damnatus eſt in aliqua magna dignitate.

26 Item ſuperſeditur executio,quando quis accuſatur de grauiori delicto.

27 Quoque executio ſuperſedetur, quando poſt latam ſententiam corporalem conſtatet de innocentia condemnati.

28 Executio quoque ſuſpenditur, quando aliquis eſt ſuſpenſus,& laqueus ſe fregit.

29 Executio ſuſpenditur,quādo damnatus ad mortem vult ducere in vxorem meretricem in lupanari publico exiſtentem,& illam à peccato extrahere.

k **Mandamos.** [k] Eſt autem mandatum principis conſtitutio† quædam continens præcepta de laudabiliter ꝓuincia gubernanda. vt eſt glo.in authē tica,de manda.princ.in princi.co.3.Et mandatū quodlibet principis præceptum per excellentiam accipitur.vt ibi gloſſ. Et regi eſt obedien-
2 dum,& mandatum eius † debet adimperi,aliàs inobedientes puniūtur. vt in.l.prima.titulo.4. for.ll.lib.1.quia ſubiecti debemus eſſe regi tanquam præexcellenti. vt in cap.de Cōſtantinopolitana.22. diſtin.in fine.& eius mandatis obedire ad vindictam malefactorum, laudem verò bonorū.vt in cap.ſolitæ.de maio.& obedi. ℣ Et qui ei non obedit,morte moriatur.vt in capit.ſi
3 quis venerit.eod.titu.quia inobedientia† eſt crimen grauiſsimum,quia eſt crimen idolatriæ.vt in cap.ſciendum.8.quæſt.1.& hoc, quia ſi man-
4 datum regis † eſt clauſum in corpore iuris, eſt lex generalis.vt in dict.authen.de manda.princip.ſiue ſit ſpecialis in ea re tantùm,pro qua mādatum emanat.vt.l.2.C.de legi.& poſt preſentationem debet dari, & reſtitui tale mandatum, ſeu prouiſio ei,in cuius fauorē mittitur, & exēplum debet remanere ei,ad quem literæ mittuntur.vt tex.& ibi pla.in.l.fi.C.de diuerſis offi.appari.li.12.Quod dicit malè obſeruare iuſtitiarij, & officiales regis,quibus mandatur, vt aliquid faciant,vel ſoluant,qui nec facere,nec reſtituere
5 literas volunt. Et ſicut violator legis † punitur extraordinariè,quia non eſt certa pœna impoſita contemptoribus.vt Angelus in additioni. ad Bartolū in.l. vnica.C.de theſaur.lib.10.ita punitur violator mādati Regis,licet alij dicant,quòd punitur pœna capitali.Sed Angel.ibi dicit, ꝙ illud poteſt intelligi de mandato contempto,in quo continetur illa certa pœna, aliàs extraordinariè

nariè puniatur: nã alibi ponit lex pœnã deportationis, alibi pœnã pecuniariã. vt. C. de agenti.
6 in reb⁹. l. fi. lib. 10. ☞ Sed q. i. ne puniatur † arbitrio iudic. tenet Iohã. de plat. in. l. 1. C. de veteri numiſma poteſta. lib. 11. nu. 4. Tamẽ ſi eſt familiaris principis, qui eum nõ adimplet, vel ſi eſt nobilis, magis punitur qũ cõtẽnitur mãdatum principis, quã ali⁹, ſec⁹ in aliis delict. vt eſt tex. in. l. 1. C. de cõdu. & procura. dom⁹ auguſti. lib. 10. & tenet Mõtal. in gloſ. ordina. in parte, pœna. & tenet Bal. in. c. ſi quis vero. de pace iura. firma. in vſi. feudo. Idem tenet plat. in. l. vnica. C. de conductor. & procurato. lib. 11. num. 2. & quo q; dicit, q facit, vt officiales, & baronarij poteſtatis delinquẽtes graui⁹ quã ceteri puniri debeãt: Sicut etiã fili⁹ p parricidio graui⁹ punitur, quã extrane⁹. vt in. l. vnica. C. de his qui paren. vel libe. occid. Vide quoq; Iohã. de plat. in. l. dotitij. C. de decurio. lib. 10. vbi ait, q pertinaciter reſiſtẽs mãdatis principis, vel ea impugnãs, incidit in crimẽ ſacrilegij, & ei⁹ pœna. p tex. ibi. ☞ Sed iã hodie eſt pœna à iure determinata. vt in. l. 12. tit. 19. lib. 8. in ordi. regali. vbi dicit, q nõ adimplẽs mãdatum, vel literas regis, punitur pœnis, de quib⁹ & in ipſis literis & mãdatis. & idẽ tenet glo. in. l. 1. ff. de legi. & cõſuetudi. in cõſtitutionib⁹ regni Neapolit. in verbo, immortalitatis. vbi reſolutiuè tenet, q qũ in mandato Regis eſt certa pœna, tũc de cõtẽptu ſufficit pœna illa. Aut non eſt impoſita certa pœna, & erit extraordinaria, vel arbitraria. Et hoc dicit q ſeruat Curia. ſ. punire arbitrariè: Sed cautius dicit eſſe in mãdatis Regis certã pœnã apponi. ☞ Quoq; punitur iudex nõ adimplẽs mãdatũ regis in cõmiſsiõe ſalarij, ſicut ille, qui malè ſe habet in officio. vt Iohã. de plat. in. l. iudices. C. de anno. & tribu. lib. 10. in principio. ☞ Et nõ ſolùm amittit ſalariũ, ſi nõ adimplet mandatũ ſuperioris, verũ etiã amittit, ſi eſt tard⁹, & negligẽs in eũ exequẽdo. vt Iohã. de plat. ibi p tex. in. l. fi. C. de fabricẽ. lib. 11. ☞ Et nõ ſolùm mãdatũ expreſsũ regis
7 debet adimplere, verũ etiã rogatiões † regis, vel principis: quia vt dixit glo. in. l. 1. in principio. in verbo, quẽadmodũ. ff. q iuſſu. Rogatiões domini, & principis præcepta ſunt. & eſt gloſ. in cle. 1. de teſtib⁹. in verbo, exhortamur. & innoc. in. c. petitio. de iureiurã. & Iaſ. in. §. quadrupli. inſtitu. de actio. nu. 58. & Bal. in. l. ſi mãdator. C. q cũ eo. & iuxta illud, Eſt rogare ducũ ſpecies violenta iubẽdi. vt Bar. in tracta. de tyrannide. in. 7. q. & Andre. de Iſernia in. c. ſi quis miles. in tit. de feudo ſine culpa nõ amitte. Alex. in cõſilio. 124. in fine. in. 1. volu. ☞ Quod facit contra
8 iſtos iudices eccleſiaſticos, † quia eis nõ precipit rex, ſed rogat, quæ rogatio eſt mãdatũ, vt dictũ eſt: & ſi nõ faciũt quod eſt mandatũ, vel rogatio, ſunt puniẽdi tanquã inobediẽtes: & quia
9 epiſcopi, & iudices † eccleſiaſtici ſunt ſub rege: tex. & ibi gl. in. c. tributũ. 23. q. 8. in verbo, eccleſia. Et inno. in. c. cùm parati. de appella. & Alex. in. d. cõſilio. 124. nu. 4. dicũt, q epiſcop⁹ † magis
10 parere debet regi, quàm archiepo: maximè quia rex Hiſpanię de cõſuetudine antiqua & approbata põt cognoſcere, & ſe intromittere de violẽtijs etiã inter eccleſiaſticas perſonas, & ſup ecclesijs vel beneficijs illatis. vt tenet Mõtal. in gl. ordi. regali. in parte, rex. in fine. & dicit, q cum dicta cõſuetudine cõcordat glo. in ca. princeps. 23. q. 5. & quoq; facit tex. in. c. regũ. ead. cauſ. 12. q. & l. 5. tit. 1. lib. 2. in ordi. regali. & facit quod tenet Guido papa in deciſioni. ſuis. deciſi. 1. & deciſiõe. 85. vbi † tenet, q iudex tẽporalis, q eſt iu-
11 dex laic⁹, eſt cõpetẽs iudex, qñ agitur ſup poſſeſſorio, vel quaſi in ſpirituali⁹, vel beneficiali⁹ Cauſis. vt Iohã. Andr. in. c. fi. de iudi. Et eſt ratio: quia poſſeſſoriũ nõ eſt quid ſpirituale, ſed tẽporale. vt gloſ. in cap. literas. de iura. calumni. ☞ Quinimo nõ ſolùm correctores, & iudices debẽt obedire, & adimplere mãdata regis, verum
12 etiã informare † ſubditos ad obediẽtiã principũ, & dominorũ: & ſi contrariũ faciũt, ſunt puniẽdi tanquã falſi prædicatores. vt tenet ſingulariter Bal. in authẽ. habita. C. ne fili⁹ pro pa. 3. colũ. nu. 13. verſi. ſeptimo. ☞ Sed iſte tex. fallit. 1. in
13 poteſtate ignorãte † de tali mãdato principis. vt tenet Bal in. l. Si duas habẽti. ff. de excuſa. tuto. ☞ Itẽ fallit, qñ rex mãdat id, quod eſt cõtra cõ
14 ſciẽtiã, † qa tũc nõ eſt obediẽd⁹, nec in pace, nec in bello. vt tenet Bal. ibi in. d. auth. habita. nu. 13. & Paris depu. in. d. trac. ſyndi. in pte, poſt imperatorũ exceſ. nu. 28. fo. 5. vel ſi mãdatũ eſt contra ea, q̃ ad ſuã iuriſdictionẽ nõ ſpectãt. vt Plat. in. d. l. dotitij. C. de decurio. lib. 10. ☞ Quoq; fallit, qñ
15 rex aliquid mãdat, † quod eſt cõtra articulos fidei, vel cõtra pr̃cepta & ꝓhibitiones legis, vel cõtra gñale ſtatutũ eccleſię, qa tũc nõ debet tale mãdatũ adimpleri. vt in. c. Iulianus. & in. c. Imperatoris. 11. q. 3. & Mõt. in. d. l. 1. in glo. q̃ haga otra coſa. aliàs aũt oĩo mãdatũ regis debet adipleri, etiã ſi dubiteť, an ſit iuſtũ, vel iniuſtũ qđ mãdatur, ſemp obedire tenetur, etiã ſi ſit oneroſũ. vt in. c. in memoriã. 19. di. & Mõt. in. d. gl. ☞ Itẽ
16 fallit, qñ eſt cõtra rẽpublicã: † quia officialis nõ debet recipere vel admittere reſcriptũ prĩcipis cõtra publicã vtilitatẽ, vel cõtra i⁹, niſi ſcđa iuſ-
17 ſio † emanauerit. vt ĩ auth. de mã. prĩ. §. de iudi.

vbi

vbi glo. dicit quòd est tex. contra miseros prælatos, qui non curant nisi mãdata papæ obseruare, tenet Paris de put. in. d. tracta. syndica. in parte, officiales, qui eliguntur. folio. 186. numer. 6. ☞ Item adde, quòd etiam in foro conscientię vbi pars scit causam nõ subesse, non tenetur principi obedire. vt Innoc. in. c. inquisitioni. de sen. excõm. & Imol. & Feli. in cap. quæ in ecclesiarum. de constitu. & Hippolyt. de Marsi. in. l. 1. §. præterea. ff. de quæstio. nume. 108. ☞ Est alius casus, in quo fallit iste tex. s. quando quis admittitur † ad officium, in quo semel deliquit: quia tale rescriptum præsumitur subreptitium, & non debet adimpleri. tex. est. & ibi Iohan. de plat. in l. si aliquid. C. de suscepto. & arca. lib. 10. Alij casus ponũtur in. l. 1. C. de petiti. bono. sublat. lib. 10. Tamen hoc fallit, nisi princeps diceret ex certa scientia non obstante tali lege. ☞ Quoque fallit in mandato ex subita sæuitia principis emanato, † quia non est subitò parendum, sed superfedendum. vt in. l. si vendicari. C. de pœnis. & in capit. si quando. de rescrip. & in. l. 30. titul. 18. parti. 3. & Iohan. de plat. in. l. solidos. C. de veteri. numis. lib. 11. num. 4. Et est tex. in cap. cùm apud thessalonicam seditio. 11. quęsti. 3. in finalibus verbis. vbi tenet, quòd si rex iubeat aliquem puniri vltra modum regularem, debet iudex supersedere vsq; ad. 30. dies, & differre, vt videat, si princeps pœnam relaxet. & idem habetur in † dict. l. si vendicari. Et glo † in. d. c. cũ apud thessalonicam. ponit quinque casus, in quibus differtur executio. ☞ Vnus est, quando sententia est lata contra mulierem prægnantem, quia differtur donec pariat. vt in. l. prægnantis. ff. de pœnis. 2. l. 2. & ibi Montal. in titu. 5. for. ll. lib. 4. & l. fi. tit. 31. parti. 7. ☞ Alius est, quando est lata contra seruum, quia differtur executio, donec domino reddat ratiocinia. vt in. l. 1. C. de bonis prescripto. ☞ Quod est idem in administratore, vel procuratore: quia si aliquis istorum veniret puniendus vltimo supplicio, mors debet prorogari, si ratio peteretur à domino. tenet Bal. in. l. 2. ff. de custo. reorum. & Angel. & Pau. de Cast. in. l. interdum. ff. de publica. & in. l. seruus vni. vbi Barto. & Angel. ff. de legatis. 1. & l. 112. in. ll. Styli. & Paul. de Castro. in. l. si maritus. ff. solut. matri. & Hippolyt. de Marsiliis in sua practi. crimi. §. opportunè. num. 2. & num. 7. sed Ias. in dict. l. seruus vni. dicit, quòd hoc non seruat consuetu. ☞ Item differtur, quando insula est assignanda à principe. 2. quæst. 6. §. biduum. ☞ Item differtur, cùm quis est confessus de crimine, donec appareat, an velit in confessione perseuera-

re. vt in. l. 2. C. de custo. reorum. ☞ Alius est, quãdo princeps iubet aliquid ex arrupto, vel iracũdia. vt in dictis iuribus. Et Ias. dicit, quòd dict. l. si vendicari. esset pingenda auro. in. l. debitoribus. ff. de re iudi. num. 14. & Paris de put. in di. tracta. syndica. in parte, excedunt consiliarij. folio. 16. num. 11. vbi idem & latius hoc tenet. ☞ Tamen Abb. in cap. cùm olim. de re iudi. pe. colũ. num. 23. tenet, quòd licet sit verum, quòd iudex debet supersedere in executione, vt in dict. l. si vendicari. tamen si princeps sine causę cognitione mandat alicui, vt aliquem suspendat, potest ille sine peccato exequi: quia, p principe pręsumitur, quòd iustè procedat, quod dicit esse notandum: & sic vult, quòd de necessitate iudex non debet supersedere, & principi rescribere, sed de voluntate, & misericordia. vt latè Mõtal. in. l. fi. titu. 7. lib. 3. for. ll. in gloss. magna. in fine. versic. ex quibus vltimum. & quòd officialis absque peccato potest exequi sententiã principis qui absque processu mandat vt aliquis furca suspendatur, est cõis opin. vt Hiero. cagnolus in. l. vel le. ff. de regul. iuris num. 15. ☞ Et facit quod tale tradit idem Montal. in. l. 1. titu. 7. parti. 1. in gloss. como religiosos. in. 2. colũ. vsque in fine. versic. ex quibus. vbi altercat, an si rex Iohannes secundus potuit de iure ad mortem condemnare, & bona confiscare magnifici militis don Aluari de Luna magistri sancti Iacobi, ex eo quia nõ fuit auditus, nec confessus. Et tenet, quòd præsumitur pro rege quòd iustè facit, quod facit, & ex iusta causa. vt in. l. rescripta. C. de precibus impera. offer. & cap. quæ in ecclesiarum. de constit. quia scriptũ est, Cor regis in manu Dei est, & vbi voluerit, inclinabit illud. vt in epistola. inter claras. C. de summ. tri. & fide catho. & quia debet, & potest secundùm conscientiam iudicare, sola veritate inspecta, aliàs peccaret, notat Bar. in. l. 1. in fine. C. quæ desunt aduoca. ☞ Attamen quando viderit iniustum mandatum, supersedeat in executione, ne dicatur pro eis, quod dictum est de miseris prælatis. vt tenet Bal. in cap. si quando. de rescript. & ibi Feli. in princi. quia nolunt supersedere, etiam si rationabilis causa suadeat, & ideo dicit gloss. in. l. puniri. C. si contra ius, quòd non debent timere, sed veritatem sequi, quia sic placebit Deo, papæ, & regi, secundùm Feli. vbi suprà etiam si in literis papæ, vel regis dicatur, distinctè præcipiendo, mãdamus, potest supersederi ex iusta causa secũdùm Bal. in cap. cùm teneamur. de præben. in apostil. ad Innoc. & papa, vel rex toleratvt supersedeatur, quando agitur de grauissimo damno tertij, vel de ma-

de malo futuro, vel scandalo. vt Cardi. in consi lio. 147. per tex. in. c. & si illa. 1. q. 7. & Innoc. in c. inquisitioni. de sent. excõmuni. ∇ Et Iohã. de Liuia. in. c. ad apostolicam. de regula. 2. co. tenet q̃ si papa mãdat monachis, vt aliquem recipiãt possũt tamẽ eiop ponere crimina vel defectus. Quod facit contra istos rectores ciuitatũ, vel villarũ: quia quãdo rex mãdat, vt aliquẽ recipiant in rectorẽ, dũ cõfert illi regimẽtum, possunt opponere cõtra eum defectus, de quibus latè in pluribus legibus huius regni, & eũ non recipere, & supersedere, supplicãdo coram rege. ∇ Tamẽ ad supradicta adde, q̃ iudex exequẽdo mandatũ regis post triginta dies nõ peccat. vt tenet Angel. in. d. l. si vẽdicari. ∇ Quo

nos les ẽbiaremos. Y si estuuieren en

que fallit in mãdato regis, quod infert alteri in-
21 iustitiã, † quia nõ tenetur parere. vt Archidi. in c. rescripta. 25. q. 2. vbi tenet, q̃ vbi præceptũ papæ parũ aut nil nocet, obediendus est, secus vbi multùm, quia debet expectari secũda iussio, nisi ponat clausulam, non obstante canone, à quo causatur ius tertij, quia tunc videtur eũ abrogare. vt in. c. ex parte. tit. 2. de offi. delega. secundũ Feli. in. d. c. si quãdo. 5. col. versi. dicta per istum
22 tex. ∇ Ad quod facit, q̃ † mandatum principis, quod tollit debitum alterius sine causa, non debet adimpleri. vt est tex. in. l. 32. tit. 18. partita. 3. & text. in. l. venia. C. de in ius vocan. in fine. & ibi glo. & docto. ∇ Attamen quãdo in mandato
23 supersedetur iudex obediat, & quãtum † ad implementum supplicet carã eo. secundũ Andreã sicut Barb. in. d. c. si quando. col. 8. versi. glo. vlti. quod dicit esse bene notandum. & Feli. ibi. col. 6. & sic vtitur. & durante ista supplicatione, nõ dicitur quis contempsisse mandatum, nec incidit in pœnam. vt ibi. & in. d. l. si vendicari. Licet glo. in. c. ex literis. de in integr. restitu. in verbo, supplicauit, dicat q̃ supplicatio nõ suspẽdit exe cutionẽ sicut appellatio, nec quoq; suspẽdit processum causæ. vt Bal. in. l. 1. C. vt lit. pẽdẽ. & Specula. in ti. de supplica. §. differt. n. 2. vbi Ioh. An. in additio. ponit rationẽ diuersitatis, ideo videtur, q̃ nõ obstante supplicatiõe, debet adimpleri mandatũ. Sed ibi loquitur generaliter. & inter partes: secꝰ est in mãdato regis sine causæ cognitione emanato. vt in. d. l. si vẽdicari. & gl. singula. in. c. præceptis. 12. distin. in verbo, nõ dura. & similibus, in quibus executio supersedetur.
24 ∇ Quia idẽ est quãdo dãnatus ad mortẽ † populus petit dimitti propter aliquã eius præstantẽ virtutẽ, & magnã peritiam artis, vel scientiæ, propterquã est valde vtilis ciuitati, quia tunc debet iudex supersedere ab executiõe, donec principẽ, vel superiorẽ consulat. tex. est singula. in. l. ad bestias. ff. de pœnis. & Cepola in cautel. 3. &

nra corte quãdo les pueyeremos de los

Hippo. de Mar. in sua practi. crimi. §. opportunè n. 6. & Barba. in c. nisi specialis. de offi. delega. co. 5. & Ias. in. l. debitoribꝰ. ff. de re iudi. num. 16. & eund. Barb. in. c. de causis. de offi. delega. colum. 8. & Ias. in. l. 1. ff. de legibus nume. 11. & Hippolyt. de Marsi. in. l. vnicus facinoris. §. cogniturum. ff. de quæstion. numero 86. & Feli. in capitulo, illud. de maio. & obedi.
25 ∇ Idem est, quãdo damnatus ad mortem † esset in aliqua dignitate constitutus, putà esset decurio ciuitatis, quia tũc executio quoque debet differri, donec princeps consulatur, & rescribat. vt in. l. pe. ff. de sicariis. & Ias. in. d. l. debitoribus. n.
26 17. ∇ Quoque supersedetur, † quando condemnatus accusaretur de grauiori delicto, ex quo veniret grauior pœna imponenda, putà pro crimine maiestatis læsæ: quia interim debet supersederi ab executiõe condẽnationis, donec cognoscatur, & sententia proferatur super tali grauiori delicto. tex. in. l. 1. §. fi. ff. nil noua. appella. pend. & Barto. in. l. 2. §. fi. ff. de custo. reorum. & Ias. in dict. l. debitoribus. numero. 18. ∇ Item supersedetur, † quando post latam sentẽtiam corporalẽ
27 cõstaret de innocentia condẽnati: quia tũc executio differtur, donec principi rescribatur. text. & ibi Bar. in. l. 1. §. fi. ff. de quæst. ita tenet Ang. in. §. appellatur. instit. de exceptioni. n. 11. quòd dicit esse notandum. Et facit quod notat Innoc. in. c. 1. in gloss. mag. de confirma. vtil. vel inutil. ∇ Sed hoc procedit in sentẽtia criminali, in qua imponitur pœna capitalis: secus si imponeretur pœna pecuniaria. vt Ias. in. d. l. debitoribus. nu. 19. vbi per eum. vsque in fine. & Alex. ibi. n. 16. & Hippolyt. de Marsili. in sua crimi. practi. §. vltima quæst. n. 13. tenet. & additio Abb. in. c. pastoralis. §. quia vero. de offi. delegat. ∇ Itẽ execu
28 tio suspẽditur, † quando dãnatus suspẽsus fuit, & laquꝰ se fregit, & viuꝰ cecidit in terrã, qa videtur ex diuino miraculo hoc actũ, & est executio differẽda donec principi referatur. Ita tenet singulariter Lucas de pẽna: post lõgã disputationẽ vtraq; pte factã. in. l. 1. C. de desertor. lib. 12. in 6. column. ver. sed pone dãnatus. ∇ Sed quid si
29 damnatus ad mortem velit ducere † in vxorem meretricem in lupunari publico existentem, & illam

& illã à peccato extrahere, an executio debeat impediri. Paris de puteo in.d.tracta.syndica. in parte, an si iudex aliquem. folio.196.nume.2.dicit, quòd Hispani practicãt quòd sic, tamẽ de iure dicit, quòd non reperit, sed facit text.in capit. inter opera charitatis.de sponsa.& relinquit cogitandum. & ibi quoque tãgit quæst. supradictã de illo suspenso, qui laqueum fregit.

dichos officios, hagan juramento [1] en el nuestro consejo

1 Iuramento. [1] Est text.in.l.6.titul.4. par.3.& in.l.4.tit.15.lib. & in ordinatio.regali. & vide quæ latè dixi suprà in proœmio in glo.y hagays juramento. in principio & in fine.vbi dixi, quòd non vtitur, vt in consilio regis iuretur.

Summarium.

1 An clausula in fine vel in medio appositа, referatur ad omnia præcedentia.

m Lo suso dicho. [m] Text. noster vult, quòd solùm in casibus supradictis iudex iurare debeat, dum ad officium recipitur, & non ea, quæ sequũtur, inquantum tenet hagays juramento de guardar y cumplir todo lo suso dicho. quę clausula ad omnia superiora tantùm refertur, & non ad sequẽtia. vt in capi. causamque. vbi latè per Feli. & docto. de rescrip. & Franciscus de Aretio in.l.1.ff. de verbo.obliga.9.colum. vbi tenet, quòd clausula† in fine vel in medio appositа, refertur ad omnia præcedentia, nisi quatenus apparet, cùm non possit referri ad aliqua. vt in.l.1. C. de liber. præteri. & in.l.talis scriptura, cum materia. ff. de legatis primo. ☞ Sed contrarium cauetur in isto tex. ibi, & que no pidira, ni lleuara mas salario. quæ dictio, &, copulatiuè ponitur. vt in.l. hæredi. §. gaya. ff. de fundo instru. & in.l. cùm vtrunque. ff. nec quis eum, qui in ius voc. vi exima. & in.l. titię textores. §. in.l. ff. de legatis primo. & de sui natura illa dictio, &, debet æqualiter copulare, & simul & semel vocare. vt Iaſ. in.l. Paulus. §. quidã rectè. ff. de liber. & posthu. & sic quòd sequentia quoque debet iurare. vi. text. in capit. 55. infrà eodem. & quia ista dictio, &, est similitudinaria. vt gloss. in. §. item lapilli. institut. de rerum diuisi. Sed tu vi. capi. fi. in capitulis iudicum syndicatus. vbi tenet, quòd solùm debet iurare in casibus expressis in dictis capitulis, vt patet ibi. y en los capitulos que mandamos que para el complimiento dellos hagays juramento. ☞ Et ait, clausula in fine appositа, referatur ad omnia, vel ad supra proxima superiora. vid. regulã cum limitationibus per Iaſ. in. d. l.1. C. de liberis p̃teri. & aliquid per Seguram in repet.l.3.§.fi.ff. de liber. & posthu. column.22. & per doctorem del castill. in.l.6. de Toro. in glo, el fuero dela tierra. versi. item quæro. ☞ Sed tu vi. Alexand. in consilio.101. in.3. volu. nu.10. vbi vnum singula. tenet, scilicet, quòd etiam in materia odiosã clausula in fine, vel medio appositа, refertur ad omnia prȩcedentia. per tex. in.l.3.§. filius. ff. de liber. et posthu. & per. d. l.1. de liber. præte. ☞ Vide tu Iaſ. in.l. titia. §. idem respondit. in fine. ff. de verbo. obliga. vbi ait, quòd clausula in fine appositа, non refertur ad illã capitula, quæ ex tali ratione fierent inutilia. per dict.l. talis scriptura. de qua materia vide quæ posui infrà in cap.2. in glo. so pena.

de guardar, y cumplir lo suso dicho [m] a todo su leal poder. [n]

n A todo su leal poder. Tex. in capitu. cùm æterni tribunal. de re iudi. in.6. & de hoc latè scripsi suprà in gloſ. vsen del bien y fiel, vbi ad plenum.

Summarium.

1 Iurat iudex, quòd excepto salario, nil penitus recipiet in administratione, quàm post officium depositum.

2 Salarium Correctori debet solui ex propriis ciuitatum, & villarum: & si ciuitates proprium non habent, debet fieri collecta, seu contributio inter consuetos contribuere.

3 Salarium cõsuetum intelligitur sicut habuit prę decessor.

4 Salarium Correctori nec alio non debet solui, nisi specialiter à principe sit concessum.

5 Officiales licet possint eligere decuriones, tamen eis non possunt constituere salarium de communi, ne sequatur læsio reipublicæ.

6 Procuratio rerum quamuis alicui concedatur, non tamen eius remissio, nec alienatio.

7 Maior est potestas tutoris in re pupilli, quàm administratoris reipublicæ in republica.

Casus

8 Casus,in quibus permittitur decurionibus sala rium dare.
9 Valet proclamatio,vel bannimentum factum à potestate vnà cum consilio ciuitatis, quòd quicunque ceperit malefactorum,habeat cen tum de.pecunia cõmuni,id est de proprio ci- uitatis.
10 Salarium potest constitui de publico imminen- te iusta causa pro necessitatibus publicis.
11 Expensa,quæ fit ex multis appositis per pote- statem,expendi potest. Et alias fallentias vi. hic.
12 Corrector,qui se absentat, vel in officio non re- sidet,an ei salarium debeatur.
13 Clericus,qui de licentia superioris se absentat, fructus suæ præbendæ percipere debet.
14 Rectores ciuitatis licentiam concedentes Corre ctori se absentandi vltra terminum nonagin ta dierum,de suo salarium debent Correctori soluere.
15 Potestas dans licentiam portandi mercantias in ciuitate sine solutione gabellæ,tenetur de suo resarcire damnum conducenti,si propter hoc fuit damnificatus.
Idem dic de iudice licentiam dante extrahen di contra statuta.
16 Salarium potestatis non debet defalcari.
17 Si Corrector est mortuus anteaquam officiũ ad impleat,an hæredi suo debeatur salarium to- tius temporis.
18 Quid in hæredibus aduocatorum.
19 Salarium,an debeatur iudici infirmo.
20 Famulo infirmo,an salarium debeatur.

° Salario.

° Habuit ortum à tex.in.§. opor tet.ver.potrocinium.& ibi Bart. in authentica de manda. princip.colla.3.vbi idẽ
1 habetur, quòd iudex inter alia † iurat exceptis salariis se nil penitus tam in administratione, quàm post depositum officium pro aliquo præ stito beneficio tempore administrationis, quã gratuitum meruit,accepturum:quòd si secus fe- cerit nõ solũ recipiens,sed etiã dans in quadru- plum tenentur.& tenet Mõtal.in glo.ordi. rega. in parte.iudex cum salario.quinimo vt dicit tex. in.c.nõ satis.86.distin.circa finem. loquendo in istis officialibus,quòd debent esse cõtenti stipẽ- diis suis.& vi.Hippolyt.de Marsi. in singulari. 190.& vi.quæ dixi infrà in glo.puestos. ℣ Quod salarium hodie,vt patet in prouisionibus Corre ctorum & iudicum syndicatus,non est in eis ta- xatum,sed solummodo dicit rex,quòd habeat sa larium consuetum dari per illam ciuitatem aliis Correctoribus,& iudicibus. Quod salarium sic deputatum authoritate principis nõ potest illud mutari in nouũ statum, vel reuocari.tenet Bart. in.l.prima. C.de annonis ciuilibus.lib.11. ℣ Et

Y no pidiran,ni lle
2 uaran mas salario °

hoc salarium de- bet solui ex pro- priis ciuitatum, †& villarũ: & si ciuitas propriũ nõ habet,debet fieri contributio, seu collecta in ter consuetos contribuere ad soluẽdum. vt in.l. 7.ti.16.in Ordina.rega.& lib.2. tenet Frã.Luca. in tracta.de fisco.in.3.par.n.4.tomo.6.tractat.fo. 12. ℣ Et licet concedatur officium cũ salario con
3 sueto,& salarium † fuit varium retroactis tempo ribus,verba illa, secundùm salarium consuetum debent intelligi in dubio sicut habuit prædeces sor suus.vt tenet Bald.in.l.viuos.circa finem.C. de aduocat.diuers.iudi. & Ias.in.l.diem functo. colum.4.num.12.ff.de officio assessoris,& vi.Bald. in.l.licet.cap.de loca.& con.in fine,vbi tenet,q salarium deputatum semper videtur tacitè con- stitutum electo ad illam sedem,non facta mẽtio- ne salarij. Et idem dicit in salariis potestatis, & aliorum officialiũ.Sed secus est in salario, quod constituitur differmiter secũdùm merita perso narum.vt in.l.salarium.C. mãdati.& idem tenet Bal.in.c.cùm.m. Ferrariensis.de constitu.nu.11. dicendo,quòd sicut concesso officio videtur cõ cedi præbenda,& prouisio,& correspondens de consuetudine,vel de iure:ita concessa lectura ali cui doctori, videtur ei promissum salarium illi lecturæ tribui consuetum.Secus si pendebat ex arbitrio electoris.argu.d.l.licet.nam quæ incer- ta sunt,promitti non videntur.l.salarium.C.mã dati.& l.seia.§.medico.ff.de annuis lega. Et tene quòd semper cõsuetudo regulatur à posteriori. l.mela.ff.de alimentis lega.§.1.& l.mater.C. nec de statu defuncto. ℣ Tali enim Correctori, seu iudici,nec alio non debet solui salarium, nisi spe
4 cialiter † à principe sit concessum.vt in.l.vnica. C.de præben.salar.lib.10.nisi ob liberalem artẽ, vel medicinam.vt gloss.ibi. ℣ Et hoc,etiam si de-
5 curiones † possent eligere officiales.vt in.l.2.C. de decurio.eod.lib.quia nõ possunt cõstituere sa laria de communi,ne sequatur læsio rei publicę. arg.in.l.officium.§.1.ff.de remili.& sic,q quan- uis alicui concedatur electio officialis publici, non conceditur salarij constituto secundùm Io-
6 han.de plat.in.d.l.vnica. ℣ Vbi quoq; dicit † q quanuis alicui procuratio rerum conceditur,nõ tamen earum remissio, & alienatio conceditur.

vt in.l.3.§.nō tamē.versi.planè.ff.quo vi aut clā. qui tex.semper allegatur, quòd maior est pote-
7 stas †tutoris in re pupilli,quàm administratoris reipublicę in republica,quia ille potest soluere.
8 ☞Sed fallit in dictis casibus,in †quibus permittitur decurionib⁹ de publico soluere.s.magistris, & medicis.vt in.d.l.archiatri.C.de profess.& medi.lib.10.& in.d.l.vnica.C.de prœben.sala. & in l.ambitiosa.ff.de decret.ab ordi.faci. Et quoque potest dari salarium,vel alimenta concedi de publico ei,qui totum suum patrimonium exhausit pro republica.textus in.l.decurionibus.ff.de decurio.tenet Plat.in.l.ordinis. C.de decret.decuri.lib.10.& cum eis specialiter est concessum à principe. Et quoque potest statui certum salarium,seu præmium de publico plantanti arbores in ripa fluminis, vt ageres consolidentur ad continendum aquam, ne rumpat, & prædia circūstantia lædat.tenet Plat.in.l.2.C.de cupres. lib.11.non autem sufficeret generalis concessio, vel generale arbitrium,vt dicit ibi glo.in dicta.l. vnica,de præben. salario.& ideo non sufficeret, licet rex,vel alius dominus dicat in instrumento,vel scriptura,quòd promittit se habere ratum & firmum, quicquid per eos factū erit:quia per hoc non conceditur libera administratio alienā di.vt in.l.quam tuberonis.§.primo. ff.de pecul. secundūm Bartol.in.l.prima.ff.de offi. procura. cessa.& Plat.in dict.l.vnica. ☞Sed videtur,q.d. l.vnica.C.de præb.salario.intelligatur in republica romanorum,seu imperij,quia hæc est propriè respublica.vt in.l.eum qui vectiga.ff.de verbo.signi.cęterę verò ciuitates abusiuè dicuntur respublicæ,& loco priuatorum habētur, vt ibi. ☞Tamen gloss.ibi in dict.l.vnica.videtur sentire de republica omnium ciuitatum. Pro quo facit,quòd ille titulus situs est inter materias aliarum ciuitatum,ergo de his,quę ad alias ciuitates pertinent,statuisse videtur.ar.in.l.imperatores. in fine.ff.de in diem addictio.Sed Lucas de pena ibi in dicta.l.vnica.dicit,quòd sibi videtur verius,quòd solùm in republica imperij sit ille titulus,& lex intelligenda,& ipsa gloss.malè excipiat casum.vt in.l.ambitiosa. ff.de decret.ab ordi.faci.in qua dant decuriones salarium de publico proprię ciuitatis.vt in.l.prima. C.de decretis decurio.lib.10.& quia sequeretur absurdum: quia fortè pro modico negotio, quod habent ciuitates expedire,longissima interdum via distātem principem adire oporteat, & sic pro nihilo publica ciuitatum negotia deperirent. vt.ff. de vaca.l.prima.in principi. & quia plus haberet dispendij cōsensus principis impetratio, quàm salarij constituendi summæ foret illatio, quod lex abhorret.vt in.l.mediterraneæ. C. de anno. & tribu.lib.10. ☞Facit ad idem.ff.de iudi.l.si longius. & capitulo, baptizari.9. dist. & de consecra.d. 4.cap.quando quis.&.c.ne absit. vnde in publicis huiusmodi ciuitatum quod facit princeps in vrbe Romana facit ea præsens in eis.vt in.l. fluminum.versi.quid ergo.ff.de dāno infecto.&.l. sacra.§.pe.ff.de rerum diui.& hoc est satis iustū secundum Lucā de pēna.vbi suprà.ne dū nimia subtilitate circa res publicas ciuitatum vtimur, subtilitas in earum perniciem reuertatur.vt.ff. ad trebell.l.pe.in prin.& sic res ipsæ depereant. vt in.l.pe.C.de verbo.signific. Et ista opi.Lucæ de pēna,seruatur,quia ciuitates, & villæ huius regni sine licentia regis salaria constituunt officialibus, & venientibus de nouo ad habitandum in eis: 6 ☞Et ideo valet proclamatio, †seu bannimentum factum à potestate vnà cum consilio ciuitatis,quòd quicūque ceperit malefactorem,habeat centum de pecunia communi.1.de proprio ciuitatis:sed ipse potestas solus facere non potest.tenet Barto.in.l.prima.ff.de iusti.& iur.num.3.& in.d.l.vnica.& ibi Iohan. de Plat. ☞Sed Paul.de Castro in.d.l.prima.nume.11.intelligit hoc in iudice,qui habet administrationē bonorum communis, non in iudice simplici, qui de cōmuni nō potest disponere.vt.C.de sal. non præsta.lib.11.in rubro & in nigro. ☞Sed licet habeat administrationem bonorum communium,debet facere iudex cum consensu decurionum.vt Francis. Curti.in addi.ad Paul. de Castro ibi.in dict.l.prima. ☞Vbi quoque tenet, quòd illud præmium primum est soluēdum de bonis ipsius bāniti:& si bannitus non habet bona,de bonis offensi,aliàs de bonis fisci.ita Ang. in.l.si quis libellum. ff.de iniuriis. ☞Angel.tamen in.l.cùm nauarcorum.C.de nauicul.lib.11.
10 †tenet contrarium,dicendo, quòd pro necessitatibus publicis potest rector ciuitatis imminēte iusta causa constituere salarium. Et sic dicit, quòd valet præconium, quòd qui ceperit male factorē,& presentauerit,habeat à cōmuni tantū. Sed non econtra. quia Bar.& sequaces in.d.l.1. loquūtur necessitate nō imminēte,aliàs secus.vt Ang.vbi suprà qa necessitate cogēte ille sol⁹ potest facere bānimētū sine cōsensu decurionū. & ita limitat Ias.in.d.l.1.n.11.ff.de iust.& iu.allegā. Bal.ibi. ☞Vbi quoq; limitat suprapositā doctri

nam

del que les fuere tasado en la carta de

nam,vt procedat,quando occasione talis procla
mationis venit aliquid expendendum de publi
co, quia tunc cõsensus decurionum requiritur,
aliàs secus,& ita dicit q loquitur Barto.in.d.l.1.
11 ¶ Tertiò limitatur,† quando talis expensa non
fit de publico,sed ex multis,quæ à potestate po
nuntur: secũdùm Bar.in.l.multarum. per illum
tex.C.de modo mult.& in.l.diuus.ad finem.ff.
de bonis damnat. ¶ Quartò limitatur,nisi ipse
iudex solus statuat salariũ super eo, quod debet
sumptu publico expediri.vt in.l. mulier. ff.de
capti.secundùm Ang.in.l.1.ff.quòd quisque iu
ri.quod dicit,quòd vidit de facto Perusij in de
putatis ad prouidendum cõtra rebellẽ. ¶ Quin
to limitatur vt procedat in rectoribus tẽporalib⁹
positis ad regimẽ ciuitatis:secus in magistratib⁹
perpetuis, qui regunt proprio nomine. vt in
Marchionibus,& Comitibus,& similibus, iux
ta doctrinam Bar.in.l.omnes populi.ff.de iust.&
iur.in.4.q.primæ.q.principa.& Alexan.in con
silio.507.in.1.volu.Sed ego illum consilium nõ
inueni,licet allegetur. ¶ Tamen de ista materia
si potest dari aliquid pro inuentione,seu captu
ra,vi.l.filius.§.qui alienum.ff.de furtis. & An
gel.de Areti.in tracta.malefici.in parte,fama pu
blica præcedente. column.27.versicu.tertiode
cimo.& Paris de puteo.in tracta. syndica.folio
34.in parte,an si tempore sententiæ.& Hippo
lytus de Marsili.in.l.quæstionis habendæ.ff.de
quæstio.numero.49.&.55.¶ Sed quid si Corre
12 ctor se absentat,vel in officio nõ residet,† an sibi
larium debeatur?dic quòd in prouisionibus of
ficiorum cauetur,quòd resideat,& non se absen
tem faciat,aliàs soluat vnam doblam pro singu
lis diebus absentiæ.Sed istam pœnam nunquã
vidi obseruari. Attamen circa hoc est text.in.l.
10.titu.16.lib.2.in ordi.regali.vbi cauetur,quòd
Correctores non debent absentiam facere, aliàs
non percipiunt salarium,nisi pro tempore resi
dentiç.Et Amode.iusti.in tracta.syndica.in par
te. Item in eo quòd dictus potestas & officiales
non fecerunt continuam residentiam. vbi idem
tenet,dicendo,quòd potestas,& eius officiales,
tenentur de iure communi facere continuam re
sidentiam in loco officij, & quousque durat of
ficium,non debent exire extra fines suæ iurisdi
ctionis,nisi causa adimplendi votum:& non de
bet pernoctare extra prouinciam. vt in.l.illud.
ff.de offic. præsi. & si durante tempore officij
potestas,vel officialis sine licentia recedunt, &
aufugiunt, incurrunt in pœnam statuti in ele
ctione contenta, & sic in illa dobla, & debent
perdere salarium totius temporis. vt tenet Bal.
in.l. si hæres generaliter. §. etiam si partis.ff. de
lega.primo.dicendo, quòd ibi est argumen.q
si potestas recedat per vnum mensem anteaquã
debeat, quòd nil debet habere de salario totius
temporis.& facit text.in.l.miles ita.§ quod di
ximus.ff.de excusa.tuto.Et intantum hoc est se
cundùm Amode.vbi suprà verum, quòd etiam
si habeat iustas excusationes, quæ causentur ex
parte ipsius potestatis, vel officialis.argumen.
in.l.miles ita.§.primo.ff.de testa. mili. Sed tu
vid.Pari.de puteo in tracta.syndica.in parte sa
larium.numero.2.folio.226.vbi tenet, quòd li
cet iudex sit salariatus,& deinde pro seruitiis ci
uitatis mittatur ad regem extra prouinciam,de
bet habere aliud salarium. Et licet hoc sit, tamen
de iure regni contrarium cauetur, vt patet per
quandam pragmaticam factam per nostrum Ca
rolum en Madrid.a.7.de Hebrero de.1535.años,
por la qual prohibe, que los Corregidores, y
justicias,ni sus tiniẽtes,ni officiales vayã ala cor
te a negocios de la tal ciudad,o villa,o lugar ni a
sus audiẽcias con salario, ni sin el. que lex certè
est singularis ad tollendã concupiscentiam ali
quorum iudicum. ¶ Attamen si ciuitas conce
dit licentiam potestati, Correctori seu alteri of
ficiali se absentandi vsque ad certum tempus,de
bet pro toto tempore absentiæ habere salarium:
quia dicitur esse præsens, qui licito commeatu
est absens.vt in.l.hac lege.C. de ꝓxi.sacro. scri.
lib.12.& ibi Bartol.& Iohan.de Platea. & glosſ.
& tenet Montal.in sua glossa ordina. in parte,
iudex cum salario.& idem tenet Alexand.in.l.
diem functo.ff.de offi.asse.fina.columna. nume
ro.33.vbi ait,quòd si doctor, vel stipendiarius,
per aliquod temporis spatium cessauerit ab of
ficio,debet habere salarium etiam pro illo tem
pore,si illud fecit cum licentia. per.l.si deserto
rem.§. si ad diem. ff. de re milit. & per alia iu
ra,vt ibi per eum.& tenet Iohann. de Plat.in.l.
nec ipsi.C. de incolis.lib.10.numero.4.vbi offi
cialis clericus,vel stipendiarius,qui cum licen
tia superiorum se absentat per aliquod tempus,
habetur pro præsente, & debet habere salariũ,
ac si fuisset præsens.& idem tenet.d.l.ordina.in
fine.versic. pero bien permitimos. ¶ Vbi quo
que iam est limitatum tempus absentiæ, quod
est.90.dierum,quos potest habere interpolatim
in quolibet anno, vel continuos,vt ibi. Et ita
seruatur,quia quando Corrector vult se absenta
re,cõuocat concilium ciuitatis. i. regimentum,
& licentiam petit se absentandi, & assignat cau
sam:& rectores ilicò concedunt dictam licen
tiam per dict.tempus.90.dierum.per.d.l. & est

gloſſ.in.d.l.ſi deſertorem.§.ſi ad diem in verbo, commeatus. & Bald in.l.ſi ea.C.de condi. inſertis. vbi dicit, quòd dict. gloſſa. in dicto.§. ſi ad diem.eſt ſingula.ad hoc. Et facit quod tenet Bald.in.l.diuus Marcus. ff.de offi.præ.vbi dicit,quòd rectores locorum, & rerum, non poſſunt inde recedere ſine licentia ſuperioris,etiam ſi velint ſtare per vnum diem tantùm, & debet eam habere à prioribus. Sed vide tu dict.pragmaticam factam per noſtrum Carolum in villa de Madrid año.1535.vbi cauetur, quòd Correctores reſidentiam faciant in ſuis officiis: aliàs ſi fuerint abſentes vltra tres menſes, amplius officiis nō vtantur,nec deinceps habeantur per prætores. vt ibi latius per dicta.l.quam vide.

13 ℣ Idem eſt in clerico,† qui de licentia ſuperioris eſt abſens,quia debet interim percipere fructus, & commoda ſuæ præbendæ,ac ſi præſens eſſet. vt notatur in dict.gloſſa dicte.l.hac lege.& dictus Iohann.de plat.& Bartol.ibi. & notatur in capitulo,relatum.& capitulo, de cætero. & capit.dilect⁹.cū ſimlib⁹.de cleric.nō reſid.&.c. licet canō.& quod ibi nota.de elec. in 6. ℣ Sed ſi rectores ciuitatis concedūt Correctori licen-

14 tiā ſe abſentādi† vltra numerū illorū.90. dierū, & Corrector eſt abſens vltra illud tēpus,ſalariū perdit,ſed poteſt recuperare à dictis rectoribus ciuitatis,qui dederūt ei licētiam, quia dederūt cauſam perdēdi ſalariū,& tenētur ſatisfacere de ſuo.vt tenet Iohann.de Plat.in .l. per hanc diuinam.quæ aliàs incipit, iubemus .C.de eroga. mili.anno.lib. 12.§.non danda.& idem Bartol. ibi,in principio. Et ratio quoque eſt ſecūdū additio. Bartol.ibi,quia dederunt licentiam vt ſe abſentaret contra formam ſtatutorum, & legis: & ideo per illud tempus Correctores, & ſtipendiarij, non debent habere ſtipendium à ciuitate, vel communi, ſed à rectoribus. quod nota. & idem tenet Paris de pute.in tracta.ſyndica. in parte,licentia.folio.164.per dictā.l.primā.C. de comme. lib.12.& Iohann. de plat.ibi. & in .l. hac lege.C.de præpo.ſacro. ſcrini.lib.12.℣ Vbi quoque dicit quòd facit contra poteſtatem, qui

15 dedit alicui licentiam † portandi mercantias in ciuitate ſine ſolutione gabellæ, & propter hoc conducens ſit damnificatus à gabellariis, quod poteſtas tenebitur ei reſtituere,& reſarcire illud damnum,per notata in. l.annonas.C. de eroga. mili.anno.lib.12.& quia non erat officium eius facere conduci ſine gabella,per nota.per Angelum in.l.pars literarum.ff. de iudic. & idem tenet Montal.in gloſſa ordina.in parte pœna. loquendo in iudic. dante licentiam extrahendi contra ſtatuta.& per Plat.in dicta.l.prima de cō me. ℣ Et quòd iſti portantes mercantias etiam cum licentia à iudic. puniantur, facit quod in ſimili tenet Bartol.in.l.2.C.de agricolis & cenſitis.lib.11.ſ. quòd quando venditio rei inhibetur alicui propter publicam vtilitatem,quòd ſicut priuata pactione non poteſt fieri venditio, ita nec authoritate iudic. Secus ſi ob vtilitatem priuatam. quod ſequitur ibi Plate. Et facit in ſimili:quia quis non excuſatur à pœna virtute decreti iudic.inualidi.vt Bartol.in.l.iuſtè.ff.de acqui.re. poſſe. quia lata culpa punietur. allegat tex.in.§.primo, Inſtitu.vi bono.rapto.&.l.prima.§.primo.ff.ſi menſ. falſo modo. quod ſequitur Alexan.vbi alia iura allegat, conſilio.135.in

16 6.volu. conſiliorum. ℣ Quod ſalarium † debet poteſtas habere integrum, & non debet defalcari, vigore ſtatuti diſponentis ſoluenda eſſe capita ſolidorum de quibuſcunque pecuniis ſoluendis per communem. vt tenet Paul. de Caſtro in conſilio.319.incipiente,viſis & conſideratis omnibus. Quod facit contra iſtos computatores dominorum, qui percipiunt computationē.i.cōtaduria de decima parte vnā de dictis ſalariis iudicum. Et an ſi iſti computatores, ſecretarij, & alij officiales dominorum poſſunt recipere & habere iſtam computationem? vi. Archiepi. Florenti.in ſecunda parte. titulo ſecundo,capitulo quinto.§.2.& Specul.conſcientiæ in primo tracta.capitulo. 37. & aliquid per Abb.in capitulo,cū ab homine.de vita & hone-

17 ſtaſ.cler. ℣ Sed tu dic,quòd ſi Corrector † mortuus eſt anteaquam officium adimpleat, hæredi ſuo debetur ſalarium pro toto tempore. vt Alexand.& doctores latè in dicta.l.diem functo.ff.de offici.aſſeſſor.etiam ſi non ſtetit in officio niſi per menſem.vt Bartol.in.l.prima. §.diuus.el.2.columna.3.verſiculo tertio.quando ex diſpoſitiōe.ff.de variis & extraordina.cogni.de quo vi. Barto.in.l.ſi quis.C.de proximi.ſac.ſcrini.lib.12.& idem tenet Iohann.de plat.in.l.commoda.C.de primipilo.lib.12.in principio.& numero.2.& ibi reſpondet ad contraria. & idem tenet in.l.his ſcholaribus. C.de erogatio.mili.anno.eodem.lib.12. Et eſt tex.in.l.9.titul.8. parti.5. quæ idem tenet,quòd hæres iudic.debet habere

18 totum ſalarium.quam vi. ℣ Licet ſit ſecus in hæredibus aduocatorum,† vt ibi.de quo vi. Parid. de Puteo in tracta.ſyndica.in parte, ſi officialis decedat. folio. 230.in libro portatil. & Antonius Corſet. in ſingulari: ſuis. in parte, ſalarium. Quod debet intelligi, quando ſalarium eſt promiſſum aduocato à parte, quia

tunc

tunc non debetur, nisi pro rata temporis. Secus quando salarium ex publico fuit constitutum, quia tunc licet moriatur aduocatus, totum debetur, vt Bartol in dicta.l.diem functo. & tenet Summa syluestrina in parte, familia.§.2.in fine. per quod declaratur dict. l.parti.inquā tū loquitur de salario aduocatorum. poder que lleuaren. Ni lleuaran, [P] ni con-

19 ▽Sed quid si Corrector, seu iudex est infirmus, an debeatur † salarium tempore infirmitatis? dic quòd sic, nisi culpa sua venerit in infirmitatem. vt glo.& Floria.in.l.arboribus. §.de illo.ff.de vsufructu. Quod intelligitur vt per Parid.de puteo in dict.tracta.syndica.in parte, rex concessit.folio.227.numero.5.si in ciuitate permanserit: secus si iuerit ad patriam pro se curando, quia videtur officium delinquere. vt Barto.in.l.prima, in principio.ff.de his quibus vt indig. Quod intelligit vbi suprà Paris de puteo, nisi dimittat substitutum, vel locumtenentem, aut recedat cum licentia superioris: quia sic impeditus, vel infirmus, potest administrare per substitutum. vt Angelus in authētica, vt cle. apud proprios episcopos. colla.6.

20 ▽Ad quod facit in simili de famulo † infirmo, an debeatur salarium. De quo per glo.in capit.ad audientiam. de cleri.non residen.& in capit.primo, de cleri. ægrotan.& tex.& ibi docto.in.l.suo victu.ff.de oper.liber.& Montal.in.l.8.titulo, de las fuerças, foro.4l.lib.4.& textus.in.l.vna.§.scimus. C. de latina liber. tollen. & decisio capellæ tolos. 360.& Barto.in.l.si vno.§.item cùm quidam.ff. locati.

hibitum est recipere à sponte dante.& hic de intellectu.

8 Medicus salariatus de publico, non debet petere præmium ab infirmis, nec recipere, etiam à sponte dantibus.

9 Quæ pro pignore prohibentur accipi, etiam à volentibus dare non debent accipi.

10 In executione sententiæ, vel instrumenti, non possunt capi boues aratorij,& alia, quæ sunt necessaria ad agriculturam, etiam volentibus debitoribus.

11 In generali obligatione nō veniunt ea, quæ specialiter non fuisset quis obligaturus, vt puta pannos, & lectos, & alia supellectilia, sine quibus viuere non potest.

12 Executio in libris non potest fieri, nec sub generali obligatione comprehenduntur.

13 Arma militibus relinquenda sunt, & libri scholaribus,& breuiarium clerico, etiam debitoribus volentibus: nisi ipse obligans alia bona non haberet.& nume.14.

Summarium.

1 Iudex recipiens expensas litis vltra in regula q̄ vulgò dicitur aranzel contētas, incidit in pœnam, vt restituat eas cum septenis.

2 Iudex manus mundas,& puras debet habere.

3 Iudex etiam à volentibus sponte dare vltra sibi debitum, non tenetur recipere.

4 Tabelliones à sponte dantibus non licet vltra quantitatem taxatam recipere.

5 Notarius ancianorum, si est salariatus de publico, non potest aliquid accipere etiam à spōte dante.

6 Consuetudo indicitur, quando à pluribus capitur.

7 Prohibitum dare propter locum publicum, pro

P Nilleuaran.

[P] Nota text. quòd recipiens expensas litis

1 vltra † in dicto aranzel expressas, incidit in pœnam, vt eas cum septenis restituat: quæ est pœna furti, quæ potestati debet imponi, & aliis officialibus, vbicunque aliquid à priuato recipiunt vltra sibi debitum. vt in.l.prima.& ibi glossa in versiculo, accepit.ff.ad.l. Iuli.repet.& in.l.eadem.§.finali.& l. Iuli.eodem titulo. quia

2 debent † habere manus mundas, & puras. vt in authentica, iuri iurand.quod præstabis.colla. 2.

3 ▽Intantum hoc est verum, quòd etiam † à volentibus sponte ei dare vltra sibi debitum, non debet recipere: & si recipit, incidit in istam pœnam. tenet Paris de puteo in tracta. syndica. in parte, consiliarij officiales. folio.194. in principio.& tenet text.& ibi Plat.in.l.tam collatores.§.vt autē.de re milit. C.lib.12.& tenet Ias.in l.si quis in conscribendo. C. de pactis. numero 15. Et tenet Montal.in glossa ordina. regali.in parte, tabelliones. vbi etiam à sponte dantibus

4 † non licet officiali vltra quantitatem taxatam recipere. vt in.l.per omnes. C. de strato. lib.12. & per alia iura allega. vt ibi per eum. vbi quoque dicit Montal. quòd imò dans, & recipiens, pariter puniuntur. vt in authentica. vt iudices sine quoquo suffragi.§.si quis autem. colla.2.in fine.& est text.in capitulo octauo, infrà eodem. quem vide ibi. aun que se lo quieran dar. & vi. quæ ibi posui circa hoc.& tenet Guido singu-

la.487.§.si notarius.& tenet Iohann. de Plat.in l.2.C.nec rusticani ad vllum obsequium deuocentur.lib.11. Quia cùm quis prohibetur exigere,prohibetur etiam ei sponte dari.vt in.l. deuotum. C.de meta.lib.12.& in.l.vnica. C.de strato. & ibi plat.quoque.quia quantumcunque sponte & volens det, præsumitur inuitus dare, per horresens officium. vt in dict.l.2. & per alia iura.vt per Plate.ibi. ☞ Et facit:quia quãdo aliqd est prohibitũ fauore alicuius, tale prohibitũ nõ potest fieri etiam consentiente illo, in cuius fauore illud fuit prohibitum.ita optimè probat textus in.l.vnica.C.de salga.hospi.non præstan. lib.12.& ad idem est textus.in.l.finali.§. primo. C.de re mili.eodem,lib.12.& in.l.spem. C. quæres pigno.obligatio.pos.& facit.l.commodis.ff. de re iudi.&.l.quos prohibet.ff. de postulan.& l.filiusfamilias.§. veterani. ff.de procura. ☞ Et facit quod tenet Feli.in capitulo,tua nos.de homicidi. vbi ait, quòd si notarius † ancianorum 5 est salariatus de publico, non potest aliquid accipere, etiam à sponte dante:allegat hoc voluisse Bartol.in.l. munerum.§.finali. ff. de regulis iuris. & allegans quoque rationem, dicens ratio- 6 nem esse: quia quando † à pluribus capitur, inducitur consuetudo, & sic quis erubescit non dare. ☞ Et faciunt etiam dicta per Feli.in capitulo primo in fine. de simonia. vbi di- 7 cit, † quòd prohibitum dare propter publicum bonum, prohibitum est recipere à sponte dante.allegat ad hoc glossam in.l.inuitus.§.finali.ff. de regulis iuris.& dicit, quòd idem tenet Bald. in authentica.Sed hodie.C.de episcopis & cleric.& glossa in capitulo, statutum.§.finali,de rescript.in.6. & in capitulo, exigit. cum glossa de censi.eodem lib.& facit textus.& quæ ibi dicam in dict.capitulo octauo infrà eodem in glossa.aun que se lo quieran dar. ☞ Et optimè faciũt dicta per Feli.in capitulo,cùm. m.ferrariẽsis.de constitutio.in.12.columna,versiculo, super posito.& per Cepolam in consilio.13.columna.5.& Petrum de Anchara.consilio.272.& Lapum;allegatione.37.& Philipp.decium in.d.l.inuitus. §.finali.ff.de regu.iuri.vbi idem tenet.Sed dicit, quòd dicta conclusio procedit,vbi agitur de interesse publico,& in casibus à iure expressis, vt in nostro textu cauetur, aliàs secus videtur: quia quædam honestè accipiuntur, quæ inhonestè petuntur,vt dicit textus in.l.prima.§.proinde.ff.de variis cognitio.& glossa in.l. secunda circa finem.in verbo, sed præstari.ff.de origi.iuris. ☞ Et quoque procedunt supradicta, quòd etiam à sponte dantibus non possunt recipere pluſquam est debitum, quando statutum prohibet salarium accipere: quia sunt verba generalia, & comprehendunt etiam sponte soluentem. Secus videtur, si quis esset prohibitus petere, quia non prohibetur accipere ab eo,qui sponte solueret.vt in capitulo,dilectus.el.2.de simonia.& Bartol.in dict.§.finali. Sed noster tex. prohibet accipere, & sic lleuar, ergo à sponte non potest accipere pluſquam hic continetur. ☞ Quoque faciunt optimè dicta per Feli.in.d.capitulo,tua nos.de homic.vbi tenet reprobando Angelũ in.l.Archarij. C.de professo. & medi. 8 lib.10.quòd medicus † salariatus de publico,non debet petere præmium ab infirmis, secundum Barto.ibi,quòd etiam nec poterit consequi præmium à sponte dare volentibus. licet Angelus ibi teneat contrarium, & malè. Nec obstat text. in cle.prima, de censibus. & cle.prima de immunit.eccles.vbi ab eo,à quo non potest exigere, possunt recipere, si sponte soluat, quia loquitur in casu permisso à iure, vt Montal.in.d. glossa ordi.in parte, tabelliones. Tamen Iohan. de platea ibi in.d.l. Archiatri.tenet cum Angel. dicendo,quòd potest recipere salarium, & alia, quæ sibi offeruntur sponte post sanitatem, licet salarium recipiat de publico:nisi ex forma conuentionis suæ condictionis esset, quòd nil posset recipere, quia tunc etiam à sponte soluente recipere non potest.per gloss. in dicta.l.inuitus. §.fin.ff.de regul.iuri.& sic quòd Angel.& plat. verum dicant,& dicta per Feli.intelligantur durante infirmitate: secus cùm sanati fuerint, vel quando ita conuentum fuit, vt etiam à sponte dantibus nil recipere possit. ☞ Quod dicit Plate.idem esse in aduocato, qui habet salariũ à communitatibus villarum.quẽ vid.in fine. ☞ Ad idẽ faciunt notata per Hippolyt.de Marsi.in.l. stipendia. C.de execu.rei iudi. vbi plura posuit, 9 quæ prohibentur † à lege accipi pro pignore à debitoribus per barnerios,algazelos,& executores: quòd licet ipsi debitores talia prohibita accipi pro pignore sponte dant barneriis, vel executoribus,quòd non possunt accipere etiam ab illis volentibus. per dictã.l.vnicam. C. de salga. hospit. suprà allagatis. prout tenet dictus Hippolyt.de Marsi.in.l.vnius facinoris.§. ferous nec si.ff.de quæstioni.numero secundo, cum sequentibus.& in.l.cornelia.§. cõstitutum. ff.ad.l.corneliam.de sica. numero secundo,cum sequentibus.& si accipiunt,incidũt in pœnam, vt ibi. Quod facit ad.l.7.titulo.11. delas prendas.libr. quinto, in ordina. regali.& ad.l.executores. C. quæ res pignori obligari possunt.

& ad

& ad tex.in.§.agricultores.in rub.de ſtatutis. & conſuetudi.in vſi.feud.& ad.l.1.titulo.5.parti.5. vbi in dictis iuribus cauetur, quòd pro execu-
10 tione † ſententiæ, vel inſtrumenti guaretigij, nō poſſunt capi boues aratorij, & alia, quæ ſunt neceſſaria ad agriculturam, vt ſunt ligones, & inſtrumenta ferrea. quod habet locum etiam volentibus debitoribus. Sed hoc intellige, ſi ſunt alia bona, ꝙ in iſtis nō poteſt executio fieri, aliàs incidit in pœnam illius legis ordina. & idem tenet Bald.in.l. quemadmodum. §. magiſtratus. ff.ad.l.aquili. vbi ait, quòd ſi per imperitiam capit pignora, ſeu fecit illicitam capturam, ipſe
11 tenetur ad intereſſe. ℣ Ratio poteſt eſſe: quia in generali obligatione † non veniunt ea, quæ ſpecialiter non fuiſſet promiſſurus, vel obligaturus. vt Bartolus in.l. prima. C. quæ res pigno. obliga. poſſ. vt puta pannos, & lectos, & alia impellectilia, ſine quibus viuere non poteſt. ad idem facit text.in.l.obligatione generali.ff. de pigno.& textus in.l.5.titulo.13.parti.5. quæ hoc in ex preſſo tenet. Quod extende ad veſtimenta: quia quoque non poſſunt capi pro executiōe ſentētię ne aliàs videaī ipſe debitor quodammodo in vinculis pro debito poni. vt tenet Lucas de pēna in rubri. C. de militari veſte. lib. 12. Quod putat verum in veſtibus neceſſariis, ſecus in his, quæ ſunt ad ornatum & delectatio-
12 nem. ℣ Quoque in libris † executio non poteſt fieri, nec ſub generali obligatione comprehenduntur. vt gloſſ. ſingularis. in.l. nepos proculo. ff. de verbo. ſignifica. in verbo, dignitate. quæ tenet, quòd in executione iudicati, quemadmodum arma non ſunt auferenda militibus, ita nec libri ſcholaribus. per quam gloſſ. dicit Bald. in rub. qui boni. cedere poſſunt. quòd ſi ſcholaris ceſsit bonis, non poterunt ei auferri libri
13 quia ſecundùm eum arma † militibus relinquēda ſunt, & libri ſcholaribus, & breuiarium clerico. & tenet Iaſ. in. §. item ſeruiana. 9. colum. numero. 65. & 66. inſtitutio. de actio. & idem tenet Montal. in dict. l. 13. parti. ſuprà allega. & quia leges & arma ſunt ad inuicem correlatiua. vt Iohan. Faber in proœmio inſtitutio. Quod intelligitur, vt dictū eſt: etiā debitoribus volentibus in illis executio nō fit. ℣ Tamē ſupradicta fallunt,
14 † niſi ipſe obligans non haberet alia bona, niſi bona, quæ ſpecialiter quis non eſſet obligaturus: quia tunc veniunt in obligatione, & in illis poteſt fieri executio. vt doctores moderni in dict. l. obligatione generali. ff. de pignori. Et ratio poteſt eſſe: quia ſi aliter diceremus, ſequeretur quòd talis obligatio, & contractus nil ope rarētur, quod non eſt dicendum. argumen. in. §. quibus. in prima conſtitutio. C. & in. l. amplio rem. §. in refutatoriis. C. de appella. & in capitulo, ſolitæ. de maior. & obedien. & idem probat dicta. l. ordinamenti. Quinimo dicit Bald. ſingulariter in rub. C. de col trahen. emptiōe. quòd vnum quodque verbum etiam minimum appoſitum in contractu, intelligitur eſſe appoſitum cum miniſterio aliquid operādi. Quod dictum refert & ſequitur Alexand. in conſilio. 151. in. 2. volu. incipiente, themate. & in conſilio. 157. eodem volu. & Iohann. de Ana. in conſilio. 98. & Hippolytus de Marſi. in. l. prima. §. ſi ſeruus. ff. de quæſtioni. nume. 6. cum ſequentibus. vbi omnino vide.

Summarium.

1 Conſentiens pari pœna conſtringitur, num. 7.
2 Conſentire dicitur quis, quando non corrigit, quos tenetur ex officio corrigere.
3 Corrector in ſyndicata tenetur non ſolùm de eo, quod mandauit, vel ratum habuit, ſed etiā de eo, quod conſentit. numer. 7. 8. 9. 10. & 12.
4 Conſentiens magis punitur, quàm agens.
5 Conſenſus quadruplex eſt.
6 An conſentire videtur non reuelans crimen læſæ maieſtatis, & an ab eo præſumitur committi.
Fallit in ſacerdote, quia non punitur, licet non reuelet.
8 An licitè poteſt deponi poteſtas, ſeu officialis, qui vidit rixantes, & non miſit familiam.
11 Dominus videns fieri malum, & cùm poſsit nō vitat, videtur conſentire.
12 Iudex, an teneatur ex perceptis per ſuos officiales, etiam ſi ignorauerit. num. 13.
14 Cōſanguineus an teneatur ſcire facta conſanguinei: & vicinus an præſumatur ſcire facta vicini.
15 Correctores preſumūtur ſcire facta ſuorum officialium.
16 Poteſtates terrarum, & ſui officiales donec ſunt in officio, dicuntur eſſe ciues illarū ciuitatū.
17 Officiales durante officio, & tempore ſyndicatus debēt tractari tanquā ciues, & in eis ſtatuta ciuitatis de ciuibus loquentia habent locū.
Officio finito, non ſunt ciues, quia definit illa ciuilitas.
Idem eſt in prælato, quia ratione prælaturæ eſt ciuis, ſecus ea depoſita.
18 Iudex pro delicto commiſſo in officio debet

puniri pœna ciuium, vbi alia pœna est in forense.

19 Stante statuto, quòd quilibet de populo potest accusare: familia potestatis accusare potest, quia comprehenditur sub tali statuto.

20 Statuto stante, quòd quilibet de populo potest accusare, & habere tertiam partem: an officialis curiæ, vel familiaris potestatis, possit accusare, & illam tertiam partem habere.

21 Illi qui sunt simul, videtur vnus alteri dare auxilium.

22 Qui est armatus cum aliis, licet nullum actum faciat, dicitur dare opem, etiam si manus ad arma non moueat, & etiam si armatus sit à remotis.

23 Auxiliatores, & socij alicuius delinquentis vt possint puniri de auxilio, quid requiritur.

24 Præbentes consilium, & auxilium, & fauorem, qualiter puniantur.

25 Si occidi aliquem, an socij, qui mecum erant, puniantur.

26 Delictum factum ad commodum alicuius, licet non perueniat ad sui notitiam, an teneatur.

27 Delictum famuli, an imputetur domino.

28 An delictum factum à filio in re concernente causam patris, præsumatur factum de voluntate patris.

q 1 **Ni cõsentiran.** q Nota, quòd cõsentiẽs, † pari pœna constringitur. Similis text. in capit. nottum. 2. quæstio. prima. & capi. facientes. 86. distin. Et sic isti Correctores, qui consentiunt officialibus suis accipere expensas vltra in dicto aranzel contentas, tenentur ad pœnam: quia prout dicit glossa in dicto capitulo, noum. quis dicitur † consentire, cùm non corrigit, quos tenetur ex officio corrigere. vt in capitul. primo. 83. distin. & in capitulo, inferiorum. 86. distin. Quia eo ipso, quòd prælatus tacet, videtur consentire. capitulo, si rector. 44. distin. & punitur acsi fecisset. 83. distin. capitulo, quid enim prodest. & tenet Cardi. in cle. prima, de vita & honesta. cle. quæst. n. ▽ Et sic talis Corrector † non solùm potest conueniri in syndicatu de eo, quod mandauit, vel ratum habuit, sed etiam de eo, qđ consensit. vt in. c. cùm ad sedem. de restitu. spolia. in fine. quia quoque dicitur consentire, cùm defendit peccantem, vel quando sua authoritate delinquit. ▽ Imò magis punitur consentiens, † quàm agens. prout habetur in cap. qui aliorũ. 24. quæst. 3. vbi qui aliorum defendit errorem, multò amplius damnabilior est illis, qui errant. tex. in. c. qui consentit. 11. q. 3. vbi habetur, quòd qui consentit peccantibus, & defendit alium delinquentem, maledictus erit apud Deum, & hominem, & corripietur increpatiõe seueriſsima. Et quidã sanctꝰ pater ait, si quis peccantem defendit, acriꝰ quã ille, qui peccauit coerceatur. ▽ Sed propter hoc glo. in capitu. 1. de offi. delega. in verbo. pari pœna. dicit, q quadruplex † est cõsensus. Et in quarto casu dicit, q quãdo consensus est authoritatis, seu defensiõis, magis peccat consentiens defendẽdo, & authoritatem præstando, quã faciens, & magis puniẽdus. vt in. d. c. qui aliorũ. Sed in cæteris casibus nõ. vt in. d. glo. Idẽ vult tenere gl. in. d. c. qui consentit. inquãtũ dicit, qui cõsentit, scilicet per cooperationem, & authoritatẽ. & gl. in. d. c. notum. & sic intelliguntur iura cõtraria, dicentia, q magis punitur cõsentiens, quã agens, scilicet quãdo cõsentit per cooperationẽ, & authoritatẽ. ▽ Et quoq; dicta gl. procedit in crimine hæresis, & atrocioribus delictis, quia magis peccat cõsentiens defendendo. vt glo. in cle. 1. de pœnis. in parte, de-

6 fensauerit. ▽ Idẽ dico † in non reuelãte crimen læsæ maiestatis, quia videtur cõsentire, & ab eo committi, qui in simplicem scientiã incidit, licet nulla operatio, vel factum interuenerit. vt in. l. quisquis. in fine. C. ad. l. Iuli. maiesta. Et q ex sola scientia quis teneatur ex tali delicto, & ex pluribus aliis, notat Bar. in. l. vtrum. ff. de parrici. & plenè saly. in. d. l. si quis. §. ad quod. ▽ Tamẽ hoc est verũ, dũmodo sciat, & probare possit, alias nõ punitur. tenet Feli. in. c. de cætero. fi. co. de re iudi. Tamẽ opi. Bar. & saly. seruatur in practica. prout tenet Ang. in tracta. malefi. & ibi Augu. de Arimi. in additio. in pte, & chai tradito la tua patria. ver. quod crimẽ. n. 10. vbi per eos. ▽ Et intellige q punitur. s. si nõ reuelauit. vt ibi. de qua reuelatiõe vi. per Feli. in c. quãtę. de sentẽ. excõ. in verbo. si extra. gl. & l. 5. ti. 2. parti. 7. Et an per simplicẽ sciẽtiã quis incurrat in crimine lęsę maiestatis & puniatur. vi. latè Hippolyt. de Mar. in d. l. vtrũ. ff. ad. l. Põpe. de parri. vbi in. n. 6. tenet hoc nõ procedere in sacerdote, cui fuit dictũ in cõfessiõe aliquid maleficiũ fiendũ: quia licet nõ reuelauerit, nõ cadit in pœnã. vt in. c. omnis vtriusque sexus. de pœnit. & remi. & ibi doctores. & an nõ reuelãs crimẽ puniatur, vi. q posui in. c. 52. infrà eo. in. gl. incurra. ▽ Sed noster tex. inquã-

7 tũ tenet q consentiens punitur, † intelligit glo. vbi est tex. similis in dict. capitulo, quãtę. de sententen.

sentiran q lleuar a sus officiales mas dere

ten. excõmunica. scilicet per cooperationem, præstãdo authoritatem, quia tunc eadem pœna punitur faciens, & consentiens. & sic debent intelligi verba ista. vbi inueniuntur, & iura suprà allegata. quod notat ibi Abb. pro singulari. nu. 5. pro statutis punientibus consentientes certo facinori, vt illi dicãtur consentientes, qui cooperantur ad delictum, saltem præstando authoritatem. Secus videtur in eo, qui adhibuit præsentiam non authorizabilẽ, nec cooperatiuam, etiã si poterat obuiare, & non obuiauit. quod videtur contra supradicta, vbi magis puniũtur consentientes præstando authoritatem, quàm agentes. ℣ Sed certè tex. ibi in. d. c. quantę. in fine, videtur tenere contrariũ. Nam ille tex. non intendit punire authoritatem præstantes, sed non obuiantes, cùm possunt, secũdùm Abb. & Feli. ibi, ideo tene dictã distinctionẽ glo. in. d. c. 1. de offi. delega. quã approbat Feli. vbi suprà, & ibi Barb. in glo. magna. ℣ Et ibi in versi. qui ratione potestatis. notat, q̃ habẽs potestatem contra alium, & videns eum percuti, & non prohibens habetur pro consentiente, & faciẽte. Et põderat ad vim
8 valde singulare dictũ Bart. † in. l. illicitas. ff. de officio præsi. vbi dicit, quòd si potestas, vel officialis vidit rixantes, & non mittit familiã, licitè potest propter hãc causam deponi. et ita expressè notat Bald. in. l. nullus. versi. Item nota argumentũ. C. de summa trini. & fide catho. & in. l. 1. §. quies. ff. de offi. præfect. vrbis. & fuit originale dictum Cy. in. l. seruus. C. do noxali. Quod dictum dicit Feli. in. d. c. quantæ. esse intelligendũ sanè duob⁹ cõcurrẽtibus. s. nisi misisset ad aliud faciendũ, & si videt rixam adeò magnam, q̃ non possit sedari per illos de familia. ℣ Sed videtur,
9 q̃ iste text. ad Correctores † consentientes non extendatur, etiam si pœna imponatur ipso iure: quia hoc est potius ex interpretatione, quæ non habet locũ in statuto, vbi fictus, & interpretatiuus intellectus non habet locum. vt in. l. 3. ff. de negotiis gestis. & in. c. in ius. trac. de iniuriis. & Abb. in. d. c. quantæ. nu. 3. & sic, q̃ non extendatur ad consentiẽtem. Idem tenet Abb. in. c. si culpa. 1. col. de iniuriis. & Anto. in. c. fina. de pactis. col. 1. sed istud est verum, quando verba statuti dirigũtur in personam, putà si quis fecerit sic: secus si dirigerentur in rem, putà, si factum fuerit tale quid, quia comprehendit etiam consentientes. prout in text. nostro cauetur ibi, lleuar. ita notat Bart. in. l. is qui opem. ff. de furtis. & text. & Bar. in. l. aut qui aliter. §. fina. ff. quo vi aut clã. & Paul. de Castro in. l. si necessarias. §. de vẽdendo. ff. de pign. actione. & Feli. vbi suprà, in prin.

℣ Quoque intellige, nisi lex, vel statutum ex-
10 presse disponat † contra consentiẽtes. vt in isto text. ibi. ni consentira. & in dictis iuribus, suprà allega. quia tunc in eis habet locum dicta pœna. Ad idem facit text. in. l. 13. titu 33. de regul. iur.
11 parti. 7. vbi tenet, q̃ si dominus † videt fieri malum, & non vetat, cùm possit, videtur cõsentire. Facit tex. in. l. quid ergo. §. 1. ff. de his qui not. infami. & in. l. scientiam. in princi. ff. ad. l. Aquili. & C. de noxali. l. si seruus. Et illa regula habet locum secundùm Montal. ibi in. d. l. parti. siue domin⁹ potest prohibere de iure, siue de facto. vt in. l. in omnibus. ff. de noxalibus. & cap. qui alios. de hæreticis. & glos. in dicta. l. scientiam. ℣ Sed ad hoc, vt isti Correctores de consensu te
12 neantur, oportet q̃ sciant, † quòd sui officiales extorquent, & recipiunt istas expensas vltra in dicto aranzel contentas, vel q̃ sint præsentes dũ eas recipiunt, & intelligentes. arg. glo. in. l. pen. C. de errore aduocato. in versi. præsentibus, & intelligentibus. & facit. l. non multùm. ff. de authoritate tuto. & quod dixit Bart. & docto. in. l. 1. ff. de verb. oblig. ibi, vtroq; loquẽte, & sermonum efficaciam intelligente. & quod tradit Bald. in. l. testium. C. de testi. nu. 8. & ibi Barb. in additio. & Abb. in. c. peruenit. el. 2. de testi. cogen. quia si sunt præsentes, & intelligentes, q̃ extorquent vltra hic contenta, & tacent, & dissimulant errores suorum officialiũ, est præsumendum contra eos. nam error, cui non resistitur, approbatur. vt in. c. error. 83. disti. c. qui prodest. & Abb. in. d. c. qui alios. Quod intelligit non solùm in errore fidei, sed etiã in quolibet errore. nam errare præsumitur, qui errantibus, cùm potest, nõ resistit. Sicut quoque dicitur non carere scrupulo societatis occultæ, qui manifesto facinori desinit obuiare. vt in præallega. c. qui potest. ℣ Sed text. noster dicit, q̃ tenetur, etiam si ad sui notitiam
13 † nõ peruenit. ibi, aun que diga que no lo supo. & est fortis text. vt quis teneatur ex ignorantia facti. Et potest esse ratio: quia vt dicit Paris de Pute. in tract. syndic. in parte, iudex, an si iudex. foli. 141. nu. 17. iudex non debet pati illicitas extorsiones, imò ex officio supplere. vt in. l. vbi pactum. ff. de transa. & in. l. illicitã. ff. de offi. præsi.
14 ℣ Hoc quoq; credo esse: quia † sicut consanguineus tenetur scire facta cõsanguinei. vt in. l. octaui. ff. vnde cogna. & Paul. de Cast. in. l. auũculo. ff. de conditio. sine causa. nu. 2. & idẽ latè in. l. de tutela. C. de in integr. restitu. mino. licet hoc sit verum in iuribus sanguinis, vel naturæ, secus in consistentibus in facto: quia scientia non præsumitur, nisi probetur. vt Bal. in. l. quoniam. C. de

iure

iure delibe.& Feli.in cap.Petrus.de homicid.1. col. ☞ Ita vicinus præſumitur ſcire facta vicini. vt Abb.in.c.quoſdam. de præſumptio. nu.1. & Feli.latè in cap.literis.eod.tit.& Bart.in. l.is po teſt.col.5.verſicu. videamus.ff.de acquiren. hæredi.& Pala.Ruui.in repeti.c.per veſtras.de donatio.§.18.fol.65.col.11.nu.32. ſed hoc dicit Bar. in.d.l.is poteſt.Si erat fama in vicinia, tunc vicinus præſumitur ſcire facta vicini, aliàs non. Et licet hoc reprobet Alexan.& Iaſ. ſequitur Sebaſtianus Sapia.in additio.ad Abb.in.c.quoſdam. de præſump.in prima additione.vbi Alex.quoque dicit limitari, niſi vicinus, vel cõſanguineꝰ velit probare contrariũ, vel niſi cõſanguineus, vel vicinus eſſet infirmus. Et habet locũ in his, quæ veriſimiliter conſueuerũt eſſe nota conſanguineis, aliàs ſecus, vel niſi ciuis eſſet nouus, quia iſte poteſt prætendere ignorantiam. ☞ Sic
15 præſumitur,quòd Correctores † ſciũt facta ſuo
16 rum officialium: quia poteſtates † ciuitatum & ſui familiares donec ſunt in officio,dicuntur eſſe ciues illarum ciuitatum.tenet Iohan.de Plat. in.l.ciues quidem.C.de incoli.lib.10.nu.2.& latè Paris de Pute.in.d.tracta.ſyndica.in parte,ciuilitas.fol.77. ☞ Et tenet Cataldi. in tracta.ſyn-
17 dica.q.21.vbi ait, † ꝙ officiales,durante officio, & tempore ſyndicatus, debẽt tractari tanquam ciues,& in eis ſtatuta ciuitatis de ciuibus loquẽtia habent locum. vt in.l.1.ff. ad municip.& magiſtratus municipales appellantur poteſtates. & hoc tene.licet Albericus de Roſa.in. 2. parte ſtatu. q.177. in fine.tenet contrarium,dicens, ꝙ Rector non dicitur ciuis.Quod intellige in alio iudice,quàm in electo à principe:quia electus à principe, ſiue à domino loci, vel villæ, efficitur ciuis,& ſic ſunt ciues, & habitatores: ſed intellige quoad honores, ſecus quoad onera. vt gl. in cap.fi. de parochiis. in parte, habitatores. Tamen depoſito officio, deſinit ciuitas illa.per dict.l. ciues.ſuprà allega.& Andre.Sicul.conſi. 23. vbi quoque dicit,ꝙ eſt idem in prælato,qui ratione prælaturę eſt ciuis, qua depoſita,deſinit
18 ciuilitas eius. ☞ Ex quo infertur,† quòd pro delicto commiſſo in officio debet puniri pœna ciuium, vbi alia pœna eſt in Forenſe, quia eſt caput ciuium:& ideo debet eodem priuilegio gaudere, quo ſui ciues gaudent.argu. l. quoad ſtatutum.ff.de teſtamen.mili. ☞ Et quòd ſit ciuis dũ eſt in officio,eſt glo.in.l.fi.C. de incolis.& idẽ eſt in eius officialibus,& familiaribꝰ, quia eius priuilegio gaudẽt.vt in.l.1. C.de epiſco.& cleri. & intantum eſt ciuis, ꝙ offendens officialẽ,punitur pœna parricidij. vt dictus Paris de Pute. vbi ſuprà. ☞ Quod facit ad illud,quod tenet Bal. in cap.ex parte adę.in.2.col.per glo.ibi,de teſti. quòd ſtante ſtatuto, ꝙ quilibet poſſit accuſare, intelligitur quilibet de populo illo ſtatuentiũ, non autẽ de populo extraneo.prout refert, & ſequitur Iaſ.in.l.ſi fideiuſſor.§.ſi neceſſaria.ff.qui ſatiſdare cogantur.& glo.in.l.fi.& .l.is qui reus. ff.de publicis iudiciis.& Bald.ibi.& Inſtitu.de publi.iudi.in princi.& in.l.1.§. per cõſequens. ff.de ſuſpec.tuto.& per Bart.Bald.& Imol.in.l. eum.C. qui accuſa.nõ poſſ.& Alex.in.l. in prouinciali.§. fina.num.2.ff. de noui oper.nuntiati. contrarium tenet Iohã. de Plate. in rubri. C.de iure fiſci.lib.10. num.2.vbi tenet,ꝙ quilibet admittitur ad accuſandũ de crimine publico, etiã de populo alieno.& eſt glo. in.l.2.§. pe.in verbo,actoris.ff. ne quid in loco publico.& eam dicit ſingula.Iohan. de Anani. in cap. qualiter & quando.el.2. de accuſa.8.col.verſi.2.nota.ꝙ non parochianus.& idem tenet Feli.in. c. dilecti. de maiori.& obedien.col.3. nu.2. in fine. dicendo, ꝙ actio popularis competit etiam illi,qui nõ eſt propriè de populo, ſed credo,quòd Iaſ.non eſt contrarius,quia loquitur in pœna ſtatuti,in qua non admittitur,niſi ſit de illo populo, vbi eſt tale ſtatutum.Secus eſt in pœna legis generalis regni,quia tunc habet locum quod dicit glo.Plat. & Feli. & ſic non ſunt contrarij. ☞ Et talis familia poteſtatis comprehenditur ſub dicto ſtatuto
19 & poteſt accuſare,† & habere cõmodum applicatum accuſatori per dictum ſtatutum: quia dicuntur ciues,dum ſunt in officio, vt dixi,& hoc teneo. licet Ange.in.l.debitor.ff.de pigno.vult tenere contrarium, dicens quòd poſitus in loco ad tempus,nõ dicitur poſitus in loco,nec de loco.vt in.l.ex facto.ff. de hæredi.inſtitu. §. rerũ. & ideo Forenſes ſtudentes,non dicũtur eſſe de loco,vbi ſtudẽt, ſed in loco,cùm ſtudere in ipſo debeant? Quia hoc non obſtat:quia loquitur in priuato, & non in illis, qui officia publica habent. vt colligitur ex dictis per Pari. de Pute. vbi ſuprà in parte,ſtatutum. ☞ Et quoque tenet contrarium Bal. in ſua practi.crimi. in titu.de.q. circa ſtatuta.q.12. vbi finaliter concludit altercãdo pro vtraque parte hanc.q. ꝙ ſtante ſtatuto,ꝙ
20 de tali maleficio liceat cuilibet accuſare, † & ꝙ accuſator habeat tertiam partem, quòd ſi officialis curiæ, vel familiaris poteſtatis accuſauerit de tali maleficio,non recipiet dictam tertiam partẽ ab ſtatuto conceſſam, eo quia Corrector,ſeu poteſtas recipit ſalarium per ſe,& omnibus famulis ſuis,quo debet eſſe contemptus. vt in authẽ. de iureiuran. Quod præſta.ab his.in princi. Itẽ

quia

quia lex cauet, quòd id, quod capitur ab hostibus, efficiatur capiētis. vt in. l. si quid. ff. de capti. & postlimi. re. & tunc si milites armatę militię, qui recipiunt stipendia à republica, capiant aliquem ab hostibus, nō ideo efficitur eius seruus. Et idem dicit seruandum fore in officialibus, & familiaribus terrarum. arg. in. l. nec quid. ff. de incēd. rui. naufra. & tenet Hierony. Caluilon in additio. ad Angel. in tracta. maleficio. in parte, ad querelam Titij. numero. 43.

chos delosque enel aranzel de aquella ciudad, villa, o prouincia q̄ es a su cargo

¶ Sed practica cōmunis est in toto regno in contrarium: & sic, quòd sic iudex ex officio procedit. vel ei⁹ algazelus, vel familiaris accusant, percipiunt dictam partem, quæ accusatori pertinet. + Sed contrarium debet hodie seruari, quando iudex ex officio procedit, & non ad petitionem suorum officialium, vel aliorum, per quandam pragmaticam factā per nostrū principem Philippum nomine patris sui Caroli in curiis, quas habuit Valisoleti anno. 1548. l. 45. in qua cauetur, que si el juez procede de officio, y condenare en alguna pena que pertenezca al denūciador, que el juez no pueda lleuar la tal pena que al denunciador pertenesce. Sed hoc intelligerē, quādo lex applicat partem pœnæ iudici, ex eo quòd sententiā tulit: quia tunc partes, quæ pertinent ad seipsum, & accusatorem, non potest sibi vendicari, & attribuere. Secus si nulla pars condēnationis iudici applicatur: quia tunc bene poterit partem accusatoris sibi sumere, si ex officio procedit, cùm inquisitio, & officiū iudicis succedat actioni. vt Bart. in. l. infamē. ff. de publi. iudi. & Paul. de Castro. consi. 59. ¶ Quoque potest esse ratio nostri text. quòd teneantur etiam si ad sui notitiam non perueniat, quia sunt simul
21 in officio: & illi qui † sunt simul, videtur vnus alteri auxiliū dare. vt est notabil. dictum Innocen. in cap. continentia. de cleri. percusso. vbi Innocen. quoque dicit, quòd qui est armatus
22 † cum aliis, licet nullum actum faciat, dicitur dare opem. quod dicit Bald. menti tenendum. in l. raptores. C. de episco. & clericis. & in. l. 1. col. 2. de serui. fugiti. & in. l. 1. vltim. charta. C. vnde vi. & Felin. in cap. sicut dignum. de homic. col. tertia. versicu. septimo & vltimo. vbi hoc extendit etiam si manus ad arma non moueat, dicitur præstare opem. vt ibi latè per eum. & etiam si armatus est à remotis, si per eū efficitur audacior, & offensus timidior. vt Baldus in. l. non ideo minus. C. de accusa. tertia colū. & per Angel. de Aretio. in tractatu malefic. in parte, dictus Andreas armatus. in principi. & ibi per Augusti. in additio. ¶ Et facit illud, quod tenet Hip-
23 polyt. de Marsil. in singula. 400. † vbi ait, quod ad hoc, vt scias quando aliqui dicantur auxiliatores, vel socij alicuius delinquentis, vt possint puniri de auxilio, vel ope, oportet quòd ad hoc fuerint principaliter adunati, seu in simul congregati, vt sunt Correctores, & sui officiales in officio, qui sunt congregati ad exercendū iurisdictionē, & rempublicā gubernandā. per tex. quē allegat dictus Hipp. in. l. 3. §. homines. ff. vi bonorū rapto. & dicit, q̄ si omnes delinquentes apparent fuisse in rixa, tūc omnes sunt puniēdi. de quo per Bar. & Hip. de Marsi. in. l. in rixa. ff. ad. l. Cornel. de sica. ¶ Angel. tamen dicit in. l. gracchus. C. de adulte. quòd alsocians ad delictum perpetrandum, non punitur de homicidio, si principalis licitè occidere poterat, licet ipsi associantes non. ¶ Et quòd associātes excusentur, est verū, quando parueruent, quia erāt filij, vel serui, vel vasalli, secus in aliis. vt ibi per Angel. ¶ Qualiter autem puniantur, qui præ-
24 bent auxilium, † cōsilium, & fauorem, vide bonum text. in capi. cùm homo. & in cap. si quis. cum sequenti. 24. quæstio. 5. & cap. qui aliorū. 23. quæsti. vlti. & cap. periculosè. de pœniten. distinct. 1. ¶ Et si occidi aliquem, an socij, qui
25 † mecū erant, puniantur? Vide Inno. & docto. in. c. sicut dignum. de homicidio. & quod notat Bart. in. l. si vendidero. §. raptorem. ff. de furtis. & in dicta. l. fina. ff. de sicariis. & latissimè per Alexand. in additio. ad Bart. in. l. is qui opem. ff. de furtis. & Barto. in. l. in furti. §. ope. &. l. furtum. ff. eodem. titu. de furtis. ¶ Et si aliquis
26 facit delictum ad cōmodum † alicuius, licet non perueniat ad sui notitiam, an teneatur? Bar. in. l. de pupillo. §. si quis ipsi prætori. ff. de noui oper. nunti. tenet quòd sic, loquendo in familia iudicis verberante appellantem à sententia iudicis, quia præsumitur facere de mandato iudicis. De quo vi. per Abb. distinguētē. & ibi Iohā. de Ana. in. c. Petrus diaconus. de homici. vbi multas fallētias ponit Feli. & latissimè per Barba. in dict. c. 1. de officio delega. col. 8. cum sequentibus. vbi cōcludit, q̄ vera † conclusio est, q̄ de-
27 lictum famuli imputetur domino, si cedit ad cōmodū domini. Vel posset dari distinctio, vt ibi per eum, scilicet, Aut dominus, seu consanguineus sciuit delictū futurū, & potuit prohibere, & non

& non prohibuit,& tũc imputetur ſibi delictũ. Aut ignorauit,& tũc nõ imputetur. Aut ſumus in dubio,an ſciuerit vel ignorauerit:& tunc quãdo factum eſt ſucceſsiuũ,tunc preſumitur ſcientia. Aut eſt momentaneum,& tunc præſumitur ignorãtia. vt Abba.in.c.conſtitutus. de teſtib. & Bart.& docto.in dict.§.ſi quis ipſi prætori. ▽Vide tu Alex. in conſilio. 69.nu.6. 28 in ſecũdo volum.vbi tener,† quod delictum factum à filio in re cõcernente cauſam patris,præſumitur factum de voluntate patris. Quod dicit ſaltem eſſe verum, quando aliqua alia præſumptio iudicaret contra patrem.& idem tenet Hipolyt. de Marſi. conſilio. 3. nume.18.

† gofueren pueſtos,[r] ſo pena que los pague cõlas ſetenas,[s] aun que digan que licet.11.q.3. & in.c.militare.21.quæſt.1. alia in.c. cùm ab omni. de vita & honeſta.clerico.vbi tenet, ꝙ ordinarius nunquam debet habere expẽſas: nam ideo ſtipendia,ideſt ſalaria ſunt ei conſtituta, Imò dicit, ꝙ etiam ſi de mandato principis ad aliãprouinciã proficiſcitur, debet expendere illa quæ domi expẽderet. vt in authẽ.de mãd.prin.§.illud tamẽ.colla.3.Sedin hoc ſenatores conſilij regalis iubent, vt habeat. 300. dipondia pro vna quaq; die, dum proficiſcitur extra ſuam prouinciam, ſeu iuriſdictionem ex cõmiſsione eorum. Vide quæ dicã in.c.9. infrà eodem:in glo.1. & in.c. 6. in glo. ſalario.

Summarium.

1 Expenſas litis quomodo debet iudex accipere. Et quid ſi habet ſalarium.

[r] **Pueſtos.** [r] Ex iſto tex.patet,quòd ex regula iuris expenſarum, debet 1 iudex dictas † expenſas percipere, ſecũdùm regulam ſeu aranzel ſuæ iuriſdictionis,& non ſecundùm aranzel regale. ▽Et ad hoc dico,quòd in prouinciis,vbi plus iudices percipiunt vltra in dicto aranzel regali contenta,ꝙ ea non debẽt percipere, ſed ſecũdùm dictum aranzel regale. Et in prouinciis,vbi minus eſt conſuetum percipi,illud debet obſeruari, & non dictum aranzel regale,quia in hoc eſt conſuetudo ſeruanda. & ita tenet pragmatica in.d.arãzel contẽta.quaſi in princi. quã per te vide. ▽Et an valeat conſuetudo in oppoſitũ,vide infrà in.c.7.in gloſ.2. ▽Et nil amplius debet recipere à partibus, nec eſculentum,dummodo habeat ſalarium, ex quo ſibi ſatisfieri poteſt.text.in authen.ſcriptum eſt exẽplar.vt iudic.ſine quoquo ſuffragi. colla. 2. & glo.ibi in verbo,auaritiã.& glo.in.§.ſunt prẽterea. Inſtitu.de publi.iudic. Angel. in.d. authẽ. §.nulli.tenet,ꝙ ille tex.eſt contra Rectores ciuitatum,qui per caſtra,& villas mittunt eorum milites ad locorũ conſeruationem ſumptibus ruſticorum,quia puniuntur.vt ibi. & Iohan. Fab. in l.omnes cognitores.C. ad.l.Iuliã repe. Idem tenet, ꝙ iudices ſalariati nõ poſſunt recipere eſculentũ. Et quòd iudex ordinarius ſalariatus non debet habere eſculẽtum,tenet glo. & ibi Fab. & Nicaſius de Voerda.in.§. plebiſcitum. Inſtitu. de iur.nat. gen.& ciuil.nume.4.& glo.in.c.non

Summarium.

1 Simplum, an in ſeptenis contineatur.

[s] **Setenas.** [s] Quia furi ęquiparatur.vt in.l. 2.titu. 13.foro legum.lib 4.& Inſtitu.de obliga.quæ ex delict. naſ. ▽Sed an 1 in iſtis ſeptenis † ſimplum contineatur, & ſic expenſæ datæ vltra in dicto aranzel contentę. tex.in.§.quadruplũ. Inſtitu. vi bonorum rapto. tenet,quòd in quadruplo ineſt rei perſecutio,vt pœna tripli ſit.Iaſ.tamẽ in.§.ſic itaque diſcretis. Inſtitu.de actio. 4.notabil.dicit,ꝙ in duplo,vel quadruplo, in quo condẽnatur fur, non continetur ſimplum,& ſic res ipſa furto ſubtracta, & ſic duplum,vel quadruplũ eſt tota pœna. ▽Sed in rapina,& violentia dicit eſſe ſecus: quia in ea in quadruplo continetur ſimplum,& ſic rei perſecutio.& idem tenet.in.§. ex maleficis.in prin. eod.titu.de actio.nu.17.&.18. Et ratio diuerſitatis dicit eſſe ſecundùm Iohã.Fab.ibi.3. col. quę ſequitur ibi Angel.2.col.quia magis frequẽtantur furta,quàm rapinæ,& ſic grauius puniũtur, vt magis arceantur. vt in.l.aut facta. §. fina. ff. de pœnis. ▽Et licet Iaſ. in iſta ratione cogitet tex. in.l.18. titu.14.par.7. vult eam tenere,loquendo in fure:& ꝙ in eo pœna duplici, vel quadruplici,in qua condẽnatur,non continetur ſimplum. Et hac de cauſa ſemper in caſu iſto quando proceditur contra iudicem, ſimplum in quadruplo vel ſeptenis computo: quia cùm ſint in officiis, magis videtur mihi rapina,quàm furtum, & nõ inducitur omnimoda ſimilitudo. arg. eorũ,quæ notat Bart in.l. peſsimum genus. ff. de recepta.

Summarium.

1 Ex ignorantia an quis teneatur.
2 Disposita in sciente, habent locum in scire debentem.
3 Scire dicitur aliquando per vehementem opinionem.
4 Ignorantia crassa & supina non excusat.
5 Ignorans non peccat. nume. 8.
6 Officialis, qui ignorauit delictum, in syndicatu excusatur.
7 Scientia in factis domesticorum & suorum officialium præsumitur.
Valet statutum, quòd ignorantia non possit allegari.
9 Correctores indagare tenentur factum suorum officialium: & in hoc ignorantia iuris non toleratur.
10 Excusatio nō potest esse pastoris, si lupus oues comedit, & pastor nescit: cùm teneatur inquirere, & curam de ouibus suis habere.
11 Facta nobilium personarum præsumuntur nota aliis.
12 Prælatus quantūcunque bonus, & sanctus, in se potest grauari, & deprimi ex subditorum excessibus, quos negligēter omisit incorrectos.
13 Idem est in patre negligente corrigere excessus filiorum.
14 Iudices & rectores dissimulantes ea, quæ prauè geruntur ab officialibus suis, puniuntur. Et idem est in aliis officialibus.

t **No lo supierō.** t Nota tex. q̄ quis ex ignorantia te
1 netur. † de isto tex. dixi latè suprà in gl. ni cōsentir lleuar. ver. sed tex. nolter dicit, vbi, vsq; in fi. ▽ Sed Paris de Pute. vult contrarium in. d. tracta. syndi. in parte, rectores. fo. 116. nu. 2. vbi ait, quòd extortum à familiaribus potestatis non præsumitur extortum cum eius scientia. vt in. c. cùm ad sedem. de restitu. spolia. Bald. in. l. ad inuidiā. C. q̄ metus caus. nisi esset coniectura veri similis ad propositum, putà, quòd cōmoditas, quæ prouenit ex tali, peruenit ad potestatem. Et ideo dicit Hostien. q̄ dominus etiam ecclesiasticus tenetur de violentia per homines suos illata. Quod dicit verum secundùm Iohā. And. quando res, in qua est violentia cōmissa, peruenisset ad dominum, vel quando dominus mandasset, vel ratum habuit. Et idem si fuissent positi ad custodiam illius territorij. Ideo dominus agri tenetur de violentia in eo illata, si sciuit, & potuit prouidere, & nō fecit. vt dictus Paris de Puteo, vbi suprà. Sed in text. nostro contrariū cauetur, & credo q̄ sit speciale in nostro casu: quia prætores debent scire ea, quæ officiales sui
2 faciunt: quia disposita in sciente, † habēt locum in scire debentē. †

no lo supicrō. Y no vt Bald. in cap. 1. §. vasallus. in titu. si de feud. fuerit cōtrouersi. inter domi. & agna. nume. 1. per text. in. l. quod te. ff. si cert. petatur. & in. l. pe. C. de pericul. tuto. vbi quoque tenet,
3 quòd aliquando † quis dicitur scire per vehemētem opinionem consonantem substantiæ veritatis. l. cùm quidam. §. quod dicitur. ff. de acquir. hæredita. ▽ Quæ vehemens opinio ex immediatis indiciis nascitur. vt doctores in. l. dolum ex insidiis. C. de dolo. & l. milites. §. oportet. C. de quæsti. & in talibus delictis & similib⁹, quia
4 est † ignorantia crassa & supina, non excusat. vt in. l. nec supina. ff. de iuri. & facti igno. & in. l. 1. ff. de abigeis. & Bald. in. l. error. C. de iuri. & facti igno. 2. col. nu. 7. & Dy. in. l. 1. §. certè. ff. de vē tre inspi. & l. de ætate. §. fina. ff. de interroga. actio. l. quid si fugitiuus. §. apud Iabeo. ff. de ædilitio edicto. & Bart. in. l. fi. ff. si quis testa. liber. ▽ Contra hoc facit, quod tenet Innocen. in cap. nouerit. de senten. excōmu. in fine. vbi tenet, q̄
5 ignorans † non peccat. vt in. l. 2. C. ne sacr. baptist. reite. & ff. de pœnis. l. vlti. & l. 1. C. de sicariis. ▽ Et facit illud, quod tenet Bart. in. l. quicunque. C. de serui. fugi. in fine. vbi ait, † quòd
6 officialis, qui ignorauit delictū, in syndicatu excusatur. Tamen dictū Bart. licet in se sit verum, cum intelligo, quando contra ignorantem de iure contrarium non sit dispositum, vt in isto tex.
7 quia præsumitur scientia † in factis domesticorum, & consanguineorum. vt tenet Bald. in. d. l. quicunque. 1. col. num. 3. & dixi suprà in glo. ni consentira. num. 14. licet dicat, quòd sæpe contrarium euenit. nam nescit seruus quod facit dominus suus. vt in. l. eius qui in prouincia. in fine. ff. si cert. peta. & nescit soror quid ordinauerit frater. vt in. l. quoniam sororem. C. de iure delibe. & nesciunt absentes, quid faciant præsentes. vt in. l. fin. de decret. ab ordi. fac. ▽ Et sic per istum text, & per supradicta probatur, quòd valet statutum, quòd ignorantia non possit allegari. & idem tenet Bal. in. l. 1. ff. de legibus. nu. 6. & Bar. in. l. diuus. in prin. ff. de falsi. de materia per Alexan. saltem remissiuè in. l. de pupillo. §. nuntiationem. ff. de noui ope. nunti. nume. 15. vbi dicit hoc verum, nisi allegaretur ignorantia iusta, vel nisi offerretur probatio in continenti. vt in. l. statutus.

tus. C. de his qui sibi ascrib. & vide Abb. in. c. ad falsariorũ. de crimi. fal. nu. 1. &. 7. & ibi Iohã.
8 de Anania nume. 1. ¶ Nec obstat dictũ † Innocen. in. d. c. nouerit. quia ipse dicit ibi, quòd licet ignorans nõ peccet, tamẽ punitur, qui ignoranter peccat. Et ideo mitius agitur cum ignorãtibus ius positiuũ. vt in. l. 2. C. de in ius vocan. quàm cùm ignorantibus ius naturale. vt Inno. in cap. cum illorum. de senten. excõmu. per tex. in. c. gaudemus. de diuorti. ¶ Et quia isti Correctores non possunt allegare ignorãtiam. vt in l. quod vulgo. ff. pro empto. & text. in. l. fina. & ibi Bart. ad hoc notat. ff. pro suo. vbi in facto alie no tolerabilis est ignorantia: quia tales Correcto
9 res tenentur indagare † factũ alienum, & sic suorum officialium: quia in hoc non toleratur ignorantia iuris in facto alieno. vt tenet Ias. in. l. si res obligata. ff. de legatis primo. col. pe. num. 36. vbi ait, q̃ quando quis tenetur indagare factum alienum ratione officij sui, tũc præsumitur illud scire, nec toleratur ignorantia. text. dicit esse notabi. in cap. innotuit. circa finẽ. in verbo, nec probare cogimus ignorantiã. de electio. iuncta glo. & ibi notat Abb. 3. col. & ad idem est tex. in. c. quanuis. & ibi Abb. de regu. iur. vbi dicit text.
10 q̃ non potest esse pastoris † excusatio, si lupus oues comedit, & pastor nescit, cùm teneatur inquirere, & habere curam de ouibus suis. & idẽ notat Domi. in. c. vt circa. in verbo, super huiusmodi. de elec. in. 6. & est glos. ibi. & idem Domi. in. c. 2. in verbo, sciẽter. de tẽpor. ordi. lib. 6. & Abb. in. c. fina. de confessio. vlti. col. & in cõsili. 180. quod incipit, in. q. quæ ad præsens vtitur. quia potestas debet velle certiorari qualiter in officio sui Comites & officiales se habeant, aliàs ipse tenetur, cùm eos in officio præposuerit: licet eos exhibendo liberetur, maximè si ei possit imputari culpa in nõ eligendo idoneos. tenet Iohã. de Plate. in. l. cùm ad quamlibet. C. de conditis in public. horreis. lib. 10. in fine.
11 Et facit † quod tenet Ias. vbi suprà, nu. 37. vbi dicit, q̃ fallit in factis nobiliũ personarum, quia ista præsumũtur nota aliis: vnde de facili nõ admittitur allegatio ignorãtiæ. vt in. c. tuam. & ibi Abb. de ordi. cogni. in primo notabil. & facit quod vult glo. notabi. in. l. si tutor petitus. C. de pericu. tuto. ¶ Sed sic est, q̃ officium iudicis est nobile. vt in. c. 2. de offi. iud. & ibi Abb. & doct. & Specula. eod. titu. §. 1. & Azo. in summa eod. titu. Ergo iudex, qui exercet iurisdictionem, & sic factum nobilium personarum, Imò exercet factum regale, debet scire factum suorum officialium, qui exercẽt eandem iurisdictionẽ, & ignorantia eos nõ excusat. ¶ Ad idem facit, quod tenet Abb. in. c. licet Hely. de simoni. nu. 2. vbi di
12 cit, † q̃ prælatus quantuncũq; bonus & sanctus in se, potest grauari, & deprimi ex subditorum excessibus, quos negligẽter omisit incorrectos. ipse enim videtur eos occidere non corripiẽdo. vt in cap. ephesis. 43. distin. &. c. irrefragabili. de offi. ordi. & ideo prælatura non est modicũ onus: cùm nec dum sibi, sed etiam aliis oportet quòd sit bonus. vt in. c. episcopatũ. 8. quæst. 1. & prælatus quandoq; ex hoc punitur, non solùm ẽternaliter in alio seculo, sed etiam in isto morte violenta, & temporali. Ex quo infertur, quòd propter peccatum citius quãdoq; quis moritur, nec complet dies suos. Iuxta illud Psalmist. Viri sanguinum non dimidiabũtur dies suos. glo. in. c. episcopi. 11. quæst. 3. ¶ Et idem, quod dictũ
13 est in prælato, dicit idem esse in patre † negligẽte corripere excessus filiorum suorum. tenetur enim ad hoc. c. ad duo ista nomina. 23. quæst. 4. & in. §. necessitate. 47. dist. & cap. nõ putes. 24. quæst. 5. ¶ Et facit quod tenet Iohan. de Plate. in. l. placet. C. de excusa. mune. lib. 10. in fine.
14 vbi ait, quòd iudices, † & rectores dissimulantes ea quæ prauè geruntur ab officialibus suis, puniuntur. vt in. l. præcepit. C. de cano. largitio. lib. 10. & ibi quoque dictus Plate. est enim quidam tacitus consensus negligendo inductus, q̃ minus punitur, quàm faciens. secundũ Plat. ibi. in. d. l. placet. quem vide in. 3. & fi. notabi. Et facit in simili quod tenet Iohã. de Pla. in. l. omnes iudices. C. de delatori. lib. 10. & Bar. in. l. vnica. C. public. læti. lib. 12. vbi dicũt, q̃ officiales, qui maleficia dissimulatione nõ puniunt, sunt acriter puniendi. Et ad idem facit, quod tenet idem Plate. in. l. 1. C. de fundi. & salti. lib. 11. vbi per illum text. dicit, quòd facit ille tex. contra capra rios, & saltuarios, siue custodes agrorum consti tutos à cõmunitatibus, qui videntes alienas bestias damnum dantes, recepto pretio, denuntia re, vel accusare omittunt, quia sunt grauiter puniẽdi. Et Plate. in. l. 1. C. de desertori. mili. lib. 12. nume. 3. ait, quòd eadem pœna imponitur magistratui, & eius officialibus, qui pœnas per leges statutas gratia, vel dissimulatione pertranseunt. Et nimirũ: quia si iudex repertum non vindicat facinus, tegere vt conscius criminosa festinat. vt text. in. l. 2. C. de cõmer. & mer. lib. 11. vt per Plate. in. d. l. 1.

Summarium.

1 Iudex curiæ regis, siue alius ordinarius, vel delegatus, seu iudex appellationis, dona aliqua à litigan-

à litigantibus, vel eorũ nomine nullatenus exigant, seu recipiant, aliàs puniuntur.

2 Munus est triplex.

3 Dona etiam à sponte dantibus non tenetur iudex recipere.

4 Iudex debet seruare præ aliis manus mundas Deo, regi, & legi.

5 Iudex qui dona recipit, tãquã infamis, & periurus eiiciatur à curia, & amplius nõ sit prætor, nec habeat officium, nec honorẽ in domo regis.

6 Munera excęcant lumina sapientium, & mutãt verba iustorum. nume. 11.

7 Iudex magis æstimabitur, si dona non recipit, licet de iure recipere possit.

8 Officiali, qui mundas habuit manus, multùm fauet imperaror.

9 Inquisitio scrupulosa nõ debet fieri cõtra iudicem, qui habuit manus mundas, & de barateria non diffamatur.

10 Munus paruum, an possit iudex recipere.

12 Munus paruum, vel magnum, attenditur secundùm qualitatem & conditionem dantis.

13 Munera magna, vel minima quæ dicantur, arbitrio iudicis relinquitur.

14 Officialis recipiens mutuò pecuniam, an committat barateriam.

15 Dona an possit iudex recipere finito officio.

16 Probatio sufficiens contra iudicem recipientem munera, quæ sit.

17 Fuga iudicis tempore syndicatus, facit semiplenam probationem, adeò ꝙ de furtis, & barateriis, & extorsionibus probãtur per iuramentũ eorum, qui de eis conqueruntur.

18 Talis fuga reddit suspectũ iudicẽ, adeò, ꝙ possit cõtra eum peruenìri ad torturam.

19 Fuga officialis, facit eũ haberi pro cõfesso, & cõuicto in oĩb⁹ his, in quib⁹ erat inculpatus. nu. 21

20 Fugere faciens quem de carceribus, tenetur integrè soluere omne debitum creditoribus, etiã si talis debitor denuò apprehendatur, & ad carcerem reducatur. (tione.

21 Officialis ex fuga põt cõdẽnari sine alia proba

22 Contra officialem fugientẽ ratione nõ reddita, creditur sacramẽto agẽtis, nisi fuisset reductus, etiam inuitus ad locum vnde fugit. nu. 23.

24 Cas⁹, in quib⁹ licet officiali fugere tpe syndicat⁹.

25 Fugere nõ debet officialis tempore syndicatus, etiam ad ecclesiam.

26 Successor in officio si viderit vel sciuerit officialem depositum recedere, & non prouidit eum tenere, in syndicatu ipse tenetur.

27 Probationes cõtra officialẽ debent esse claræ, & euidẽtes, si à syndicatu nõ fugit: ideo sacramẽtũ in supplemẽtũ probatiõnis deferri nõ potest.

28 Testes plures singulares deponentes per se de furtis, & barateriis, & extorsionibus, an probent contra iudicem.

Quid sit furtum, & barateria in casu isto.

recibirã dadiuas, v Dadiuas v

Similis textus in. l. 7. titu. 15. lib. 2. in ordina. regali. vbi habetur,

1 quòd iudex † curiæ Regis, seu quiuis alius ordinarius, vel etiam delegatus ciuitatum, vel locorum, vel iudex appellationis, seu supplicationis dona aliqua, aurum, argentum, pecunias, pãnos, beluas, comestibilia, seu alia quæcunque à litigantibus, vel eorum nomine nullatenus exigant, seu accipiant: iudex verò contrarium faciens, officium perdat, & alius, vel alterius officij penitus fiat indignus: & quod accepit, cum duplo restituat regis camerę: insuper arbitrariè, aliàs per regem puniatur secundùm doni, quod recepit, quantitatem. qui text. est singula. Concordat cum eo text. in. l. omnes cognitores. C. ad. l. Iuli. repet. & in authen. de manda. princi. §. oportet. colla. 3. l. plebiscitum. ff. de offi. præsi. & cap. statutum. de rescrip. in. 6. §. insuper.

2 vbi glossa dicit, quòd triplex est munus, † à manu, à lingua, & ab obsequio: & ab istis debet iudex se abstinere. vt glossa & docto. in cap. cùm ab homi. de vita & honesta. clericorum. & in. c. & si quæstiones. de simo. & Speculato. in titu. de legato. §. 1. versicu. sed quid si. & Barto. in. l. lex Iulia. §. 1. ff. ad. l. Iuliã repet. & notatur in authenti. de iureiuran. quod præsta. ab his. in glo. ∇ Tamen Rex potest dare licentiam iudicib⁹, vt ista dona recipere possint. tenet Rebuffus Castel. in tracta. de imperatore. quęstio. 11. versi. 198. foli. 74. tomo. 5. tracta. ∇ Quod extende,

3 quòd etiam † à sponte dantibus ista dona non tenetur recipere. vt tenet Paris de Pute. in tractatu syndicat. in parte, consiliarij. folio. 194. in princip. vbi latè de ista materia. ∇ Quia oportet iudicẽ sine omni † suffragio præ aliis omnibus mũdas seruare manus Deo, Regi, & legi, & nullum contingere lucrum, & cætera. vt in authenti. de mandatis princip. §. oportet. colla. 3.

5 ∇ Aliàs iudex, † qui dona recipit, tanquam infamis, & periurus eiiciatur à curia, & amplius non sit prætor, nec habeat officium, nec honorem in domo Regis. vt Montaluus in. l. 2. titu. septimo. libro. 1. foro legum. in glos. fina. & legitur. Iob. cap. 8. Ignis deuorauit tabernacula eorum, qui libenter munera recipiunt. vt refert Archi. in. capi. quis rectè. 11. q. 3. & tenet Lucas

de

de Pen.in.l. ad splendidioris. C.de diuersis offi. lib.12.allegando Iob.c.15. ☞ Et vide Paridem de Pute.in suo tracta.syndi.in parte, consiliarij officiales.fol.194. in libro portat.nu.2. vbi quoque ait,q̃ periculosum est illa à litigantibus reci pere:quia non dant cum charitate,sed per corruptionem: & qui dant iudici vnã gallinam, dant cum intentione,vt habeant ab eo bouem: & dicunt rustici, quòd encænium intrat per portam iudicis,& diabolus exit per fenestram. Et satis lege antiqua prohibentur munera,vbi dicitur,q̃
6 munera† excæcant lumina sapientium, & mutant verba iustorum. Et licet modica sint,rustici solent dicere, Ego portaui ei vnam gallinam, & feci quicquid volui: & ideo incurritur infamia,& non sunt recipienda. Quia qui dat,putat polluere mentem iudicis, qui mundas debet habere manus. vt in authen. vt iudi.sine quoquo suffragio.§.necessitatẽ.&.§.illud.colla.2. & ma-
7 gis iudex † æstimabitur,si nõ recipiet dona,licet de iure recipere possit. Ergo, dicit dict.Par. de Put.à muneribus cauete,&præcauete,&esto te contenti stipendiis vestris:quia virtus augebitur, & iustitia munda erit. Nam imperator
8 †multùm fauet officiali,qui manus mundas habuit.vt in.d.§. necessitatem.&. §.illud. vbi pollicetur præmium alterius officij. ☞ Quod habet locum in consiliariis alicuius principis capitanei,vel iudicis,vel Admirãti. vt singular. Bald. latè in consilio.503. in.4. volumi. ☞ Et vide tu quoque dictum Pari.de Pute.in.d.tracta.in parte,syndicatur iudex.foli.35. vbi etiam dicit allegando Ambro. quòd munera à iudicibus affectari, insidere miserrimus animus consueuit. Et facit text. in. l. properandũ.§.sint autem vtraque. C. de iudic.& qui aurũ diligit,nõ iustificabitur. Ecclesiastes.31.per totũ. Hodie verò secũdùm dictũ Pari.de Pute.vbi suprà in regno cupiditas satis abundat: ibi quidem imperat aurũ, iudicat argẽtum,remouet passio, promouet affectio,silent Leges & Canones,ratio & æquitas proscribuntur:& ibi nullus quantum mereatur, sed omnis quantum dare sufficiat æstimatur:ibi omne tribunal principis expugnatur: ibi nulla integritas,nulla fides: ibi ad iustitiã reddendam non iustus Deo quæritur,sed magis contra Deũ p cunię venerantur:vnde iudices magis potentibus,quàm iustitiam postulãtibus deferunt. vt in dict.authen.vt iudi.sine quoquo suffra.§.si ve-
9 rò. ☞ Et contra iudicem,qui in officio † habuit manus mundas,& non diffamatur de corruptione.vel barateria, nõ debet fieri scrupulosa inquisitio.vt tenet Angel.in.d.authẽ.vt iudi.sine quo quo suffragio. §.oportet.col. 3. & Paris de Put. in dicto tracta.in parte,per syndicatores.in principi.folio. 18. ☞ Sed quid si munus est paruum?
10 † Domi. in dict.cap.statutum. §. insuper. 1. col. dicit,quòd ex paruo munere, quod consistit in comestibilibus,non præsumitur iudex corrumpi in iustitia administranda.vt in.d.cap.si quæstiones.de simoni.& sic videtur,quòd possit recipere poculẽtum, & esculentũ, quod est illud, quod est potabile,&comestibile,& quòd possit cõsumi paucis diebus. vt dicit ibi text.& Iohã. Andre. & Domi.& talia minima potest recipere,vt vnum par gallinarum,vt glo.in.l.9.titu.7. lib.1. foro legum. ☞ Sed hoc intelligitur hodie, & declaratur per text.in.l.30. eod.titul.15. lib.2. in dict.ordi. regali. post latam sententiam: quia tunc potest iudex recipere minima comestibilia, & potabilia in parua quantitate à sponte dantibus:quia nõ gratis accipitur munus, quod petenti donatur: qui enim donat, alium sibi naturaliter obligat,vt glo. in.d. cap. & si quæstiones. aliàs si post latam sentẽtiam petit ea,vel ante recipit per se, vel per alios,directè,vel indirectè,incidit in illam pœnam,licet recipiat minima. Secus post sententiam ex mera liberalitate, quæ liberalitas offerentis omnem suspicionem tollit. vt in cap.de eulogiis.18. distin. &. c.placuit.prima.q.1. cum similibus.Et per.d.l.Regiã corrigitur illud,quod tenet Hippoly.de Marsi. referendo plures docto.in.l. lege Cornelia. ff.ad l.Corne. de Sica. nu.4. vbi ait,quòd si post latã sentẽtiam iudici sit data pecuuia, tunc valet sententia,nec dicitur venalis,nec iudex potest conueniri de barateria. vt Feli.in cap.tua nos.de simoni. & corrigitur inquantum tenet, quòd iudex non potest puniri, quia punitur: quia talia
11 encænia† & dona,excæcant oculos iudicũ,maximè cardinalium.vt Host.in.d.c.& si quæstiones. ☞ Sed ad hoc,vt.d.l. ordinamenti habeat locum,credo,quòd debeant considerari circustantiæ, & qualitates personarum dantium, & recipientium. Nam à diuite locupleti facilius præsumitur libera donatio,quàm si fit diuiti à paupere. Item consideratur quantitas muneris:nam de facili quis non præsumitur cõferre liberè ea, quæ sunt maximi pretij: quia nemo præsumitur iactare suum. vt in cap. super hoc. de renuntia. l. cùm de in debito. ff. de proba. & Abb.in dict.cap. & si quæstiones.num.3. ☞ Et sic quòd d.l. Regia. intelligatur in diuite dante, non autem in paupere. Et sic,quòd quando dicatur mu-
12 nus paruum † vel modicum, seu magnum, est attendẽda qualitas,& conditio personæ dantis.

vt

vt est glossa in l. illicitas. §. nec potentiores. ff. de offi. præsi. vt tenet Antoni. Fran. in additio. ad Alexand. in rubri. ff. solut. matrimo. allegando Roma. in. l. si constante. ff. eodem. ☞ Sed contra dict. l. Regiam est text. in. l. prima. C. ad l. Iuli. repet. & in. l. 3. C. de assesso. & in dicta authenti. vt iudi. sine quoquo suffra. §. si quis. & text. in cap. exigit. de censi. lib. 6. vbi nil debet capi ab administratore, seu à iudice quantũcunque modicum. ☞ Sed solue secundùm Abb. ibi, in dicto cap. & si quæstiones. nume. 8. quòd contraria procedunt in exigente. &. d. l. Regia in ponte dante. vbi quoque tenet Abb. quod
13 ista minima † comestibilia, & potabilia, quando dicantur magna, vel parua, non potest dari certa doctrina, sed arbitrio iudicis relinquũtur.
14 ☞ Sed quid si officialis † recepit pecuniam mutuò? Dic quòd punitur, quia in eo præsumitur barateria. vt tenet Bald. in. l. 1. C. de calumnia. dicens idem esse in aliis rebus: quia appellatione pecuniæ, continetur vtilitas. & idem esse, si à fœneratore gratis recipit. vt tenet Pari. de Pute. in dict. tracta. syndica. in parte, an si tempore. foli. 93. nume. 3. ☞ Omnia supradicta intellige,
15 dum iudex est in officio. Sed an finito † officio possit iudex recipere aliquid sibi sponte oblatum, mera liberalitate partis, pro qua fuit lata sententia? Domi. de sancto gemi. in dict. cap. statutum. §. insuper. col. 2. dicit quòd putat, quòd cessante fraude licitè recipiat, quia causa prohibitionis huius iuris tunc cessat, quæ fuit, vt iudicium purè & sine corruptione iudicis procedat: vnde cessante causa corruptionis, ex quo pronuntiatum est, debet cessare dispositio istius. l. vt in. c. cùm cessante. de appella. & dicit, quòd innuit dict. §. insuper. qui dicit, qualitercunque, ad excludendum quẽcunque modum munerum: sed non dixit, quomodocunque, & sic videtur voluisse includere solùm tempus, quo durat iudiciũ. Et pro hoc dicit quòd facit quod notat glos. in verbo, remissione. in. §. si quid illius. c. statutum. & idem tenet iste text. infrà inquantum dicit, durante el tiempo de su officio. & ibi dicã. ☞ Sed vtile est scire, quæ est probatio sufficiens
16 † contra dictos iudices dicta munera recipientes. glo. in authen. vt iudices sine quoquo suffragi. §. necessitatem. colla. 2. tenet, quòd furtum, & barateria contra officialem probatur per iura
† mentum aduersarij. eam commẽdat Bald. in sua margarita. in verbo, officialis. & probat text. singula. in authen. de collato. §. super hoc. versicu. si verò. collatio. 9. & ibi Angel. ☞ Sed ille text. non obstat: quia loquitur in iudice, qui aufugit tempore syndicatus anteaquam adimpleat tem-
17 pus residentiæ: quia talis fuga † adeò facit semi plenam probationẽ, seu præsumptionem, quòd de furtis, & barateriis, seu extorsionib⁹ per eum factis, probatur per iuramentũ eorum, qui conquerũtur de eis, qui aliàs si non fugissent deberent plenè probari per testes. vt tenet Iaf. in repeti. l. admonẽdi. ff. de iureiura. col. 69. nu. 145.
18 eo quia officialis per talem fugam redditur † suspectus, adeò, quòd possit ad torturã peruenirí. quod Iaf. dicit diligenter notandum. Et eum vide in. l. vnica. C. vt omnes iudi. tam ciuil. quàm
19 crimin. num. 3. vbi dicit, quòd officialis † tempore syndicatus habetur pro conuicto, & pro confesso in omnibus his, in quibus erat inculpatus. vt est text. & ibi Barto. qui dicit esse singu. in. l. consilia. C. de assesso. & domestico. & in. l. lege Cornelia. & Barto. ibi. ff. ad Sillania. ☞ Sed Iaf. vbi suprà dicit aduertendũ: quia Bar. non bene aduertit ad illum text. qui reuera non loquitur quantum ad ipsum officialem fugientem, sed loquitur de subtrahente, & faciente fugere ipsum officialẽ. prout etiam loquitur text. in. l. tertia. C. de exactori. tribu. lib. 10. & ita dicit, & melius Salyce. in. l. bonæ fidei. col. 10. de iureiur. C. prout eum refert & sequitur Ludo. Roma. & dicit Iaf. esse valde notandum. text. in dicta. l. 3. suprà allega. secundùm secundam expositionem glos. quòd si facit quis aliquem fu-†
20 gere † de carceribus, tenetur integrè soluere omne debitum creditoribus, qui fecerant illum incarcerari. prout concordat. d. l. consiliariorũ. C. de assesso. & Bald. in. l. aditos. C. de episco. audi. & Angel. de Aretio in. §. pœnales. Institu. de actio. & docto. in. l. 1. & in. l. sed exigendi. ff. ne quis eum qui in ius voc. ☞ Et dicta. l. tertia, est fortior in hoc, quòd etiam si talis debitor denuo apprehendatur, & reducatur ad carceres, per hoc adhuc non liberatur ille, qui semel eum fecit fugere, quin teneatur pro eo totũ debitum soluere. & ita illum text. pro singul. commẽ. Salyce. in dict. l. bonæ fidei. col. 10. & Roma. in. d. l. admonendi. col. 25. in fine. dicens, quòd ille text. est mirabilis. De hoc, quia non est præsentis materiæ, dicam in cap. 3. infrà eod. in glossa, en fauor de su iurisdicion. ☞ Vide tu
21 Abb. † in capi. veritatis. de dolo & contuma. col. 7. nume. 30. vbi dicit, quòd ex tali fuga potest officialis condẽnari sine alia probatione. & idem tenet Antoni. Fran. in additio. ad Abb. in cap. aduersus. de immunita. eccle. in additione, quæ est in nume. 14. Et Angel. in. l. quæsitum. ff. de pigno. tenet, quòd officialis fugiens tem-

pore syndicatus, habetur pro confesso, & talis fuga facit semiplenam probationē. Et idem tenet Paris de Put. vbi quoque dicit, quòd perdit salarium. in. d. tracta. syndi. versi. dicitur. foli. 27. nu. 5. & latius in parte, an officialis aufugit. foli. 123. vbi facit distinctionē, aut fugit ante finitā administrationem, aut post, & si fuit captus aut non. vbi in fine tenet vnum singula. allegando Lucam de Pen. in. l. ordinariorum. C. de cohar. lib.
22 12. quòd si officialis † fugerat, non reddita ratione, quòd creditur contra eum sacramento agētis, quia fuga eo casu violentiæ comparatur. Et facit text. & ibi Bart. & Plate. in. l. si apparitor. C. de cohartali. lib. 12. vbi si officialis criminosus fugit, & se absentauit. est citādus, adiecta cōditione, quòd nisi infrà talem diem venerit, contra eum feretur sententia: quo non veniente, condēnari potest, quantuncunq; etiam lis non fuerit contestata, & sic absens, potest condēnari ad mortem, attenta qualitate delicti. vt notat Barto. in. l. pe. §. ad crimen. ff. de publicis iudic. quia vt dictum est, habetur pro confesso delicto, de quo impetitur, tam ipse, quàm cum subtrahēs, & occultans. vt in dicta. l. consiliariorum. dummodo in tali edicto, vel citatione dicatur, quòd nisi venerit infrà talem terminum in citatione appositum, contra eum feretur sententia: nam tunc eo non veniente, condemnari poterit. Et non sufficit, si dicatur in citatione, aliàs procedemus cōtra te quantum de iure poterimus, vel prout iuris fuerit, vel iustitia mediāte: quia tunc non poterit fieri sententia contra eum: quia ista verba non habent vim perēptorij termini secundùm Iohan. de Platea, ibi. ☞ Quod limita, nisi offi-
23 cialis postquam aufugit, etiam † inuitus fuisset reductus ad locum vnde fugit, quia tunc sua fuga non facit amplius plenam probationem, sed debet plenè probari. vt tenet Iaso. in dicta l. admonendi. in dicta colum. 69. nume. 145. & idem tenet Hippolytus de Marsil. in sua practica crimina. §. diligenter. nume. 45. & idem in repeti. C. de probatio. num. 260. ☞ Et tamen ad-
24 uertendum, † q̄ in vno casu est officiali licitum fugere dum est in syndicatu, & talis fuga non facit probationem contra eum, putà, quando ipse officialis fugit aliqua ex causa, putà timore partialitatis contrariæ, vel capitalis inimicitiæ, vt quia minati fuerant officiali, q̄ depositō officio, ipsum malè tractarent, quia tunc fuga nullam contra eum probationem faceret. vt in. l. quid si fugitiuus. §. apud Iabeonem. ff. de ædilitio edicto. & tenet Amodeus Iusti. in tractatu syndicatus. in parte, Item in eo quòd dictus potestas. versiculo tertio. ☞ Vel etiam quando recessit animo reuertendi, & reuersus fuisset. argumen. in. l. tertia. cum glossa. §. emansor. ff. de re militari. & tenet Baldus in. l. prima. C. de seruis fugitiuis. & tenet Andreas de Isernia, in constitution. regni humanitatis. Et hac de causa consulit Paris de Puteo in dicto tractatu, in parte, an iudex vel officialis. fol. 124. in libro portat. nume. 3. & 4. officialibus, qui suspicantur de grauaminibus in eorum syndicatu, & vidēt electos syndicatores eorum æmulos, & timent opprimi iniustè, vt constituto procuratore, recedant, appellantes, vel se grauantes, & de iniusta electione syndicatorum, vel de loco non tuto, vel alio grauamine inferendo, accedant ad magnam curiā, idest, ad cōsilium regis, & ibi se præsentent, offerendo velle stare ad syndicatum coram ipsis, & recessit propter locum non tutum, allegādo iustas suspiciones, quia excusatur à fuga, & recessu: quia qui vadit ad superiorem, non dicitur fugere. & Speculatō. in titul. de compe. iud. adi. §. effectus. in princip. & quia itineris arreptio ad superiorē loco appellationis habetur, secundùm Hosti. vt in cap. vt debitus. de appella. de quo Bald. dicit esse text. in. l. sed si per prætorem. §. fina. ff. qui. ex cauſ. maior. secundùm eum ibi. & Bartolus vbi de arreptione itineris ad superiorem, per quam quis videtur se submittere protectioni ipsius. ☞ Et ideo illi officiales, qui in ciuitatibus officia exercuerunt, vbi dominatur aliquis potens Ciuis, vel Baro, qui vult iustitiam ministrari ad suum velle, qui fecerunt iustitiam rectam, & noluerunt applaudere voluntati tyranni, & suos sequaces pœnis afflixerunt, si iustè timeant depositō officio personaliter offendi, possunt impunè recedere: & etiam qui delinquentes suspenderūt, & timent iram consanguineorum potentum, si de ciuitate recesserunt, sunt de iustitia ministrata collaudandi, & non puniendi ratione recessus, per iura supradicta secundùm Paridem de Puteo, vbi suprà, quod nota. Vel si fugit timore iudicis syndicatus, quia pluries dixit, quòd volebat eum suspendere, vel verberare. vt dicam in capitulo quarto, infrà eodem, in glos. entreguen. numero decimoseptimo, cum sequētibus. ☞ Quia officialis nisi in supradictis casibus non tenetur fugere tempore syndicatus:
25 & etiam si aufugiat † dicto tempore ad ecclesiam, non gaudet immunitate. vt tenet dictus Paris de Puteo. in dicto tractatu in parte, viso. folio, trigesimo secundo, numero sexto, & septimo. ☞ Et idem Paris de Puteo, in dicto tracta.

in parte,

in parte, probatio in syndicatu. folio. 216. in fin. Quoque tenet vnũ singula. scilicet, quòd si successor † in officio videret officialem depositum recedere, vel sciuerit, & non prouidit eum tenere in syndicatu, quòd ipse de proprio tenetur pro eo, & simili pœna punitur, qua ipse veniebat puniendus. vt in. d. l. vnica. §. similique. C. vt omnes iudi. tam ciui. quàm crimina. & si aufugit, ad literas præsidis: vn de aufugit, debet remitti, vt primi officij pastum digerat, & sic rationem reddat. vt tenet text. & ibi Plate. in. l. 1. C. de diuersis offic. appa. lib. 12. ☞ Si tempore syndicatus non fugit probationes † contra iudicem debent esse claræ, & euidentes, quia multùm pro eis præsumitur. tex. est multum notabil. in. l. si quis. C. de officio ciuil. iudi. Ita in specie tenet Bald. in. l. obseruare. §. proficisci. q. 10. ff. de offici. proconsul. & leg. & ideo sacramentum in supplementum probationis in isto casu deferri non potest, nec debet. vt tenet Ias. in dicta. l. vnica. C. vt omnes iudi. nume. 7. & idem tenet Amode. Iusti. in tracta. syndica. in parte, Item in eo quod dictus. col. 2. versicu. qualiter. vbi tenet quòd si de barateria agitur criminaliter ad pœnam triplici, vel exilij, probationes debent esse luce meridiana clariores. vt in. l. fina. C. de probatio. & in cap. per tuas. & in. c. ad aures. de simoni. & text. in. §. hæc quidem. in authenti. vt liti. iudi. vbi tenet, quòd requirun tur probationes idoneæ. Sed si agitur ciuiliter, potest probari per eum, qui fuit mediator, sicut est in simonia. & idem tenet Cataldi. in tracta. syndica. quæstio. 64. Et idem tenet Amodeus Iusti. in parte, supradictus dominus potestas. versicu. negata dicta inquisitione. vbi latè. Sed contrarium tenet Bald. in consilio. 479. in quarto volu. vbi ait, q̃ ille, qui dedit iudici aliquid, vel promisit, non potest testificari cõtra ipsum: quia vni testi in criminali nõ creditur. ff. de quæstio. l. maritus. ☞ Tamen glo. in. d. §. necessitatẽ. in. d. authen. vt iudi. sine quoquo suffrag. colla. 2. in verbo, ostenditur. tenet, quòd plures † testes singulares deponentes de per se de furtis, barateriis, & extorsionibus probãt contra iudicem. & ad hoc cõmẽ. illam glo. Angel. in additio. ad Bald. in dicta. l. obseruare. §. proficisci. ff. de offi. proconsu. Et cum ista glo. concordat text. in + l. 8. titul. 15. lib. 2. in ordina. regali. loquendo quomodo fit probatio contra iudicem, qui munera recepit. & ibi tenet, quòd per testes singulares cum aliis adminiculis & circũstantiis probatur contra iudicem dicta munera recepisse. Quam. l. vide, & nota, quia sic vt in ea cauetur practicatur. Sed Iohã. de Platea in. l. iudices. C. de dignita. libro. 12. intelligit dictam glo. in dict. authen. vt iudi. sine quoquo suffragi. hoc modo, scilicet, quòd officialis dicitur conuictus de delicto, vt possit puniri, & priuari dignitate, & officio, quando per testes, vel alio modo legitimo delinquit extra officium. vt in. d. l. sciant cuncti. C. de probatio. Si autẽ delinquit in officio, tunc sufficit quandoque iuramentũ partis cum semi plena probatione. per. d. glo. in verbo, ostenditur. Quoque vide tu eundem Plate. vbi aliter dicit in. l. si aliquid. C. de suscep. & archa. lib. 10. vbi contra officialem probatur per testes, vel per solum sacramentum agentis, est verum, quando delinquens in officio aufugit, quia tunc habetur pro confesso, & ideo sufficit sacramentum. per dict. l. 3. C. de assesso. vel etiam quando est præsens, & certum est de delicto, sed dubiũ est de summa, vel quantitate, vel qualitate rei, aliàs autem requiritur plena probatio. & vi. Hippo. de Marsi. in consi. 61. nu. 33. vbi aliquid. Sed practica est, vt dixi, quod per testes singulares probatur. Quinimo voluit Angel. de Perusi. in tracta. syndi. nume. 3. &. 4. tomo. 18. tracta. foli. 41. quòd quando obiicitur iudici de furto, & barateria, probatur, vt dictũm est per iuramentum actoris, per dict. glo. in. d. §. necessitatem. Et quia verbum, furtum, in ista materia intelligitur pro extorsione violẽta. vt in. d. §. necessitatem. Item pro pecunia clam in nomine barateriæ accepta. ☞ Quia barateria secũdùm eundẽ Angel. est distrahere per pecuniã iustitiam, seu officiũ suum cũ pecunia permutare, vt in. l. omnes. & ibi Bar. ff. ad. l. Iuli. repe. ☞ Et baratus seu barateria quoque dicitur, quãdo partim emitur, & partim vẽditur, idest, quãdo datur res pro re, sed pro æquialentia additur pretiũ. Ita tenet Iohã. And. in c. ad nostram. de empti. & vendi. in nouella. & Fabianꝰ de mõte in tracta. de empti. & vẽdi. q. 2. nu. 30. tomo. 8. tracta. foli. 25.

Summarium.

1 Donum, & promissio, æquiparantur.
2 Iudex debet excutere manus ab omni munere, & sic à promissione.
3 Lex si quis argentum. C. de dona. quæ loquitur in donatione, non debet extendi ad pactũ de donando.
4 Aliud est donare, aliud est dicere donabo.
5 An ex promissione de vendendo compellatur quis vendere.
6 Gabella an debeatur de promissiõe de vẽdẽdo.

7 Promiſsio de nõ donãdo, vel meliorãdo valet.
8 Promiſsio,& ſolutio, æquiparantur.
9 Promiſsio ſola ſufficit in cauſa barateriæ, ſicut in crimine aſſaſsinatus.
10 Conſeruationem indẽnitatis iudex poteſt licitè recipere in his,quę facit licitè pro cõſeruatione ſui officij.nu.13.
11 Si quis dederit aliquid iudici,vel promiſerit vt habeat ſententiam,incidit in pœnam falſi.
12 Iudex, qui declarat votum ſuum parti facienti indẽnitatem anteaquam ſententiam proferat, pœna falſi tenetur.
14 Promiſsio iudici facta, vt proferat pro me ſententia,non valet.
15 Iudicium iuſtum non licet vendere.
16 Promiſsio indẽnitatis ſyndici vniuerſitatis facta,vt nõ denũtiet maleficia, quæ ſecundùm ſtatutum debet denuntiare,non valet.

x **Promeſſa.** [x]Similis text. in. l. 2. titu. 22 foro legum. lib. 1. in parte, o que le prometan. & ibi glo. tenet, quòd donũ,
1 † & promiſsio æquiparẽtur,cùm ſpe futuri doni promiſsione præcedente, iudex grauet partem. vt in authenti. nouo iure. C. de pœna iudi. qui malè iudi. & in cap. cùm eſſent. de ſimoni. licet dicatur,quòd ſi detur iudici aliquid occultum minimi valoris conſiderata perſona dantis & recipientis, etiam ſi grauet partem,non præſumitur propter hoc grauare. Quod intelligo per dict. l. Regiam poſt latam ſententiam, vt dixi in gloſ. ſuprà proxima. ☞ Tamen tutius eſt
2 ſecundùm eundem Montal. vt iudex † excutiat manꝰ ſuas ob omni munere,& ſic à tali promiſſione,quia dono ęquiparatur. ☞ Sed contra iſtũ text. tenet Alexand. in. l. iuriſgentium. ff. de pactis. col. 2. nume. 10. cum ſequentibus. vbi tenet,quòd quãdo aliquis promittit donare,iſtud non dicitur donatio,ſed pactum,ſiue promiſsio de donando,quæ ſunt diuerſa: ſicut aliud eſt vẽdere, & aliud facere promiſsionem de vendendo. vt in. l. bonæfidei. cum ibi nota. ff. de eo quod cert. loco, &. l. titius. cum gloſ. in verbo, diſtrahere. ff. de pignora. actione. & in cap. penulti. cum gloſſa. ibi de electio. in. 6. ☞ Et ideo
3 Alexan. vbi ſuprà dicit, quòd lex. ſi quis † argentum. C. de donatio. quæ eſt correctoria,cùm loquatur in donatione,nõ debet extendi ad pactum de donando: quia in correctoriis nõ fit extenſio ex indẽnitate rationis. Iuxta notata in authenti. quas actiones. C. de ſacroſanct. eccleſi. & ideo dixit Imol. in. l. in ædibus. ff. de donatio. quòd ſi dixi donabo tibi decem, ex iſtis verbis non oritur actio,ſeu conditio. d. l. ſi quis argentum. quia illa lex non loquitur in hoc caſu.
4 Et pro hoc dicit quòd facit, quòd aliud eſt † dare,aliud eſt dicere,donabo. nam dicẽdo donabo,videtur dicere promitto donare. vt per glo. in. c. in noua. 21. diſtin. quicquid dixerit gloſ. in. §. perficiuntur. in verbo, manifeſtauit. inſtitu. de donatio. quam ex prædictis reprehendit Imol. in. d. l. in ædibus. Et Salyc. in. l. 2. C. de conditio. ob cauſam. tenet eſſe verum,quòd. d. l. ſi quis argentum. non habet locũ in pacto de donãdo. & ibi latius per eum. & ita etiã tenet ipſe in. d. l. ſi quis argentum. §. fi. & Iohã. de Imol. in cap. qualiter. de pactis. licet Bart. in. l. fina. ff. de condi. ob cauſam. & Ange. in. d. l. ſi quis argentum. §. fi. videantur ſentire contrariũ. & ſupradicta eſt veritas in puncto iuris ſecũdùm Alexã. vbi ſuprà: quãuis magna ſit authoritas Barto. quod videtur eſſe contra diſpoſitionẽ iſtius tex. ☞ Sed adducta per Alex. nõ obſtãt: quia in iſto tex. expreſsè prohibetur ne promiſsionẽ recipiat de donãdo,& ſic lex prohibet expreſsè,& vetat. & contrariũ de iſto iure regio reperitur, & eſt ſeruandũ. vt Bal. in. l. cõuenticulã. C. de epiſco. & cler. & in. c. cum apoſtolica. de his quæ fiũt à præla. ſine conſen. capit. & docto. in cap. publicatio. de electio. nu. 6. ☞ Prout quoque dicimus de proui ſione de vẽdendo: quia licet nõ ſit venditio, nec
5 ex tali † promiſsione cõpellitur vendere, vt tenet Iaſ. in. §. ſupereſt. Inſtitu. de actio. 1. col. & Bald. ſingulariter in. l. penulti. C. cõmunia. de lega. & Philipp. Decius conſilio. 502. nu. 8. & additio. Bart. in. l. lecta. ff. ſi cert. peta. in additione,quæ eſt in nume. 11. de quo per Montal. in. l. 2. titu. 10. foro legum. lib. 3. in glo. fina. & Franciſcus de Aretio in conſi. 262. incipiente, Facio pactum. ☞ Tamen in caſu, in quo talis promittens compellatur vendere, vt doctor vbi ſuprà,
6 ex tali promiſsione † de vendendo debet ſolui gabella,non tamen venditione poſtea ſequẽte, cùm ſemel tantùm ſolui debeat. ſecundũ Bar. & Angel. in. l. ſi pupillus. in prin. ff. ad. l. falcidi. & Bar. & doct. in. l. ſi. §. quot. in fine. ff. de publica. Paul. de Caſtro in conſilio. 185. Alex. de Imol. in conſili. 89. in. 4. volum. & Bertachi. de Firmi. in tractatu gabellarum. in. 8. par. in tertia parte, quæſtione. 13. ☞ Idem dicimus,quòd valet pro
7 miſsio de non donando, † vel meliorando. vt in. l. 22. de Toro. & ibi doctor del Caſtillo, in gloſſa fina. tenet,quòd promiſsio donandi operatur donationem, ſequuta morte promittentis.

Et

Et an si valet pactum de non auãtagiando filios, vi. singulariter Philippum Decium. consil. 184. ¶ Adde in simili, quod tenet Bart. in. l. quod no mine. ff. de conditio. indebiti. vbi tenet, quòd
8 promissio, † & solutio æquiparantur. Et rectè igitur in nostro text. cauetur, quòd promissionem non recipiat, quia solutio videtur, & ex tali promissione potest iudex partem grauare. ¶ Et vide glo. & Bald. in. l. 1. ff. quod quisque
9 iuri. vbi dicit, quòd in causa barateriæ † sufficit sola promissio, sicut in crimine. assassinatus. & tenet Paris de Pute. in dicto tracta. syndica. in parte, multa de barateria. foli. 64. nume. 4. vide quæ dicam infrà, in glos. donacion. numero. 43. ¶ Tamen iudex potest recipere conseruationẽ
10 † indẽnitatis in his, quæ iudex facit licitè pro executione, & conseruatione sui officij, nec propter hoc iudex facit litem suam: neque qui conseruat iudicem, intelligitur iudicem corrũpere. tenet Bald. per text. ibi, in. l. 1. C. de magistris conueni. & text. in. l. eum pro quo. ff. de in ius vocan. & idem tenet Bald. in authen. generaliter. C. de episcop. & clericis. & Petrus de Anchara. in cap. quanuis. de vsuris. lib. sexto. & idem tenet Bald. & ibi Alexand. in additio. ad Barto. in authen. nouo iure. C. de pœna iudicis, qui malè iudi. & tex. & ibi Bart. in. l. si quis vxo
11 ri. §. si fugitiuũ. ff. de furtis. nu. 2. vbi tenet, † q̃ si quis iudici dederit aliquid, vel promiserit sibi, ad hoc, vt habeat sententiam, incidit in pœnam falsi. vt in. l. 1. §. 2. ff. ad. l. Corne. de falsi. ¶ Quod debet intelligi secundùm eum, quãdo promitti tur aliquid, per quod sibi acquiratur: sed si promittitur tantùm defensio de conseruando eum indẽnem, tunc non incidit in crimen falsi. quod sequitur Paris de Pute. in dict. tract. syndica. in parte, an si tempore sententiæ. foli. 93. ¶ Tamen intelligit hoc, quòd conseruans iudicem indemnem, non intelligere eum corrumpere, si habeat bonam causam, & nisi dedisset ei pignus. arg. in l. litigatores. ff. de arbitris. Et idem tenet Bald. in cap. cùm ab omni. de vita & honesta. clerico. nume. 3. intelligendo Bart. in. d. l. si quis vxori. §. si fugitiuũ. quòd licet ille, qui promittit iudici indẽnitatem non videtur committere barateriam, intelligit Bart. si promissor foueat ius, alio quin debet puniri de barateria. ¶ Et quoq; Ludo. Roma. in. l. 1. ff. de condi. ob turp. caus. dicit, quòd dict. §. si fugitiuũ. loquitur in cautionibus legalibus de præstando eum, qui liberatur á carceribus, in quo est licita cautio indemnitatis: quia est iudicialis respectu eorum, quæ iudex causa sui officij facit. Secus si ei faciant cautiones turpes, vel insuetas, quia litem perderet. vt in. l. generaliter. ff. de calũniato. ¶ Sed videtur distinguendum secundùm Pari. de Puteo. vbi suprà. Aut iudex recipit talem indẽnitatem anteaquam sententiam proferat, & declarat votum suum parti dictam indẽnitatem faciẽ-
12 ti, quòd iudex punitur: qui si iudex † anteaquã sententiam proferat, declarat illam parti, tenetur pœna falsi. vt in. l. prima. ff. de falsis. & Innocen. in cap. irrefragabili. de officio ordi. dicit, quòd efficitur suspectus, quãdo declarat votum suum parti ante pronuntiationem. ¶ Si autem recepit talem indẽnitatem, non declarando sententiam, quam vult proferre, vel recipit post prolationem sententiæ, non tenetur. Et ita dicit q̃ Barto. loquatur vbi suprà. Et ex ista cautela dicit Paris de Pute. vbi suprà, quòd vtuntur iudices ignorantes, & executores, quando timent exequi, quia solent recipere cautionem indẽnitatis, quando pars aduersa minatur iudici, vel executori ne quid innouet, vel non procedat imponendo defensam, vel inhibendo ex parte superioris. ¶ Sed Ias. in. l. 1. ff. de condi. ob turp. caus. nume. 4. tenet contrariũ, prout tenet Bal. ibi. & in dict. cap. ab omni. de vita & honestate clerico. quia præsumitur hanc indẽnitatem pro mittere animo iudicem corrũpendi. ¶ Sed credo dictum Ias. intelligi, quando recepit cautionem indẽnitatis pro malè sententiando, vel sic sententiando, quia tunc non potest: secus si pro iustè sententiando. vt colligitur ex dictis Pari. de Puteo, vbi suprà. Et ita tenet Montaluus in dicta. l. secũda. titu. 2. foro legum. lib. 2. in glos. que le den. vbi tenet, quòd non intelligitur iudicem corrumpere, qui cauet de conseruando iudicem indẽnem, si constet quòd habet bonam causam. per dictum Bart. in dict. §. si fugitiuum. & Bald. in dict. cap. cùm ab omni. nu. 3. Nam iu-
13 dex † quę facit licitè pro executione sui officij, potest recipere conseruationem suæ indẽnitatis. vt dicit esse casus vnicus in. d. l. 1. C. de magis. conue. Sed non potest accipere pignus propter hoc, vt dixi, quia tunc res interuenit. arg. l. litigatore. §. 1. &. 2. ff. de arbi. & vide Hippol. de Marsi. in repetitio. rubri. ff. de fideiusso. nu. 316. &. 317. ¶ Et Angel. in dict. l. 1. quæ incipit. vt puta. ff. de cõdi. ob turp. caus. vbi tenet idem, scilicet, q̃ si promissum fuerit iudici eum seruare indẽnem tẽpore syndicatus vt sententiam ferat, vel vt excarcerari faciat carceratum ad sui instantiam, & nil recipit, sed solùm seruatur indemnis, non incurrit pœnã, & cõtra suum promissorem habet actionẽ, quã cedere tenetur ei,

in cuius preiudicium relaxatio facta fuit.per.d. §. si fugitiuum.quia quæcunque permittũtur licitè de iure,illa eadẽ licitè deducũtur in pactũ, nec contrahitur simonia.vt per Inno.in.c.ad audientiã.de rescrip. Vide tu tamẽ pragmaticã in ordinationibus Cancellariæ Vallisoleti,vbi tenet, quòd nullus iudex dictæ curiæ,& Cãcellariæ,recipiat cautionem indẽnitatis ex parte, in cuius fauorem sententia debet proferri sub pœna centũ regalium. ℣ Et q̃ non valeat promissio

14 † facta iudici, vt pro me ferat sententiã tenet dictus Paris de Put.in.d.tracta. in parte,an si tempore sententiæ.fol.93. nu:4.quia non licet ven-

15 dere † iustum iudicium.vt in.c. cùm ab omni. de vita & honesta.cleri. &.c.non licet. 11.q.3.tamẽ valet promissio de indẽnitate.vt ibi per eum.et Bald. in margarita.versi.iudex.versi. 78. Quod est verum, vt dixi, quando aliquid iustè facit, quia tunc nõ dicitur corruptus.vt Bal. & docto. in.d.l.1.C. de pœna iudi. qui mal.iudi.&. C.de conueni.fisci debito.lib.10.& Bart.in.l.1.§.fina. ff.de calumniato. ℣ Quod secus est in syndico:

16 † quia si syndicus cõmunitatis, qui ex forma statuti tenetur sub pœna denũtiare omnia maleficia, & ad preces alicuius noluit denuntiare, & ille promisit syndico eum indẽnem seruare,q̃ talis promissio nõ valet,& tenetur ad pœnam statuti,non obstante tali promissione inualida. tenet singulariter Alexan. in dicta.l. iurisgentiũ. §. si ob maleficium. ff. de pactis. nume. 5. post Bart. in.l. à reo. §.fina.ff.de fideiusso. Quod facit contra istos promotores fiscales: quia ex forma Pragmaticę tenentur denuntiare omnia maleficia,quòd tenentur,si non denuntiat, licet accipiant conseruationem indẽnitatis.quod nota.

Summarium.

1 Iudex,qui donationem recepit in syndicatu,tenetur,quia dicitur corruptus,sicut si pecuniã recepisset.
2 Donatio est lucri datio.
3 Iudex dicitur commodum bursale recepisse, si donationem, vel pecuniam recepit.
4 Pecuniæ appellatione, continetur omne quod sit,vel esse potest in patrimonio.
5 Donationem remuneratoriã ex gestis ante officium,licitè recepit iudex.
6 Sentẽtia lata donatione,vel pretio,est nulla ipso iure. & nume.10.
7 Pecunia data iudici,vt iudicet, an repetatur.
8 Iudex indebitè aliquid recipiẽs à subditis, con uentus ciuiliter,an teneatur ad quadruplum.
9 Quilibet de populo an põt agere contra iudicẽ.
10 Dans iudici pecuniam, vt secundùm iustitiam sententiam proferat,an causam perdat.
11 Venalis non dicitur sententia,si post eam latam iudici fuit data pecunia, tamẽ iudex punitur.
12 Sententia an valeat, si pecunia non est data,sed promissa.
13 Sententia an valeat, si vnus ex iudicibus fuit corruptus.
14 Qui corrumpit iudicem, pecuniam ei dando, an puniatur.
15 Lex imponens pœnam recipienti aliquid per barateriam,habet locum in dante.
16 Accusator,seu accusatus dans aliquid iudici, an puniatur.
17 Correlatiuorum natura est cõmunis vtrique extremo:& vno contrahentium prohibito, vel permisso,alter censetur prohibitus, vel promissus.
18 Actor obtinens specialem cõmissionem, vt in causa ciuili reus debeat personaliter comparere in iudicio, ipsemet actor tenetur quoque comparere.
19 Prohibita emptione, videtur prohibita venditio.
20 Officialis præsidis,qui accepit pecuniã,& policetur præsidem certam sententiam laturum super crimine, punitur sicut corruptor.
21 Iudex, qui malè iudicauit, ex eodẽm processu potest ciuiliter & criminaliter puniri.
22 Iudices propter quæstum pecuniæ non debent innoxios condẽnare,& noxios ad præstationem adiuuare.
23 Paria sunt iustitiam vendere,& simoniam committere.
24 Grauius est vendere iustitiam, quàm præbendam.
25 Iudex, an videatur corruptus, si à fœneratore gratis pecuniam recepit.
26 An valeat sententia arbitrorum, si sint corrupti.
27 Corrumpẽs notarium actorum,punitur, & causam perdit.
28 Falsans acta, an causam perdat.
29 Quid in corrumpente procuratorem partis aduersæ.
30 Quid in desigillante acta transmissa consultori.
31 Omnia iura statuta in fisco habẽt locum in priuato, nisi lege dicatur, quòd sit speciale in fisco.
32 An qui fuit conatus subtrahere aduersario probationes, perdat causam.

Cancellans

33 Cancellans nomẽ procuratoris, quod eſt in mandato, committit falſum, & punitur.
34 Occultans acta iudicij, vt veritas occultetur, punitur.
35 Deſigillans acta probatoria, an puniatur.
36 Barateria generaliter committitur ab officiali, cùm aliquid recipit à priuato vt faciat non facienda, vel omittat ea, quæ ſunt facienda.
37 Barateria vnde dicatur.
38 Iudices, qui furtis, & ſceleribus conuincuntur, perdunt priuilegium, & dignitatem acquiſitam, & tãquam plebei & peſsimi condẽnantur, & quoque pœna periurij puniuntur.
39 Libellus contra iudicẽ, qui barateriam cõmiſit.
40 Reſponſio iudicis ad dictum libellum.
41 Querelans de iudice iniuſtè, patitur talem pœnam, qualem iudex ſi verum eſſet.
42 Officialis, qui abſolutus fuit in ſyndicatu, an poteſt agere actione iniuriarum cõtra eum qui non probauit, & egit contra eum.
43 An officialis, qui barateriã tentauit, & non perfecit, puniatur.
44 Barateria quomodo probatur.
45 Officialis, qui in ſyndicatu timet condẽnari ex aliqua barateria, an poteſt offerre ſolutionem ante condẽnationem, vt eam euitet.
46 Condẽnatus de barateria in ſyndicatu, non poteſt amplius ad ſimilem officium aſpirare.

y Donacion.

y Similis text. in. §. ſcriptum. in authẽ. vt iudi. ſine quoquo ſuffragio. colla. 2. ibi, acciperet à noſtris ſubiectis, aliàs tenetur in ſyndicatu † iudex,
1 qui iſtam donationẽ recipit: quia dicitur corruptus, ſicut ſi recepiſſet pecuniam. vt text. & ibi Bald. in. d. l. obſeruare. §. proficiſci. ff. de offi. proconſul. & lega. & in. l. 1. ff. de ambitu. & tenetur fiſco. l. in hæredem. ff. de calũnia. quia do-
2 natio, † eſt lucri datio. vt tenet Cynus in. l. cùm ſponſæ. C. de donatio. ante nupti. ℣ Et dicitur
3 donationem, † vel pecuniam recepiſſe, quocũq; modo burſale ſenſerit. vt in. l. prima. §. ſi pecu-
4 niam. ff. de calumnia. vbi appellatione † pecuniæ continetur omne, quod ſit, vel eſſe poteſt in patrimonio. vt in. l. 4. ff. de verbor. ſignificatio. & tenetur de calumnia, etiam ſi recipit pecuniam, vel aliquid loco eius extra iudicium. vt in l. ſi quis publicanus. & ibi Bart. ff. eod. ℣ Quod intellige in donatione pura, ſecus in donatione
5 remuneratoria † ex geſtis ante officiũ, quia tũc licitè recepit. l. Aquiliꝰ Regulus. ff. de donatio. tenet Paris de Pute. in dicto tractat. ſyndica. in parte, officiales. foli. 87. in fine. & tenet Alex. in. l. principalibus. ff. ſi certum petatur. nu. 4. verſicu. ſecundo limita. ℣ Intantum, quòd ſenten-
6 tia † lata pretio, vel donatione, eſt ipſo iure nulla. vt in. l. venales. & ibi doct. C. quando prouoc. non eſt neceſ. & Archi. in. c. qui rectè. 11. q. 3. vbi tenet, quòd ſicut

ſa, ni donaciõ y ellos, in mutuo nõ debet expectari pecunia ex pacto, ita nec in ſententia. Et ſicut qui in mutuo ex pacto accepit pecuniã, poteſt inde condẽnari ab eccleſia: ſic & ſentẽtia data per pecuniam promiſſam irritatur. §. venales. 2. q. 6. Et ſicut vſurarius, qui præter pactũ pecuniam accepit, peccat, & nõ poteſt exinde ab eccleſia condẽnari: ſic & iudex, qui præter pactũ pecuniam accepit, peccat, tamen ſententia non irritatur. ℣ Ex quo dicto Archi. notatur, ꝙ ad hoc, vt ſententia ex pretio lata irritetur, requiritur, ꝙ tale pretiũ ſic datum ex pacto inito inter iudicẽ, & dãtem, aliàs ſecus: quia vt ibi dicit Archi. licitè poteſt dari publicè pro iuſta ſentẽtia obtinẽda, & pro vero teſtimonio, & leges ſupradictæ habent locũ, cùm eſt dubiũ quo animo detur pecunia. ſecũdùm Lanf. quia eſt intelligendũ de tali munere & pecunia ratione cuius deuiet à iuſtitia. arg. in. c. ex queſtiones. & l. ſolent. ff. de offi. procõſu. Et gl. in. d. c. qui rectè tenet, ꝙ licet ſimpliciter quis det iudici vt iudicet, vel teſti vt iuſtè teſtetur, licet non peccet in dando, tamen repetit quod dedit. 14. q. 5. c. nõ ſanè. & glo. ibi te-
7 net, ꝙ talis † repetit pecuniam, ſi non eo animo dat, vt iudicem corrumpat: nam ſi dat eo animo vt ius, & quietem ſibi conſeruet, tunc poteſt repetere. vt probatur in cap. dilectus. de ſimo. Et idem tenet text. ſingula. in. l. 26. titul. 22. parti. 3. vbi ait, quòd ſi litigans donet aliquid iudici ſimpliciter, vel vt iniuſtè iudicet, aut differat litem, non poterit repetere, ſed fiſco applicatur, cui turpia ex officio lucra acquiſita accreſcunt. Illud verò quod dedit, vt iuſtitiam faciat, licitè poteſt repetere: quia tunc turpitudo repetendi fuit ex parte iudicis cauſata. & cum ea. l. concordat text. in. l. 1. ff. de cond. ob turp. cauſ. & tenet Specula. in titulo de ſenten. §. quæ ſit pœna. verſicu. ſed nunquid ille qui dedit. & concordat tex. in. l. lucius. ff. de iure fiſci. Et idem tenet Archie. Florenti. in. 3. parte. titul. 9. cap. 2. in princip. quem vide. & dicit, quòd cùm ex officio ſuo teneatur gratis iudicare, & bene, turpiter accepit, & crimen concuſsionis commiſit: quia non licet vendere iuſtum iudicium. ℣ Et Paris de Pute. in dict. tracta. ſyndic. in parte, an
8 ſi tẽpore ſententiæ. foli. 93. nu. 2. tenet, † quòd ſi

iudex indebitè aliquid accepit à subditis, conuentus criuiliter, in quadruplum tenetur. vt in l.1. C. ad.l. Iuli. repeti. vbi dicit, quòd glos. ibi tenet, quòd totum illud applicatur fisco. ☞ Ad
9 quam pœnam † quilibet de populo potest agere, quia actio est popularis: tamen si parti acquireretur soluenti, tunc pro parte sibi competeret actio, & eius hæredi. glo. in l.2. ff. eod. ad.l. Iul. repe. Et etiam vbi criminaliter ageretur, cuilibet daretur potentia accusandi. vt in.l. fina. eod. titu. quia crimen est publicum, secundùm Angel. in d. l.1. & Paris de Pute. vbi suprà. ☞ Quinimo dicit dict. Pute. in parte, corruptio. folio. 92. nume. 10. quòd non licet dare pecuniam iudici: vt etiam ferat sententiam secundùm iustitiam, nec iudici est licitum recipere. vt in.l. penultima. ff. de condition. ob turpem caus. sicut non licet testi recipere, vt testimonium deferat secundùm veritatem, quia falsi tenetur. vt Bart. in.l.1. §. primo. ff. de falsi. ☞ Et si dat iudici pecuniam
10 † vt secundùm iustitiam sententiam proferat, perdit causam, & non potest ab eo repeti. vt glo. in dict.l.1. de condi. ob tur. caus. Et idem tenet Ias. ibi, nume. 3. vbi ait, quòd quando datur iudici pecunia solùm ad finē, vt causam expediat, perdit causam, tamen datū potest repetere. & ita dicit tenere ibi Alex. & docto. Et de ista materia corruptionis vide latè ibi per dict. Pari. de Pute. cum versi. sequentibus. & vi. text. singula. in l. 52. titu. 14. parti. 5. vbi latè de hoc. ☞ Vide tu Bald. in cap. si iustus. de appella. nu. 11. vbi tenet, quòd licet sententia non valeat, si fuit aliquid datum iudici pro ea ferenda. vt in.d.l. venales. tamen licitū est iudici dare pecuniā pro vera sententia, & testi pro vero testimonio, dummodo detur publicè, & nō secretò: nec ista dicitur corruptela, sed cautela, & redimere vexationē suā, & sententia est valida. Et ideo dicit idem Bald. quòd si iudex non vult facere tibi iustitiam sine simonia, ex parte tua sis cautus: si potes des ei pecuniam coram duobus testibus, & tabellione, alioquin omnino abstineas: tamen licet sententia sit valida, iudex punitur, per supradicta. ☞ Sed vnum scias, & menti tene, quòd si pecu-
11 nia sit data † iudici post latam sententiam, tunc sententia valet, nec dicitur venalis, nec poterit iudex puniri de barateria. tenet Felin. in cap. tua nos. de simoni. & Hippolytus de Marsi. in singula. 190. & in.l. lege Cornelia. ff. ad.l. Corneli. de sicariis. nu. 4. Sed ego credo, q̄ licet valeat sententia, tamen iudex punitur, quia etiam post sententiā in.l. potest recipere. vt in.l. 30. tit. 15. lib. 2. in ordi. regal. vt dixi suprà in glo. no recibira. 1. col. Et pro ista mea opinione est dictū expressum Pari. de Pute. in.d. tract. in parte, cōsiliarij officiales. nu. 2. foli. 194. vbi ait, quòd intantum iudex prohibetur præmium accipere, q̄ si post sententiam accepit, in syndicatu conuenitur. Quia qui recepit pretium post factum, punitur ac si recepisset ante factum allegādo Bald.
12 ☞ Quid si pecunia † non sit data, sed tantùm est promissa? Dicit Bald. in consilio. 490. incipiente, Proponitur. 4. volu. q̄ sit nulla: si est lata in fauorē promittētis. De quo dubitat dictus Hippolyt. de Marsi. in.d. singula. 190. quia communiter ante sententiam partes promittunt iudicibus maria, & montes, sed post prolationē ipsius nec dum non obseruāt promissa, & nec partem promissorum, imò sæpe fingunt eum non cognoscere: & qui viderunt, testimonium perhi-
13 buerunt secūdùm eum. ☞ Sed quid si plures † iudices simul iudicauerunt, & vnus eorum sit corruptus, aliis ignorantibus, an teneat sententia? Vide singular. Iohā. And. in additio. ad Specu. in titu. de senten. §. iuxta. in additione, quæ est in versi. ratione. num. 2. in parte. c. cùm ab omni. ☞ Et tene, quòd non solum iudex corruptus punitur, verum etiam punitur qui eum corrumpit,
14 † dando ei pecuniam, vt pro se ferat sententiā: quia diffidere videtur de iustitia, qui corrumpit ministrum iustitiæ, & commodum victoriæ perditur ipso iure. vt Baldus in.l. prima. C. de pœna iudi. qui malè iudi. & tenet Montal. in.l. 2. titu. 2. lib. 2. foro legum, in glo. que le den. & vltra eum per Bart. text. & ibi glo. in.l. Item apud labeonem. §. si quis virgines. ff. de iniuriis. in glo. in parte, vēdidit. ☞ Ad quod facit, quod tenet dict. Hippolyt. de Marsi. in.l. circuncidere. §. seruo. nume. 6. & 7. ff. ad.l. Corne. de sicariis. allegando Bald. in.l. prima. ff. de calum-
15 nia. vbi tenet, quòd lex imponens † pœnam recipienti aliquid per barateriam, habet locum etiam in dante. & idem tenet Paris de Put. licet Hippolyt. eum non alleget in.d. tracta. in parte, corruptio. folio. 91. nume. 6. per. d.l.1. de calum. & dicit, quòd facit quoque text. in.l.1. C. de cupresis. lib. 11. secūdùm Bal. ibi. & Amode. iust. in tract. syndic. in parte. Item in eo. colu. 2. versi. aduerte. vbi idem tenet. Et est text. in.l. 25. titu.
16 22. partit. 3. qui est singula. vbi tenet, quòd † accusator, qui aliquid iudici dedit, vt iniustè contra accusatum iudicaret, perdet causam, & patietur alias pœnas, de quibus in.l. 24. eod. titu. ead. parti. ☞ Accusatus verò corrūpēs dono vel promissione iudicem, pro confesso habetur, nisi sit certum eum fore insontem, sed litis formidine

hæc

hęc conſtet feciſſe. ¶ Si autem eſt cauſa ciuilis, quilibet dans, aut promittens, perdit cauſam, & ſoluet regi triplum datorum, aut duplum promiſſorum. Sed ſi Corrector ſe ſponte detegat, & probet regi, vel ſuo maiori, nullam patitur pœnam: ſi autem non probet, ſoluet regi litis æſtimationem, ſi cauſa fuit ciuilis, ſi criminalis, perdit omnia bona fiſco applicanda, & iudex purget ſe per iuramentum. nam diffidentia iuſtę ſententiæ ſpem negotij depoſuit in pecuniæ corruptelam. vt ibi per Montal. in dict. l. parti. & text. & ibi Hippolyt. de Marſi. in l. qui duobus. ff. de falſi. vbi qui iudicē corrūpit, tenetur pœna falſi.

17 ¶ Et facit † qđ dicit Bal. in c. 2. vlti. co. de probatio. vbi ait, ꝙ natura correlatiuorū eſt cōis vtrique extremo: & vno cōtrahentiū prohibito, vel permiſſo, alter cēſetur prohibitus, vel permiſſus. per. c. 2. de mutuis petitio. ¶ Et ideo dixit domi.

18 in. c. vnico. de dolo & cōtu. lib. 6. ꝙ ſi actor † obtinuit ſpecialē cōmiſsionem, ꝙ in cauſa ciuili reus debeat perſonaliter cōparere in iudicio, ꝙ tunc tenetur etiam ipſe actor comparere perſonaliter. ¶ Et illud, quod tenet Bar. in l. fi. C. de exacto. tribu. lib. 10. vbi quando lex Imperialis prohibet emere, comprehendit etiam eccleſiam. & ibi Angel. dicit, quòd prohibita emptione, intelligi

19 tur eſſe † prohibita venditio. & illam doctrinam ſequitur Barb. in cap. primo. col. pe. de teſtamē. & facit qđ tenet Bar. in l. fi. C. de indicta viduita te tolle. & Abb. in proœmi. Gregori. 8. colū. nu. 2c. & ibi Sebaſt. ſapi. in additio. licet cōtrarium teneat dictus Abb. in ca. primo. col. 3. de locato. quia ibi additio. tenet contra Abb. de quo ibi per eum. & per dictum Hippoly. in dict. l. circūcidere. §. ſeruo. vbi latè. vbi quoque ait, quòd ſtā te ſtatuto quòd nullus poſsit emere ſine licentia alicuius officialis, includitur etiā venditor. per Barto. in l. fi. C. de accepti. per text. & ibi Barto. in dict. l. 2. C. de cupreſsi. lib. 11. ¶ Ex iſta conne xione poteſt eſſe illud, quod tenet text. in l. qui explicandi. C. de accuſa. & Angel. & Bal. ibi. vbi

20 tenent, quòd officialis † prēſidis, qui acceptat pecuniam, & pollicetur præſidem certam ſententiam laturum ſuper crimine, punitur quemadmodum & corruptor, non tamen eadem pœna. Quod dicit Angel. ibi, quòd facit contra barateros, qui accipiunt promiſsionem pecuniæ, pollicendo iudicem condemnaturum, vel abſoluturum ad ſuam inſtantiam, ꝙ extenditur ſecundū Angel. ibi, & habeat locum in cauſa criminali, in qua licitum eſt pro ſanguine ſuo redimendo corrūpere hominē: quia licet promittēs, vel ſoluēs vt abſoluatur nō puniatur, tū qui pollicetur pro pecunia iudicē laturū ſentētiā abſolutoriā, iniuriaā facit iudici, cuius animi motū detegit, & reuelat, & ideo ſibi iniuriarū tenetur. tex. dicit Ang. eſſe in l. itē apud labeonē. §. idē ergo. ff. de iniur. & ideo ſecūdū eū poterit in inſulā relegari. vt in l. fi. ff. de iuriis. & cum hoc tranſit, licet dicat, ꝙ Bar. relinquit cogitandū. quod ſequitur dictus Paris de pu. in. d. tracta. in. d. parte, corruptio. n. 11. Quod eſt notandū cōtra iſtos ſequaces, & amicos iudicū: quia multotiēs talem promiſsionē faciunt donis, vel pecuniis iudicibus ignorātibus, qui poſſunt condēnari vt corrupto

21 res iudicū. ¶ Quoq; dic, ꝙ talis iudex, † qui ſic iudicauit ex eodem proceſſu, poteſt puniri ciuiliter, & criminaliter. Et eſt ſpeciale in iudicibus delinquentibus in officio ſuo, ꝙ ſimul, & ſemel puniantur. ita tenet Bal. in. d. l. venales. per text. quem dicit eſſe notabi. in. §. oportet. el. 1. vt in authen. vt iudic. ſine quoque ſuffragi. ſuprà allega. Tamen iudex in ſyndicatu poteſt ex nouis allegationibus defendere ſuam ſententiam, & oſtendere cōdemnatū ius nō fouere, vt dixi ſuprà in iſto. c. in gl. el derecho alas partes. in fine. ¶ Et qa

22 iudices † propter quæſtū pecuniæ nō debēt innoxios condēnare, & noxios verò ad præſtationē adiuuare. vt in. d. auth. vt iud. ſine quoquo ſuffra. §. quapropter. ibi, adminiſtratiōes nūquā: qa iudices auari neſciūt quantū delinquūt. nā cùm vendūt aliena crimina, ſua faciūt eſſe peccata: vn

23 de paria ſunt iuſtitiā vēdere, † & ſimoniā cōmittere. vt in. c. accepimus. de purga. cano. imò grauius eſt vēdere iuſtitiā, quā præbendā, † quia legimus Chriſtū eſſe iuſtitiā. c. exiſtimat. 11. q. 3. nō autē legitur eſſe præbēda. Sed culpa tāto eſt grauior, quāto res, in qua culpatur, & ſanctior. vt ait Barnardus. cū vēdere ergo præbendā inter cætera crimina grauius reputetur. c. fi. 1. q. 7. vendere iuſtitiā, q̄ eſt Chriſtus, grauiſsimū eſt cēſendū. ita tenet Lucas de pēna in. l. 1. C. de deſer. lib. 12. co. 16. Et vi. Bal. in. d. l. venales. vbi ait, ꝙ nō videt

25 iudex corruptus † pecunia, q̄ à fœneratore gratis recepit. vt per Specul. in ti. de vſu. licet dicat, ꝙ facit in cōtrariū. l. quin etiā. ff. de calū. ¶ Quid

26 ſi arbitri ſunt corrupti, † an eiꝰ ſentētia valeat, vi. ibi glo. & docto. in. d. l. venales. ¶ Et nō ſolū corrūpēs iudicē punitur, ſed etiā ille, q̄ corrūpit no

27 tariū † actorū, pdit cauſam. l. qui in fraudē. §. quotiēs. ff. de iure fiſci. & l. ſi qs obtexerit. ff. de falſi. & l. ſi qs aliqd. §. inſtrumēta. ff. de pœnis. & not. Bal. in l. de eo. C. de pœna iudi. qui malè iudi. & Mōtal. in. d. gl. q̄ le dē. &. d. Pari. de pu. vbi ſuprà in parte, corruptio. nu. 7. Et iſta eſt cōmunis opi. ſecundū Feli. in cap. venerabilis. de excep. 5. col.

28 verſi. vtrum ſi falſans. vbi quoque tenet, ꝙ † falſans acta cauſæ, perdit cauſam. vt Bartol. in dict.

§. quo-

§.quotiens.& Bal.in.l.qui teſtamen.ff.de excuſa.tuto.& in.l.1.§.2.in fine.ff.de calūnia. Quòd eſt ſecus in corrumpente aduocatum ſecundùm
29 eum ibi. ▽Quod extendit†Feli.in corrumpente procuratorem partis aduerſę,vel ipſam partē, ſi cauſa reſpicit intereſſe etiam alterius, quàm partis.vt in.d.§.2.& ibi pulchrè Bart.& in.l.qui falſam.C.de falſis inſtru.& Angel.dicit cōmunę opi.eſſe in.l. prima in fine.ff.de his qui teſta.de
30 len. ▽Dicens†idem eſſe in deſigillante acta trāſmiſſa conſultori.per.d.§.quotiens.Sed in hoc dicit Feli.vbi ſuprà,quòd Angel.non bene loquitur,quia iure non cauetur ſecundùm Imol.in.d.l.prima.ff.de his,qui teſt.delen.per,c.cùm olim. lo.2.de officio delega.Iunctis verbis Barto.in.l. qui teſtamentum.ff.de falſis.& vi.Imol.in.l.diuus.ff.de re iudica.Et licet Feli.non dicat, dic ꝙ talis deſigillans,& ſubtrahens præſumitur foue re malam cauſam,ſicut ille,qui alteri parti aduocatos ſubtrahit. vt tenet Romanus in conſilio 346.col.3.Et licet Abb.ibi in dict.cap.cùm venerabilis.poſt multa teneat,quòd falſans acta, non perdat cauſam,quia cautum non reperitur: & ꝙ tex.in dict.§.quotiens. loquatur in cauſa fiſcali, quia imò eſt cautum illud,quod tenet opi.communis: nec ibi in dict.§.quotiens. ſit ſpeciale in fiſco,ſecundùm Cardi.in dict.cap.cùm venerabilis.prout refert & ſequitur Andre.Sicul.in dicto
31 cap.cùm olim.& quia omnia† iura ſtatuta in fiſco,habent locum in priuato,niſi in lege dicatur, quòd ſit ſpeciale in fiſco.vt tenet Iaſ.in.§.in bonæfidei. Inſtitu.de actio.colum.11.& gloſſ.in.l. prima.C.de peti.hæredi.& glo.in.l.prima.ff.qđ cuiuſ.vniuerſi.nomi.& Iaſ.in.l. nec quicquam. ff.de edendo.in principio.& Paul.de Caſtro in l.reſcriptum.ff.de pactis.num.4.& in.l.item veniunt.§.ad aptanda.verſi.in priuatorum.ff.de peti.hæredi. ▽Sed dic melius ſecundùm Feli.vbi ſuprà,quòd tex.in dict.§.quotiēs.dicit,quòd quotiens apud fiſcum cauſa agitur,glo. exponit.1.apud procuratorem fiſci,& tu ſcis,quòd procurator fiſci cognoſcere poteſt inter duos priuatos conſentientes. vt in.l.cùm vendente.ibi,ſi volueris.C. vbi ſi cauſ.fiſca.& l.cùm eorum.C.de ſenten.ergo tex.in dict.§.quotiens.loquitur generaliter. ▽Fortius dicit Innoc.in cap.intimauit. de
32 teſti.ꝙ qui† conatus fuit aduerſario ſubtrahere probationes, debet perdere cauſam. & ſequitur Angel.in.l.1.§.ſi reus.ff.de eo per quem factum eſt.Sed hoc non eſt tenendum ſecundùm Feli. vbi ſuprà ſecundùm Bal.in dict.capi. intimauit. quia ſi eſſet,non oportebat ibi examinare teſtes ſuper cauſa.idem Bal.in.l. prouidendum. C.de poſtula.& Abb.in capitu.cùm cauſam.de teſti. vlti.column.ibi,ego dicerem,vbi ait,quòd licet talis probatio per partem ſubtractam habeatur pro facta odio illius.l.ſi de poſſeſsiōe.C.de proba. non tamen perdit ille ex hoc cauſam. patet per cap. peruenit.lo.1.de teſti.cogen.& cap.conſtitutus.de teſti.vbi aliter punitur.ex quibus re probatur gloſſ.ſi.in capit.venerabilis.in fine.de religioſ.domi.Et prædictis adde Petrum de anchara. in conſilio,381.vbi tenet dictam communem opinionem, de qua ſuprà,quam etiam ſentit Bar.in.l. ſi quis obrepſerit. quæ omnia dicit Feli.vbi ſuprà notāda vt noua. ▽Ad idem facit,
33 quod†tenet Iohan.de Ana.in conſilio.12.vbi tenet:quòd qui cancellat nomen procuratoris,qui eſt in mandato,committit falſum, & debet puniri,etiam ſi officium procuratoris ſit finitū: quia negari non poteſt,quin ſcriptura dicatur mutata ſiue ſublata, ergo falſa.iuxta notata in ca.in memoria.19.diſtin.& in cap.licet.de crimi.falſ.quia talis cancellatio non ſpectabat ad ipſum.argum. in.l.1.per totum.C.nec quis in ſua cauſ. & ſic ꝙ commiſit falſitatem punibilem. Pro quo dicit Ana.quòd eſt dictum Angeli in.l.prima.ff.de
34 publicis iudi.vbi ait, quòd ille,qui occultat†acta iudicij, vt veritas occultetur, incidit in pœnam falſi,ergo ipſe qui cancellat. ▽Quinimo dicit ibi Ludoui.boguli.in additio,quòd tale crimen eſt publicum,& quilibet de populo admittitur ad accuſandum.vt Inſtitu.de publicis iud. in principio.& qui ſic cancellauit,debet puniri. per.l.corneliam.de fal. vt voluit in terminis Angel.in.l.2.ff.de publicis iudi. vbi dicit ſe vidiſſe de facto ſeruatū in ciuitate Peruſij in quodam, qui vocabatur Ang.& ſic quòd quilibet admittatur ad accuſandum eum, qui ſubtraxit acta iudicij,vt veritas occultet:ſed iſte plus fecit, quia cancellauit acta iudicij:& ſic verificatur doctrina gloſſę.in.l.Paulus.ff.de falſi. ▽Quoque fa-
35 cit quod tenet Ludo.Roma.in conſilio.346.col. 3.verſi.cæterum.vbi tenet,†quòd ſi alter ex litigantibus deſigillat,aperit,& legit acta probatoria penes alterum, ſic ſtatuta per iudicem, dupliciter punitur,primò arbitrio iudicis, ſecundò,quia non auditur ſi quid poſtea allegare velit ad infringenda ipſa acta probatoria, quæ faciūt pro aduerſario.vt in.d.c.olim magiſter.de offi. delega. Et intantum faciunt fidem,quòd etiam ſi aliqua raſura quanuis in loco ſuſpecto reperiatur pro altero litigante, non derogatur eorum fidei in his, quæ ex eiſdem concipi poſſunt: quia tunc raſura ipſa non præſumitur facta ab eo, in cuius fauorem acta cantant,nec eius mādato.hoc

eſt

est,quòd notanter notat Hosti.& Iohan.Andre. in.c.accepimus de fide instr.qđ verbũ dicit Bal. in.l.1.C.eo.ti.de fide inst.nõ reperiri alibi,prout tenet dictus Ludo.Roma.in.d.consilio.℣ Ad su pradicta redeundo dic, q̃ generaliter barateria
36 †cõmittitur ab officiali, vbicũque aliquid recepit à priuato,vt faciat non facienda, vel omittat ea,quæ sunt facienda.vt in.l.1.& ibi glo. in versi. accepit.ff.ad.l.iuli.repet.& in.l.eadem. §.fi.eod.
37 ti.℣ Et barateria†dicitur à barato,baratas: quia iudex recipiẽdo aliquid,dicitur baratare,& permutare iustitiã cũ eo quod recepit:sicut recipiẽs aliquid pro dando beneficium, dicitur vendere beneficium.vt Amodeus iustinus in.d.tra. syndi.in prin.versi.5.& vide suprà in glo.no recibira dadiua.in fine.vbi quid sit furtũ,& barateria.
38 ℣ Et isti iudices,qui conuicti sunt †sceleribus &furtis in officio maculasse,perdunt priuilegiũ ex dignitate acquisitum,& tanquã plebei, & pessimi condemnantur.vt tenet tex.in.l.iudices.C. de dignit.lib.12.Et ibi Lucas de pẽna.colũ.fi.dicit,quòd quoque tenetur pœna periurij,cùm iurent nil recipere à subjectis, sed contentos esse his annonis, quæ sibi à fisco dantur. Et vltra iuramentum etiã amplius quãm latrones excedũt, cùm legis quodammodo vigore id facere videantur. Totius enim iustitiæ nulla capitalior est, quàm eorum, qui cùm maximè faciũt,id agunt, vt boni viri esse videantur.Et maius malum est, cùm iudex non tenetur furare, imò aliena furta punire,si calcato iuramento spoliet ipse subiectos,quos vendicare tenetur:&qui legis authoritate,seu fauore furatur, immanissimè plusquã latro peccare censendus est.secundũ Lucã de pe. vbi suprà.quod nota.& vide.℣ Optimũ est sci-
39 re quomodo intentetur libellus †cõtra iudicem, qui dictam barateriam fecit. Et dic quòd conceptio est talis. ℣ Coram domino potestate. &c. Compareo omni modo,& meliori quo possum contra talẽ:& dico,q̃ cùm ipse in ista ciuitate officium iudic.exerceret, tempore sui officij, hoc anno,& mense tali,in domo talis,in tali camara, regnante tali,pecuniam accepit à Titio aduersario meo,ob iudicandum, vel non iudicandum, ob interponendum decretum, vel non interponendum,& ipse iudicauit,vel interposuit decretum, vel non iudicauit,per hoc enim coram vobis accuso: quare peto ex vestro arbitrio eum punire.& puniendum fore sententialiter declarari.Et hoc cùm criminaliter agitur.℣ Si verò ciuiliter,sic concipe. iunge quare peto ipsum in quadruplum condemnari. prima.quæst.1.capit. eum qui.& in.l.finali, in fine. C. ad.l.Iuli.repe. Tamen in hoc libello non est necesse ponere aliquid de anno, vel mense, vel domo, vel nomine principis, nisi velis. Istas formas ponit Specula.in titulo de accusatio. & inquisitio.§. nunc formæ.versiculo secundo.numero tertio.

℣ Attamen quando contra iudicem, vel contra
40 aliquem de † sua familia libellus suprà barateriam,vel furtum porrigitur, seu datur simplex petitio, quod sæpe fit maliciosè,ipse iudex neget contenta in dicto libello, seu petitione, & faciat reconuentionem de iniuria,& de infamia, & protestetur in dicta reconuentione in casu in quo ille non probet, & alleget se nobilem, & probum virum, iuris peritum, & optimæ famæ: quibus attentis reconueniendo ipsum, dictus iudex æstimet infamiam, & suam iniuriam centum librarum, vel mille ducatorum, attenta eius qualitate: & offerat se probaturum, quòd pro dicta quantitate noluisset, recipere vel sufferre tantam iniuriam, seu infamiam: & protestetur de damnis, & expensis, & interesse ipsius.vt tenet omnia supradicta singulariter Cataldi.in tracta. syndica.in quæstione. 281. quæ est finalis. ℣ Vbi quoque dicit, quòd ille,qui porrigit petitionem contra officialem,non potest retrahere ab ea absque eius licentia. Quæ dicta Cautela de reconuentione(iudicio meo)est optima: quia facit ad.l. 2. titulo.2. lib.secundo.foro.ll.in fine,iam allega.vbi tenet, que si alguno se querellare del alcalde a tuerto, en esta razon aya la pena sobre dicha, que el alcalde auria, si tuerto iuzgasse. & tenet Montal. in.l.23.titulo.22. parti. tertia: vbi tenet, quòd
41 † querelans de iudice iniustè, patietur talem pœnam, qualem iudex,si verum esset. allegat Bartol.in.l.seruo inuito. §.cùm prætor.ff.ad trebellia. Et licet Bartol. ibi non dicat, tenet Paris de Puteo in dict.tracta.in parte, Syndicatorum.folio.25. vbi tenet, quòd in syndicatu non debent calumniari, & vexari contra honorem, & dignitatem suam,& prouidere, quòd quis nõ frustretur friuolis,petitionibus, vel ineptis, & calumniosis, & quòd debent reiici tales conuitiantes officialibus in fine sui officij, & eos puniri.quod nota.℣ Tu quoque vide singulariter.Pari.de puteo.in dicto tracta. syndicatus.in parte, iniuria officialis. folio. 131. vbi † tenet,
42 quòd officialis, qui fuit absolutus in syndicatu,põt contra quẽ nõ,pbauit, & egit cõtra eũ, agere actiõe iniurarũ.per.l.itẽ apud labeonẽ.§.si quis libellos.ff.de iniuriis.& Barto.in.l.fi.ff.ad senat.

senat.consul.turpilia. vbi si quis agit contra aliquem calumnioſè, quòd poteſt actione iniuriarum coueniri.per tex.in.l. eadem.§.ſi quis non debitorem.per eũ allega.& etiam ſi actor iurasſet de calumnia,& quod querelas de iudice inde bitè in ſyndicatu puniatur, dicit quòd eſt text. in conſtitu.regni.prout in.d.l.fori.cauetur.& in dict.authẽtica.vt iudices ſine quoque ſuffragio. §.ex aduerſo.℣ Tamẽ dicit,quòd licet dicta cautela Catald.ſit vtilis,& bona: tamẽ quia ſyndicatores,qui ſyndicant,quærunt aliquando gratificare,dicit quòd pluries conſuluit, quòd expectetur finis primi iudicij: quia ſi contingat abſolutio,tunc poterit agi actione iniuriarum. per.l. ſi tibi.C.de liberali cauſ.& cõſulit,quòd agat actione iniuriarum in magna curia, vel coram iuſtitiario regionis,quo caſu poteſt pro parte proteſtante de calumnia punire iniuſtè querelantes contra ipſum officialem. vt ibi per eum. vbi quo que tenet, quòd debet puniri eadem pœna.per l.fina.C.de accuſatio.Sed tu tene dictam cautelã Cataldi.& facias dictam recõuentionem:& ſi nõ facis, potes poſtquam abſolutus fueris intentare actionẽ iniuriarũ principaliter cõtra querelãtem:quia vtroque modo iudex tenetur condemnare querelantem indebitè, modo reconueniatur,vel poſtea principaliter accuſetur per ſupra dicta.℣ Et vide Guido,Pap.in ſingula.358.§.iudex à quo,vbi in alio caſu tenet, quòd iudex à quo non debet reputare ad iniuriam, ſi appellãs dicat in appellatione ſententiam iniquam: quia illa verba de conſuetudine non important iniuriam.Secus ſi diceret ſententiam latam fuiſſe per pecuniam,& ſic de ſimilib.iniuriis: quia tunc ſi illud non probetur in cauſa appellationis.ſ.corruptio prædicta,fortè iudex poſſet agere actione iniuriarum:non tamen aget ante ſententiam in cauſa appellationis latam, vel appella. deſertam.℣ An autem officialis,qui attentauit barate-
43 riam †committere,& nõ perfecit, puniatur? Bal. in authentica. Sed nouo iure.C.de pœna iudic. qui mal.iudi.dicit,ꝙ ſic.puta quia accepit pecuniam, & nondum tulit ſentẽtiã.vt in.l.generaliter.§.1.ff.de calumnia.ſicut in ſimili dicimus in crimine aſſaſsinatus.vt in.l.prima,in fine.ff. qđ quiſque iuri. & eſt ſpeciale, quia æquiparatur crimini læſæ maieſtatis.vt dixit gloſſ.in.d.authẽ tica.ſed nouo iure.ideo punitur attentans. Ita tenet Amode.iuſti.in dicto tracta.ſyndi. in parte. Item in eo an autem officialis. Et ideo dicit Ioh. de Ana.in rub.de ſimonia.numero.6.allegando Bald.Peruſin. in regula. Contractus. de regulis iur.in.6.in additionibus,quas fecit Iohan. Andre.in mercuria.ſe vidiſſe de facto Florentiæ ipſe ibi ordinariè legente,videlicet,an ille qui cõmiſit barateriam in officio recipiẽdo ſolam promiſsionẽ,an poſsit pœnitendo remanere in officio? Et dicit, quòd fuit conſultum,ꝙ non, quia turpiter fuit pactus. vt in.l.3.ff.de calumnia. & ita dicit ꝙ remanſit deſolatus, & præ dolore & verecundia mortuus eſt:& licet videatur,ꝙ non poterat puniri,niſi opere ſubſecuto. Tamẽ opi. Bal.eſt de iure vera,faciendo dictam æquiparationem de barateria ad ſimoniam, & ad crimen læſæ maieſtatis per notata in cap.1.de homic.lib. 6.ſtante potiſsimè, ꝙ in parificatis ſeu æquiparatis de facile fit extenſio.vt per gloſſ.in capit.ſi poſtquã.de ele.in.6.§.1.& ſi.vt per Ana.ibi,quẽ
44 vide.℣ Quomodo autem probetur barateria,† dixi ſuprà in glo.no recibira dadiuas. ſi.columna. verſi.quia ſi nõ fugit tempore ſyndicatus.℣ Ali quando dubitatur tempore ſyndicatus, & ſæpe
45 occurrit in practica,vtrum †officialis,qui timet in ſyndicatu condemnari pro aliqua barateria, vel furto, ſeu debito, poſsit offerri ſolutionem ante condemnationem vt euitet condemnationem,& infamiam iuris,& facti.vid. Bal.in.l.generaliter,§.ſi igitur.ff.de calumnia. & Paris de put.in dict.tracta.in parte,multa de barateria. folio.62.nu.4.vbi tenet,ꝙ in crimine barateriæ nõ habet locum pœnitentia,& in vno minimo cõmittitur,quæ eſt inter maximas cauſas capitales.vt in.l.furti.§.pactum.ff.de infamibus.℣ Tamen tudic,quòd per iſtam oblationẽ debet abſolui,& talis oblatio debet admitti per ſyndicatorem,aliàs faceret ſibi iniuſtitiam, & teneretur ipſi, nihilominus condemnaret. vt tenet Paul. de Caſtro in.l.ſi reus paratus.ff.de procura.numero.10.per tex.notabil.ibi. Et idem tenet Bart. in.l. iuſiurãdum.§.cùm res.ff.de iureiuran. vbi dicit, ꝙ iam perſuaſit cuidam poteſtati, qui tempore ſyndicatus debebat condemnari in parua quantitate:cùm ibi eſſet ſtatutum, ꝙ quicunque condemnatus fuerit in officio,quod is geſſerit, non poſsit ibi iterum eſſe rector ipſe, nec aliquis de eius domo:vt effugeret iſtam pœnã, perſuaſitꝙ ſolueret ante ſententiam.& ita factũ eſt per tex.in.§.fina.Inſtitu.de perpetuis& tempo.actio.Quod dictum Barto.ſequitur ibi Ial.in dict.§.cùm res.nume.3.& Bal.in.l.prima. C.de dolo.& in.l.ea quæ.in fine. C. de conditione in debi.& in.l.quoniam de infamibus. & Matheſila.in notabil.84.vbi dicit,ꝙ debet ſoluere totũ, vt euitet pœnam, & condemnationem.Sed quãdo non offert totum,ſed partem,tũc hoc ſibi nõ prodeſt.vt in.l.tutor.§.lucius.ff.de vſuris.& Ce

pol.

pol.in cautel.27.& Bar.& Bal.in.l.furti.§.qui alieno.ff.de infa.& vi.latè Bal.in.l.si traditio. C. de actio.empti.colū.2.n.6. ☞Et facit quod tenet idem Paul.de Castro.in.l.1.ff.de actio.empti.n. 9.vbi ait, quòd quandocunque lite pēdente res q̄ petitur offertur,debet sequi absolutio ab obseruatione iudicij. & idem quod Paul.in.d.l.si reus paratus.tenet additio. Abb.in.ca.cùm te.de re iudi.in additione,quæ est in.n.5.& Angel.in l.fi.ff.de rebus credi.& Iohan.Andr.in additio. ad Specul.in ti.de censi.§.1.in additione secūda. ☞Vbi dicit,quòd publicanus euadit pœnam,restituendo surreptum ante sententiam.quod nota.& Abb.in cap.at si clerici.de iudi.n.27.& idē tenent Paul.& Angel.in.d.l.si reus paratus. de quo tex.vi.Barb.in cap.licet Hely.de simoni.& est tex.expressus in.l.si cum exceptione.§. hæc autem actio.ff.quod metus caus.& idē tenet Angel.in dict.§.fi. Institu.de perpet.&tempo.actio. ☞Sed contra supradicta videtur text.contrarius in.l.si pignore.§.cùm furti actio.ff.de furtis. vbi receptāre,nihilomin⁹ est salua furti actio:& ecō tra,soluta pœna duplici, vel quadruplici,est salua vendicatio.& idem tenet Abb.in.c.1. de dolo & cont.col.2.nu.6.vbi tenet,q̄ ad pœnam euitandam non prodest restituere rem raptam,seu aliter pœnitere de peccato.per tex.in.l.non prodest. ff.vi bono.rapto. ☞Quæ contraria non obstant,quia loquuntur in raptore,& fure:& dictū Pau.& aliorum loquitur in dante,& recipiente, & sic habet locum pœnitentiæ& restitutio ante sententiam,facit cessare pœnam. Vel potest intelligi,quando ex tali barateria non fuit sequutū damnum parti:quia si est sequutum,pœnitentia, nec solutio,non releuat iudicem.& sic potest intelligi.d.Bald.vbi suprà,inquantum tenet, q̄ in barateria non est locus pœnitentiæ. ☞Et opi. Paul.& Ang.& aliorum tenet Paris de put.in.d. tracta.syndi.in parte, oblatio.folio.190.& sic, q̄ facientes ante condemnationem compositionē, seu soluentes,& protestantes, quòd propter dubium litis euentum hoc faciunt, & ne vexentur litibus,& expensis,absolui debent ab instantia iudicij simpliciter,nec habet locum.l.quoniam. C.de infami.nec videtur delictum cōfiteri: quia faciunt causa redimendi vexationes. per nota. per moder.in.l. interdum. §. stichi.ff.de verbo. obliga.& ita dicit Paris de puteo vbi suprà, q̄ faciunt officiales, quia ante sententiam conantur partem concordare, vt euitent condemnationem,per quam eis paratur maximum præiudicium.quod nota,quia ita obseruatur.Quia si condemnaretur,etiam de iure communi condemna-

46 tus in syndicatu † non potest amplius ad similē officium aspirare.vt in.l.iudices qui. & ibi notat Bartol. C.de dignita. lib.12.& in.l.si quis aliquid. C.de suscepto.& arca.lib.12.vbi glossa allegat plures cōcordantias.& tenet Ias.in di.§. cùm res.in fine.l. iusiurandum.

Summarium.

1 Iudices seu rectores terrarum, non debent secum ducere vxores:& si ducunt,tenentur pro eis.

2 Potestas tenetur pro omnibus, quos secum duxit, etiam si non sint præpositi alicui officio, si prætextu officij domini delinquant.

3 Iurisdictionem non habentes, licet vxores eorum in officio delinquant, non tenentur pro eis.

4 Iudex tenetur pro matre, quæ promisit victoriam causæ, vel remissionem & veniam delictorum pro pecunia, vel serico, aut lino sibi donato.

5 Iudex tenetur pro vxore,matre, & officialibus, quando agitur ciuiliter:secus si criminaliter.

6 Vxor dicitur de familia.

7 Vxor dicitur domestica persona.

8 Vxor est socia diuinæ & humanæ domus.

9 Vxor,& vir sunt eadem caro,& vnum corpus.

10 Sponsa de præsenti, dicitur vxor.

11 Mulier nupta,non dicitur cōcubina clerici, vel vxorati.

12 Leges loquentes contra concubinam, non habent locum contra mulierem nuptam,licet sit concubina.

13 Desponsata per verba de præsenti,licet sit cōcubina clerici,vel vxorati, non punitur.

14 Matrimonium dicitur & maritus & vxor contractis duntaxat sponsalibus per verba de præsenti.

15 Contra vxorem,vel sponsam alicuius non proceditur, licet sit concubina, nisi maritus, vel sponsus eam accuset.

16 Pœna legis ordina. disponentis contra illum, qui vocauerit mulierem nuptam meretricem, habet locum in illo,qui mulierem desponsatam meretricem vocauerit.

17 An consanguinei, vel amici rectoris ciuitatis, qui in officio non administrant, sed tantùm sunt in domo, contineantur appellatione familiæ,pro qua rector tenetur.

18 Agens contra potestatem pro delicto suæ familiæ,quid debet probare.

Mugeres.

z Mugeres. [z] Habuit ortū à dicto Bald. in.l obſeruare.§. proficiſci. 1 ff.de offi.procon.& lega.in prin.vbi tenet, † ꝙ rectores terrarum non debent ſecum ducere vxores:& ſi ducant,tenentur pro eis:quia ibi magis puniuntur ſui culpa,quam incurrunt ducentes ſecum vxores. vt gloſ.in.l.ſi quis in ſuo.§.legis.C.de inoffi.teſta.& Plat.in.l.apud eum. C. de cenſi.& cenſitori.lib.11.num.2.Et ibi quoque tenet Bald.in dict.§. proficiſci.quòd etiã tenetur 2 †poteſtas pro omnibus,quos ſecum duxit, etiã ſi nõ ſint præpoſiti alicui officio,ſi prętextu officij domini delinquant.vt in authentica,de iudiciis.§.nec autem.colla.6.& tenet Paris de put. in dict.tracta.ſyndi.in parte.an in eo quod fecerunt.folio.114.num.22.& Montal.in.l.2.titul.2. for.ll.lib.2.in glo.porque no lo entiende. verſic. & quia.& idem tenet Amode.iuſti.in dict.tracta.ſyndi.in parte,qui dominus,poteſtas,& officiales.verſi.ſed pone.vbi tenet,quòd ſi duxit vxorem,& delinquit in officio,tenetur pro ea ad intereſſe partis. Quod tamen dicit non habere 3 †locum in aliis officialibus non habentibus iuriſdictionem:quia licet vxores eorum delinquãt in officio,non tenentur pro eis.per.l.primà.§.familiæ.ff.de publica.& Bal.in.l.nulli.C.quorum appella.non reci.& in.l.2.C.vbi de ratio.agi opor.& in.d.l.obſernare.& idem tenet & intelligit Paris de pute.in dict.tracta.ſyndica.in parte, poteſtas tenetur.numer.2.folio.207.vbi quoque dicit,quòd non ſolùm poteſtas tenetur pro vxore, quam ſecum duxit, ſed etiam ſi duxerit matrem,† quæ promiſit victoriam cauſæ,vel remiſ 4 ſionem,& veniam delictorum pro pecunia, vel pro ſerico, aut lino ſibi donato, quia tenebitur poteſtas, licet mater non videatur eſſe de familia filij.vt in.l.q adoptio.ver.ita.ff.de adoptioni. ▽ Quoque intelligit Amode.iuſti.vbi ſuprà, quòd tenetur pro vxore,& familia,quando agitur ciuiliter,ſecus ſi criminaliter ſecundùm glo. & docto.in di.§.proficiſci.Et magis dicit Amodeus vbi ſuprà,quòd ſi ſtatutum dicat,quòd poteſtas teneatur de delicto officialium,& familię, debet intelligi,ſi agatur ciuiliter, non criminaliter,& operatur vltra ius commune, quòd tenetur etiam de delicto commiſſo extra officium:& ſi in electione obligauit ſe ad omnem pœnam pro ſua familia ciuiliter & criminaliter,debet in 5 telligi† de pœna pecuniaria,non de corporali:à qua pœna pecuniaria liberatur exhibẽdo reum principalem.ſecundùm Bartol.in.l.ſi cùm exhibuiſſent.ff.de publica.& in.l.1.§.familiæ.ff.eod. & in.§.quod nouiſsimè.& eſt tex.in capit.4.infrà eodem in fine. vbi latius dicam. & idem eſt ſi non ſtat per eum quominus exhibeat.ſecundùm dict.Amod.vbi ſuprà. ▽ Ratio noſtri text.

6 ni ſus mugeres[z], ni poteſt eſſe: quia vxor† dicitur de familia viri.vt in l.quicunque.C.de re mili.lib.12.& in capit.hæc imago.30.quæſt.5. & ideo corrigi poteſt & ex cauſa verberari.vt notatur in.l.conſenſu.& in authentica ibi poſita.C.de repud.glo.in cap.quem admodum.de iureiur.& in capit.literas.de reſti. ſpolia.glo.in capit.ſicut vlterius.7.quæſt.1.Bal. in.l.ſi filius.C.de pactis. ▽ Prædicta vera ſunt cum cauſa legitima, aliàs modicè permittitur.vt in dict.capi.ſicut vlterius.& in authẽtica de nupti.§. ſi igitur.Alex.in cõſilio.96.in.4.volu.per Feli.in capi.cùm contingat.de foro cõpet. & aliquid in cap.illud.de præſumptio. ▽ Et quoque 7 dicitur vxor† domeſtica perſona.vt Bald.in.l. etiã.& ibi glo.C.de teſti.& quoque dicitur qua ſi vſum viri.vt Paul.de Caſtro in conſil.124. Saly.in.l.cum te.C.de dona.ante nupt.quæ vnica vnico viro debet eſſe.Cardi.in cle.prima,de renuntiati.5.oppo. ▽ Et eſt ſocia domus viri.† vt 8 in.l.aduerſus.C.de crimi.expila.hæredi. videlicet tam diuinę,quàm humanæ.vt in.l.1.ff.rerum amota.& Specu.in tit.de feudis.§.quoniam. ver ſi.20. ▽ Et ſunt vir & vxor † eadem caro, & vnũ 9 corpus.vt in cap.debitum.de biga.& in.l.ſi cùm dotes.§. ſi maritus.ff.ſolut.mat. & in capit.idonei.4.quæſt.1.& Iohan. Andr.in additio.ad Specul.in titu.de teſte.§.primo.verſi.quid de vxore. ▽ Iſtum tex.extende,quòd non ſolùm iudex tenetur pro vxore, verum etiam quoque tenetur 10 pro ſpõſa,† ſi ducit eam in officio, & aliquid cõmiſit:quia ſponſa de præſenti, dicitur vxor.vt eſt gloſ.in capi.iuuenis.de ſponſa.coniug. ideſt ſponſa.alia in capit.canonica.de ſent.excom. in verbo,duximus in fine.de quo per Bal.& Pau. de Caſtro.& docto.in.l.nõ ſine.C.de boniſque libe.& per doctorẽ del Caſtil.in.l.49.de Toro. in gloſſ.matrimonio. ▽ Et intantũ dicitur vxor, quòd etiam ſi nõ ſit traducta ad domum viri.Bartholo.Cepol.in.l.Mercellus.ff.de verborum ſignifi.12.colum.& Bal.in dict.l.nõ ſine. dicit hoc verum eſſe, niſi exprimatur de carnali copula. Et vi.Abb.in capi.ex publico.de conuerſ.coniug.& latiſsimè per Angel.de Are.in.§. fuerat. Inſtitu.de actio.nume.24. ▽ Quod facit ad pragmaticam

maticam.95.in libro pragmaticarũ, vbi cauetur,
11 ꝙ mulier nupta † non dicatur concubina clerici, vel vxorati. Quod sequitur Pala. Ruui. in repeti.
12 c. per vestras. de dona. §. 21. fol. 95. vbi dicit † ꝙ leges loquentes contra concubinam, non habẽt locum contra mulierem nuptam, quanuis esset publica concubina clerici, monachi, & religiosi. Quod nota, quia dicta Pragmatica quoq; extenditur ad mulierem † desponsatam: quia talis desponsata de præsenti, licet sit concubina clerici, vel vxorati, non potest puniri: quia dispositum in vxore, habet locum in sponsa de præsenti, vt dictum est: & quia statutum in vxore, habet locum in sponsa, & econtra. Tenet Pala. Ru. in repet. rub. de dona. §. 55. num. 5. folio. 33. per glo. singula. in. §. pe. Institu. de excusa. tuto. in verbo, maritum. in fin. & ibi notat in prin. & ex tex. iũcta gloss. in ver. concubinæ. & in. l. 3. ff. de dona. inter virum & vxo. vbi ait, quòd matrimonium
14 † dicitur, & maritus & vxor dicuntur contractis duntaxat sponsalibus per verba de præsenti, licet non interueniat carnalis copula. de quo ibi per Pala. Ruui. nu. 3. & .4. cum sequẽti. & quædicam in capi. 47. infrà eodem. in glo. menceba publica. & in glo. casado. Et sic seruatur: quia quando sponsa alicuius † est concubina alicuius clerici, vel vxorati, non proceditur contra eam, nisi maritus accuset. per. l. c. titu. 15. lib. 8. in ordi. regali. & per. l. 3. titulo. 7. lib. 4. foro. ll. Et per istas leges corriguntur leges, quæ tenent, quòd marito negligente, alij poterãt vxorem suam de adulterio accusare. vt per Montal. ibi, vbi in fine tenet, quòd ex illa lege eliciter priuilegium, quod habet vir. s. quòd eo nolẽte, alius non admittitur ad vxorem suam adulteram accusandam. ☞ Per supradicta quoque extenditur. l. 2. titulo. 9. delas iniurias. lib. 8. in ordi. regali. inquantum tenet, ꝙ
16 si aliquis vocauerit † meretricem vxori habenti virum, quòd incidat in pœnam illius. l. ꝙ pœna dicta illius. l. habeat locum, quãdo vocauerit meretricem mulierem desponsatã per verba de præsenti. & tenet tex. in. l. 82. in. ll. del stylo. vbi habetur, ꝙ quãdo lex ponit pœnã ratione calumniæ vxoris, ipsam et pœna intelligitur posita ratiõe spõsę de præsenti. qđ tene mẽti. ☞ Ad supradicta de familia adde, qđ tenet Ang. in. l. 2. §. familiæ.
17 ff. vi bono. rapto. vbi tenet, † ꝙ cõsanguinei, vel amici rectores ciuitatis, qui in officio nõ administrãt, sed tantummodo stant in palatio, nõ continentur appellatione familiæ, pro qua rectores tenentur secundùm formam statuti dicentis, quòd mali rectores illos tenent, vt per eos committant multas baraterias, & deinde faciunt eos recedere, & dicunt se non teneri pro illis, quia non sunt in numero familiæ, nec inter eos descripti. Tamen dicit Angelus ibi, quòd boni syndicatores debent contra talem fraudem occurrere, sicut occurritur cõtra dominos expellẽtes famulos suos,

hijos[a] de ninguna p vt possint in testes producere.

☞ Et in eadem. l. in. §. hæc actio. tenet quoque Angelus, quòd quando agitur contra potestatem, quod eius familia damnum dederit, quod petitio procedit, licet non exprimantur sigillatim nomina familiarum, tamen vt maleficium melius liquidetur, tota familia erit exhibenda cum eisdem vestibus per dicta. l. cùm exhibuissem. quod sequitur Paris de puteo in dict. tracta. in parte, familiaris, siue familia potestatis. folio. iii. numero. 5. ☞ Quando agitur contra of-
18 ficialem de delicto familiæ, agens † debet probare duo. s. ipsum de familia esse, & positum tali officio: & probatur esse de familia eo ipso, quod cum aliis famulis est associatus, licet alia scriptura non appareat per tex. in. l. finali. C. de proxi. sacro. scrini. & esse positum alicui officio probatur eo ipso, quòd probatur illud officium exercuisse sciente domino. vt in. l. prima. §. magistratum. ff. de exercito. & tenet Cataldi. in tracta. syndicatus. quæst. 264.

Summarium.

1 Pater & filius pro vna persona reputantur. limita, vt nume. 6. cum sequentibus.
2 Causa filij, causa patris esse videtur.
3 Pater & filius vna caro censentur.
4 Filios habens in ciuitate, proinde habetur, ac si sit præsens.
5 Aestimum patris, censetur esse æstimum filij.
7 An pater teneatur ad filij obligationem.
8 Si statuto prohibetur contrahi cum exbannito sub pœna, an poterit contrahi cum filio, vel seruo, dato, ꝙ ipso bannito acquiratur.
9 Pater, an teneatur ex contractu, vel delicto filij.

a Ni hijos. [a] Quia filius accipiendo, pater cẽsetur recipere, cùm pater &
1 † filius pro vna persona reputẽtur. vt in. l. vlti. in fin. C. de impuberum, & aliis substitu. &. 35. q. 3. §. hac authoritate. & in. §. ei verò. Institut. de
2 inutilibus stipulat. & causa † filij, causa patris esse videtur: quia damnum, & emolumentum ad eum pertinere videtur. argu. 2. quæstione. 6. §. biduũ. inversi. palàm. tenet gl. in. c. super eo. de testibus.

teſtibus.& gloſſ.in cap.paſtoralis.in parte,quaſi lucro.circa medium.de decimis. Et alibi dici-
3 citur,quòd pater † & filius cenſentur vna caro. vt in cap.contradicimus. & in dict.§.hac authoritate.35.quæſt.3.& facit tex.in.l.cùm ſcimus. ad finem.C.de agrico.& cenſitis.lib.11. Et Bart.ibi ſignanter decidit per illum tex.de ſtatuto diſponente,quòd ſi quis ſtet abſens à ciuitate, & ſic non portet onera ciuium,nō gaudet priuilegiis,
4 quòd ſi quis ſit abſens,& habeat † filios in ciuitate,perinde ſit,acſi ſit præſens. ℣ Et per iſtam regulam vulgatam,quòd pater & filius cenſeantur vna perſona, decidit Bald.in dict.l.fin.in fine.allegans gloſſ.quam ſemper habet in ore in.l.2.C.
5 qui ætate.lib.10.quòd eſtimum † patris,cenſetur eſtimum filij,& econtra.de quo plenè per Iaſ.in l.ſciendum.in princi.ff. qui ſatisdare cogant. & ibi Alexā.in fine tenet, quòd ſi ſtatuto cauetur, quòd nullus habeat officium in ciuitate, niſi habeat eſtimum centum librarum,quòd filius poſſit habere officium,licet non habeat tale eſtimū, ſi pater ſuus tale eſtimum habet:& etiā tale eſtimum patris prodeſt filio:etiam ſeorſum habitāti à patre.ita Bal.formaliter in.l.prætor.§.ſed ſi filius.in lectura antiqua.ff.de edendo.vt per Alexan.ibi.vbi allegat alios doctores hoc tenentes. ℣ Sed dictam regulam,quòd vna perſona cenſeā
6 tur,limita quoad ea,quæ ſunt † iuris,ſecus ad ea, quæ ſunt facti.vt in.l.cùm hęredes.in principio. ff.de acquire. poſſe.licet contrarium & malè dicat glo.in.l.cùm miles.§.1.ff.ex quibus cauſ.maio.ſecundū Iaſ.in.d.l.fi. ℣ Secundò intellige iſtā regulam in filiis in poteſtate,ſecus in mācipatis. vt in.l.qui in poteſtate.ff.de edendo.& in.l. his nulla.ff.de iudi.& gloſſ.& ibi Iohan. de Plat.in l.cū filios. C. qui ætate ſe excuſa.lib.10.in fine. ℣ Tertiò limita ſecundū Iaſ.ibi ſuprà non procedere quoad ea, quæ ſunt iuris publici. vt in.l. nam quòd.in princi.ff.ad trebellia.declarat Bar. qualiter intelligi debeat in.l.ſeuium. C. qui teſtamen.facer.poſ. ℣ Et ſi dicatur,quòd pater et filius cēſentur eadem perſona, quare ergo pater
7 non tenetur ad obligationem † filij,ſicut videm⁹ in hęrede,qui tenetur ad omnia debita defuncti, quia fingitur idem cum defuncto. vt in authenti ca,de iureiura.à morien.præſti.in prin. reſpondeo,quòd de rigore pater tenetur ad omnia debita filij:tamen quia iniquum videtur quem teneri ex contractu vel facto alterius, ideo in quarto libro.C.ſunt facti tres tituli,qui cōtinuatiuè procedūt.Primus eſt titulus.vt actio à hæred. vbi ſtatuitur,quòd omnes obligationes actiuæ & paſſiuæ tranſeunt in hæredem.Poſtea eſt titulus.ne vxor prō marito.& titulus.ne filiꝰ pro patre.quibus ſtatuitur, quòd de benignitate vxor non tenetur pro viro,nec econtra.ita nec pater ad onera filij,nec econtra.Et ſi dicas,quare magis in hæredeꝰ reſponde,quia hæres non repræſentat defunctū, niſi mediante facto ſuovoluntario, ideſt niſi voluntariè adeat hæreditatem, mediāte qua aditione cenſetur eadem perſona cum defuncto, ideo ſibi imputet,ſi adiuit hæreditatem,qua mediante fingitur idem cum defuncto. Sed pater & filius quòd cenſeantur eadem perſona,non procedit ex facto voluntario:quia etiam ſi filius nollet,non poſſet deſinere eſſe eadem perſona cum patre.ita ſentit Bald.in rub. C. ne filius pro patre.& glo.in rub.C.ne vxor pro ma.prout tenet Iaſ.in dict.l.fi.vbi pro limitatione dicit, quòd
8 ſi ſtatutum † prohibet contrahi cum exbannito ſub pœna, quòd poterit tamen contrahi cū eius filio, vel ſeruo, dato quòd ipſi bannito acquiratur.tenet Barto.in.l.3.§.1.ff. de lega.præſtan. Et an hoc ſit verum.vide latè Iaſ.in.l.ſi mihi et tibi.
9 §.regula.ff.de lega.primo. ℣ Et an pater † teneatur ex cōtractu vel delicto filij, vi.latiſsimè per Iaſ.in.§.actiones.Inſtitu.de actio.

Summarium.

1 Perſonæ appellatione,venit maſculus, & fœmina.
2 Dictio, quicunque,an concipiat fœminam.
3 Perſonæ appellatione,an veniat vniuerſitas eccleſiaſtica,& ſecularis.
4 Verba legis,an comprehendant corpus collegij, vel vniuerſitatem.
5 Fidelitatem an ſi quis iurat contra omnem perſonam mundi,an videatur iurare contra rempublicam:procurator conſtitutus contra omnē perſonam mundi, an poteſt experiri contra rem publicam,& collegia.
6 Inquiſitio generalis commiſſa contra quoſcunque,an intelligatur commiſſa contra vniuertatem, vel collegium.
7 Excommunicatio aduerſus vniuerſitatem proferri non poteſt.
8 Maſculinum. an comprehendat fœmininum.
9 Fœmininum, an comprehendat maſculinum.

De ninguna perſona.

Cuius appellatione maſculus, & fœmina venit
1 † in ſtatuto.vt in.l.metum.§.animaduertēdum. ff.quod

ff.quod metus cauſ.& Bal.in.l.oēs populi.ff. de iuſti. & iure. colu.pe.& in.l.quicunq;.3. colū. C.de ſeruis fugiti.nu.10.vbi tenet, quòd dictio,
2 quicunq;,† concipit fœminam, hoc non ex vi conceptionis generum, ſed vi regulę.ff.de legi. l.iura. vel vi communis ſubſtantiui,homo.l.1. ff. de regul.iur. vel vi rationis eiuſdem. vt in. l. fi. C. de indicta viduit.tolle. Et idem ſi ſtatutum diceret, quæcunq; perſona:nam nomine perſonæ, etiam maſculi ſignificantur, non ex conceptione generum,ſed ex propria natura huius dictionis,perſona.per.d.§.animaduertendum. ▽ Perſona enim dicitur vir & mulier. Item vniuerſitas † maſculorum & fœminarum, vel miſta.
3 Item nomine vniuerſitatis maſculi & fœminæ pariter.& nomine Aquiliæ, continetur maſculus & fœmina:quia ita antiquitus declinabatur forte:quia in illa ſpecie fœmina dignior erat.

▽ Et econtra diſtincta ſunt iura: quia nomine maris non ſignificabatur fœmina. vt in.l. quis quis.C.ad.l.iuli. maieſta.Sed ibi lex & ratio vltra procedit,diſtinguendo:ſecus ſi non procederet vltra.vt in.l.maximum vitium. C. de liber. præte.&.l.fina.C.de legiti.hæredi.&.l.illam. C. de colla. ▽ Et non ſolùm appellatione perſonæ venit maſculus & fœmina, verunetiam perſonæ eccleſiaſticæ tam religioſę,quàm ſeculares cuiuſcunque ſint dignitatis, vel qualitatis.vt text. in cap.cùm perſonæ.de priuileg.in.6. & ibi Domi.in.1.notabil.& ſic quòd noſter tex.intelligatur,quòd non recipiat munera à maſculo, nec à fœmina, ſed etiam nec ab vniuerſitate, vel collegio,vel ab alia congregatione, etiam ſi ſit religioſa,aliàs incidit in pœnam.vt tex.in cap.8.infra eod. quia nomine perſonæ, omnia ſupradicta continentur:quia res publica, & ciuitas, eſt perſona repręſentata. Iuxta illud, Et erat multitudo quaſi vir vnus.l.mortuo.ff. de fide iuſſo. & tenet Bald.in rubrica.C. ad trebellia. & quoque appellatione hominis, venit fiſcus. vt gloſſ.in. l. cos. C. de vſuris. ▽ Et facit quod tenet Angel.in d.l.metum.§.animaduertendum. vbi dicit,quòd
4 verba † legis generaliter & in rem ſcripta, comprehendunt vnunquenq;, tam ſingularem perſonam,quàm corpus,collegium, vel vniuerſitatem reſponſum faciętem. vt in.l. in fraudē.§. fina.ff. de teſta. mili. cum.l.ſequenti. &.l. deprecatio.ff. de publica.& Bal.in.d. rubrica tenet, q̄ appellatione perſonę,continetur ciuitas, vel res
5 publica:verbi gratia,ſi iuro † fidelitatem contra omnem perſonam mundi, videbitur iurare cō-

perſona b por ſi,ni por

tra rempublicam: & ſi facio procuratorem contra omnem perſonam mūdi,talis procurator poteſt experiri contra collegia.per.d.l.mortuo.cuius contrarium dicit Bald. in.d. rubrica eſſe verius.per.d.§.animaduertendum. quia ſtricta fit interpretatio,& abſq; fictione iuris, tamen talis procurator poteſt agere contra tutorem, & procuratorem debitoris, quia ibi præſtant nudum miniſterium.Et idem tenet Paul. de caſtro. authen. Item quęcunq;.C.de epiſcopis & clericis. vbi dicit, quòd appellatiōe perſonę de proprio ſignificato non comprehenditur ciuitas, vel vniuerſitas. Et ideò notarij in inſtrumentis procurationum dicunt contra quamcunq; perſonam, vel vniuerſitatem, quia aliàs non veniret: per.l.fi.§.hoc etiam.ibi dum dicit, ſiue pro nulla perſona, ſiue pro aliquo corpore. ▽ Tamen Alex.in additio.ad Bart.in.d.l.mortuo. tenet q̄ ſi iurarē te defendere cōtra omnē perſonā vel hominem mundi, in iſto caſu venit collegium, & vniuerſitas.ſecundùm Bal.in.cap.1.de noua forma fideli.vbi tunc omnes comprehenduntur,exceptа perſona,quæ eſt ita prior tempore. ▽ Sed
6 quid ſi inquiſitio † eſt commiſſa contra quoſcūq;,an intelligatur commiſſa contra vniuerſitatem,vel collegium? Alex. in additio.ad Bart. in d.§.animaduertendum,dicit, quòd ſic. De quo dicit quòd dubitat Speculat. in titulo de inquiſitio.pe.colum.verſi.quid ſi inquiſitio.& hoc tenet Cy.ibi in.d.§.animaduertēdū. in additio. & Bal.in.l. ſed ſi hoc.§.qui manumittitur.ff. de in ius vocan. In lectura antiqua. per Innoc. in cap. graue.de ſent.excō. ▽ Contrarium tamen tenet Bal.in authen.quicunq;.C.de epiſcopis & cler. Imò,quod tale reſcriptum non porrigitur contra vniuerſitatem,licet vniuerſitas fingatur loco perſonæ.& idem tenet Andre. Barb.in additio. ad Bal.in d.cap.1.§.ad cōuenticulas. de pace iur. firm.in additione,quæ eſt in nu.2.allegādo Bal. in cap.ſedes.de reſcrip.vbi ait,quòd ſi impetraui contra Titium, & quoſdam alios tale reſcriptum,non extenditur ad collegium. Et ibi quoq; dicit,quòd ſi eſt impetratū cōtra perſonas, nō venit furioſus.& ſic Bal. tenet contrarium eius, quod dixit,& ſic quòd nomine perſonę vniuerſitas,& ciuitas nō continętur,vt.C.de eroga.milit.anno.l.fi.lib.12. ▽ Sed tu potes concordare,vt Petrus,in.c.nobis.de his, quę fiunt à pręla. vbi ait, quòd ſi ſtatutum loquitur per iſta verba, ſi quis nō habet locū in vniuerſitate.per.l.3.§. hæc verba.ff.de nego.geſti.attamen Iohā.de Imo,ibi limitat,quādo eſſet ſtatutū exorbitās:ſed ſi eſſet præter ius,ſeu ſecūdùm ius, tunc credit habere

locum,& extenditur.allegat.l.primã.§.lex falcidia.ff.ad.l.falci.& quod notatur in di.§.hæc verba.quod est notandum secundùm Andre.Sicul. Barb.in additio.ad Bald.in.d.§.conuenticulas.

¶ Sed sic est, quòd noster text.inquantum prohibet ista dona recipi, non est exorbitans, nec præter ius, imò secundùm ius debet se extendi, vt ab vniuersitatibus iudices ista dona non recipiant præter suum salariũ,vt dictum est.¶ Quia contraria loquantur in materia exorbitanti, & correctiua:quia tunc appellatione personæ non comprehenditur vniuersitas.vt tenet Ludo. Roma.in consilio.400.verficu.his tamen non refragantibus:¶ Et ideo dicit ipsam vniuersitatem in seipsam consideratam animam non habere,& ad
7 uersus eam excommunicationem† non proferri.vt in cap.Romana.§.in vniuersitatẽ.de sentẽ: excom. in.6.& quod notat innoc.in capitu.grauem.de sent.excom.¶ Quoque potest intelligere iura,quæ dicunt appellatione personæ contineri vniuersitas, quòd comprehenditur non ex propria significatione,sed ipsius.l.extensione.vt in simili.in.l.fi.§ sed & si quis sit natura.ff.naut. caup.stabul. & in dicta.l.sed si hac.§. si liberta. & in.§.sed si eiusdem.ff.de in ius vocã. prout cõcludit dictus Ludo.Roma.in di.cõsilio. De qua materia an appellatiõe psonæ ciuitas, vel vniuersitas contineatur.vi.latè Andr. Sicul.in additio. ad Bal.in.d.rub.C.ad trebellia.& in.d.§.conuenticulas.¶ Item facit:quia masculinũ cõprehẽdit
8 †sub se fœmininũ,vt in nostro textẽ. hic.de ninguna persona.& in.l.1.ff.de verbo.signific. & in c.si quis suadẽte.17.q.4.& in.l.si ita scriptum.ff. de lega.2.etiam si sit in rescriptis.vt in cap.significauit.de rescrip.& in contractibus,prout tenet Barb.in additio.ad Bal.in.d.l.quicunque. in additione,quæ est in nume.10.in parte, nota tertiò. vbi de materia.¶ Tamẽ tu vi. Alex.in.l.si extraneus.ff.de condi.cauſ.data.cauſ.non secu.nu.5. vbi tenet in expresso,quòd licet in vltimis volũtatibus masculinum concipiat fœmininũ,secus est in contractibus,allegando Archidi.in dicto cap.si quis suadente.2.col.vbi.d. Archi.tenet, q̃ quando sunt verba contrahentium, tunc verbũ non egreditur suos terminos,quia non reperitur cautum in iure,q̃ in hoc casu fœmininũ cõcipiatur:quia in potestate paciscentis fuit leges apertius scribere.l.veteribus.ff.de pactis.Et nec mirandum quare aliud in testamẽtis:quoniam plenior habetur interpretatio in testamentis, quàm in contractibus habitis inter viuos.vt in.l. in testamentis.ff.de regulis iuris.¶ Quod extende, quòd comprehenditur etiam in pœnalibus iuribus cõmunibus. vt in Cle.prima, cum glo. & ibi Cardina.quæstione.7.de regula.vbi fratres mendicantum transeuntes sine licentia, puniuntur vt mendicantes.¶ Item comprehenditur in statuto de vi cum armis.vt in.l.si constante.§. final.ff. solut.matri. & tenet Alexand. in additio.

c Ni por otro directe ni in- ad Bart.in.l.prima.ff.ad.l.Iuli.de vi publi.quod dicit esse notandum.¶ Tamen appellatione doctoris, non venit fœmina doctor, quando masculinum profertur à iure qualificatum, vt doctor medicus religiosus, videlicet in materia pœnali.vt in Cle.eos.& ibi doctores.de consangui. & affini.¶ Et nota,quòd etiam masculinũ comprehendit fœmininum,& in legibus,& in cõstitutionibus papę,vel iuris,seu episcoporum,pro quibus præsumitur,quòd nil iniquum comprehendant.Sed secus est in statutis laicorum.tenet Cardi.in Cle.prima,de sepult.2.quæst.¶ Fœmi
9 ninum† verò nunquam concipit masculinum. vt in.l.si.ita scriptum.& ibi Barto.ff.de lega.2.& Cardinal.in Cle.prima, de consangui.& affi. & Bald.& Alexan.in.l.Sed si hac.§.si liberos.ff.de in ius vocan.& gloss.in.l.prima.§.primo. ff.de constitu.pecu.Sed Barba.in cap.si quis presbyterorum.de rebus eccles. non alie.prima col.intelligit, quando exprimitur ab homine,tunc fœmininum non concipit masculinum. vt in dicta l.si ita scriptum .Secus quando exprimitur à lege.vt in di.l.adigere.in prin.ff.de iure patrona. Sed in contrarium dicit quòd est casus formalis in.c.quoniam.de simonia.quod dicit mentr'tenẽdum,quia est nouum.

Summarium.

1 Faciens per alium,an per se facere videtur,vel fraus præsumatur,vi.hic latè.
2 In pœnalibus,an habeat locum extensio.
3 Consequi an potest ex persona alterius,quod ex sua consequi non potest.

c Ni por otro. cQuia qui per alium facit,per se facere videtur.
1 †vt in.l.aretusa.ff.de statu homi.& ibi glo.& in l.vlt.ff.de cõd.instit.&.c.accedẽs.de pb. &.l. veteris.C.de cõtrah.stipul. &in.l.vnica.§.nec aũt. C.de cadu.tol.l.ad similitudinem.C.de episcopis & cleri.&.l.prima.§.deiecisse.ff.de vi, & vi arma.

arma. & tex. in. l. hæc ratio. §. sed si debitorē. versi. cæterum. ff. de dona. inter vir. & vxorē & ibi gloss. & quia eo ipso præsumitur fraus, quando fit, vel emitur per interpositam personam. vt tenet Bartol. in. l. si pupillus. §. fina. ff. de autho. tutor. & Iaso. in. §. itē si quis in fraudem. Institut. de actio. nume. 47. & Plat. in. l. 1. C. de prædiis curia. lib. 10. versi. tertiò nota. ∇ Sed hoc intellige fictè, vt est magis communis conclusio secundū Alexan. in. l. 1. ff. de verbo. obliga. colum. 2. num. 23. per. l. si pater. cum gloss. ff. quæ in fraud. credito. & l. si obstetrix. in princi. ff. ad. l. aquili. & ideo secundùm eundem statutum loquēs in persona facientis, & sic in casu vero, non trahitur ad facientem per alium, & sic ad casum fictū. vt in l. fina. C. de his, qui veniam æta. impetraue. & in l. prim. §. hoc interdictū. de cisterna. & ibi Bal. ff. de fonte. & in. l. 2. §. hæc verba. & ibi gloss. inducēdo. & Barto. ff. de negotiis gestis. Vnde in isto casu faciens per alium tanquam omisso à statuto erit puniendus per iura iuris communis, nō statuti. Sed vbi non reperitur punitus talis de iure communi, faciens per alium ex identitate rationis comprehenderetur in statuto per modum extensionis. Quia vbicunque statutum disponit aliquid præter ius commune, fit extēsio de vno casu expresso ad alium nō expressum ex identitatis ratione. Ita loquitur glo. in. c. cōstitutionē. in versicu. participationem. de sent. excom. in 6. & plenè notat Bal. in. l. omnes populi. ff. de iusti. & iure. in. 6. q. principali. secundùm Alexā. in. d. l. r. ∇ Nec obstat si diceretur, quòd in pœnalibus nō habet locū † extensio. vt in. §. pœnæ. & c. quicunque. 1. distin. & notat gl. in. §. Item mixta. Institu. de actio. vbi Ias. Quia respondetur secundùm Alex. vbi suprà, q̄ illud procedit, & in pœnis nō fit extēsio nisi essemus in casu in quo si non fieret extensio de facili posset elidi dispositio iuris pœnalis. vt glo. in. c. quanquam. de vsur. in. 6. in gl. fi. quæ extendit prohibitionem illius. c. loquentis de testamento ad prohibitionē codicillorum, nec si aliter diceremus illuderetur dispositio illius canonis. & ibi Gemi. & in Cle. 1. de sepul. & ibi Paul. de Liaza. benefacit. l. filiū. ff. ad Macedonia. ∇ Et ex isto tex. notatur q̄ quis non potest consequi ex † persona alterius illud quod ex persona sua consequi non posset. & facit tex. in. l. hæc ratio. §. videmus. in fine. ff. de dona. inter vir. & vxorē. vbi non solùm maritus, & vxor inter se prohibentur donare, sed nec per alias interpositas personas. contrarium tenet tex. & ibi vid. Angel. in. l. Aristo. ff. quæ res pignor. obliga. post. latissimè per Ias. in. l. si emāc ipati. C. de collationi. col. 2. nu. 5. vbi per multa fundamēta hoc tenet. quem omnino vide.

directe [d] durante [e]

Summarium.

1 Quæ directè nō conceduntur, nec per consequētiam.

[d] Indirecte.

[d] Nota tex. quòd ea, quæ directè nō cōcedūtur † nec per consequentiam conceduntur. cuius contrarium tenet Specula. in titu. de feudis. §. 2. versic. 31. per l. cùm probatio. ff. de probatio. vbi gloss. dicit q̄ aliquid conceditur secundariò, quòd principaliter non conceditur. vt. ff. de testa. l. qui testamēto. §. seruus. nam principaliter seruus non est testis in defectum tamen: siue secundariò est. & quoque aliquid indirectè probatur, & indirectè fit, quòd aliter non fieret. vt tenet Specula. in tit. de positio. §. septimo. versi. sed forte. numer. 17. in parte, veruntamen. ∇ Sed supradicta non obstant, quia loquuntur in probationibus, & testamentis, in quibus fit larga interpretatio. vt in. l. in testamentis. ff. de regu. iuris. & per totum titulum. C. & ff. de probatio. Sed in nostro tex. si in directè posset accipere, esset facere fraudem legi: & qui leges conantur fraudare, puniuntur, & earum priuilegiis merētur abuti. vt in. l. omnes. & ibi Iohan. de Plat. C. de metatis. & epedimetis. lib. 12. ideo noster tex. fuit rectè conditus.

Summarium.

1 Officio finito, iudex potest recipere munera, & alia prohibita. nu. 4.

2 Relictum factum alicui post officium, non censetur factum propter officium.

3 Si familia potestatis officio finito commisit aliquod delictum, syndici non debent de eo cognoscere, sed nouus potestas.

5 Iudex cōuenitur ex promissione durāte officio recepta, si finito officio fuit adimpleta.

6 Reliqæ officij & dignitatis durāt finito officio.

7 Iudex gaudet priuilegio, officio finito in tēpore syndicatus.

8 Offendens potestatem tempore syndicatus, vel familiā, punitur acsi offendisset tēpore officij.

9 Iudex finito officio non torquetur in memoriā prioris dignitatis.

10 Sicut nobilis clericus & doctor non possunt carcerari pro debito, an ita iudex finito officio, etiam si non sit soluendo. vide ibi.

c 1 Durante. cEo tamē finito, recipere po
teſt.† vt tenet Domi.in cap.
ſtatutum.§.inſuper.col.2. de reſcrip. in.6.& di-
xi ſuprà in glo.no recibira dadiua.col.2.verſicu.
Sed ſupradicta loquuntur. Et tenet in expreſſo
Iohan.de Pla.in.l.archiatri.C.de profeſſo.& me
dicis.lib.10.dicendo,q̄ eſt arg.illius.l.pro rec-
toribus ciuitatū, vt finito rectoratu poſſunt à ſuis
ciuibus recipere dona,& ea quæ recipere nō poſ
ſunt durante officio. ☞ Et facit quod tenet Bald.
in.l.amiciſſimos.ff.de excuſa.tuto.vbi dicit, q̄
2 relictum†factum alicui poſt officium,nō cenſe
tur factum propter officiū. ☞ Et facit quod tenet
Cataldi.in tracta.ſyndica.q.20.vbi ſi poteſtas,
3 †vel aliquis ex ſua familia finito tēpore ſyndica
tus cōmittit aliquod maleficium,ratiocinatores,
ſeu ſyndici non debēt de hoc cognoſcere,ſed no
uus poteſtas:quia iudices ſyndicatus tantùm ha
bent cognoſcere de illo,quod durāte officio cō-
miſerunt.vt patet in.l.lege Iulia.cum.l.ſequēti.
ff.ad.l. Iuli.repet.& idem tenet Paris de Pute.
in.d.tracta.ſyndi.in parte,an ſi poteſtas.folio.21.
n.8.quia poſt depoſitum officium durante ſyn-
dicatu non debent coarctari, niſi ſit grauiſsimū
crimē.per.l.1.&.l.diuus.ff.de cuſto.reorū. ☞ Sed
4 Bald. in.l. iuſgentium.§.quinimo†.ff.de pactis.
& in.l.pars literarum.ff.de iudi.& Paris de Pu
te.in.d.tracta.ſyndi.in parte,an finito officio,fo-
lio.194.dicant cōtrariū, imò, q̄ finito officio,iſta
dona, & munera non poſſunt iudices recipere:
quia quod fit in ingreſſu vel egreſſu officij, dici
tur fieri in officio.ar.in.l.1.§.beſtias.ff.de poſtu-
la.& quia poteſt præſumi durante officio pro-
miſſum fuiſſe.vt in.l.ſi ventri.§.fi.ff.de priuile.
credi.& in expreſſo tenet Ludo.Rom.in.l.prin
cipalibus.ff.ſi cert.peta.vbi ait, q̄ lex prohibens
officiales contrahere durāte officio, habet locū,
dū officialis eſt in ſyndicatu.allegat Bal.in.l.ſo-
lent.§.fi.ff.de offi. proconſu.& lega.in.5.q. vbi
concludit Bal. q̄ donatio prohibetur fieri officia
li,vt etiam cōtractus prohibetur etiā Paulo poſt
finitum officium. Et licet non dicat, poterat alle
gare gl. in ſimili in.l. Pomponius.§.ratihabitio-
nis.ff. de procurato. quam reputat ſingul. Imol:
in.l.ex conſenſu.§.eum qui.ff.de appella.co.25.
10 eſt ſimil.in.l.2.in prin.C.de iura.calum. q̄ paria
ſunt fieri ante vel poſt. ☞ Tamē his non obſtan-
tibus tene, q̄ finito officio poteſt iſta recipere,ſe
cundùm Laſ.in dict.l.principalibus.ff.ſi cert.pe-
ta.n.4.vbi tenet, q̄ quicquid dicat Ludo. Roma.
nō placet ſua deciſio ſibi:qa ceſſat ratio,qua fun-
datur prohibitio dict.l.principalibus.cum ſimi-
libus,ſcilicet timor impreſsionis metus: ſed quā
do eſt in ſyndicatu officialis non poteſt dici,
q̄ in. eo ſit metus impreſsiōis,ergo &c. Et licet
Laſ.non dicat,eſt glo.in.l.qui officij.ff.de cōtra-
hen.emptione.ibi. Item ſi finita militia, & q̄ fi-
nito officio poteſt iudex iſta recipere,tenet Pa-
ris de put.in dict.tracta.ſyndica.in parte,officia-
5 les.folio.87.in prin. ☞ Attamen†ſi promiſsio-
nem accepit officio durante, & talis promiſsio
fuit impleta,& ſoluta:tempore ſyndicatus,& ſic
finito officio, poteſt conueniri, cùm adhuc du-
6 rent reliquiæ † officij,& dignitatis, licet depo-
ſuerit adminiſtrationem. argumen.l.pro conſu-
le.ff.de officio procōſul. ☞ Et nomine rectoris ap
pellatur à lege,etiam poſt depoſitum officium,
durante tamen ſyndicatu.vt in.l.1.C.vt omnes
iudi.tam ciui.quàm cri.& ideo appellatur pote
ſtas vetus vulgariter.vt dictus Cataldi.quæſt.20.
7 ☞ Item adde,quòd finito officio, iudex † gau-
det priuilegio tempore ſyndicatus, quo ante,&
in officio gaudebat. tenet Hippolytus de Mar-
ſi.in ſingula. 179.& tenet Paris de Pute.in dict.
tracta. ſyndicat.in parte, an ſi poteſtas. folio.21.
numero.16.vbi dicit, quòd offendens poteſta-
8 tem†tempore ſyndicatus,vel familiam ſuam,pu
nitur,acſi offendiſſet tempore officij.vt in.l.pri-
ma.C.vt cauſ.poſt liber.& Bald.in.l.obſeruare.
§.proficiſci.ff. de officio procon.& lega. quæ-
ſtione ſeptima. & dictus Hippolyt.in dict. ſin-
gul. ☞ Quod eſt verum ſecundùm dict. Pari.de
put.vbi ſuprà,ſi eſt offenſus occaſione officij. &
gloſſ.in.§.illud. In authentica.vt iudi.ſine quo-
quo ſuffra.in verbo,mortis.colla.ſecūda.dicit, q̄
punitur capite,inferens iniuriam officiali, du-
rante ſyndicatu, ſicut in officio. Quod eſt ve-
rum in officiali, qui habuit manus mundas.
vbi Angelus dicit eſſe idem in aſſeſſoribus, &
iudicibus. Et Andre. de Iſernia in conſtitutio-
ne regni,quæ incipit, Magnæ curiæ.diſputan-
do tenet, quòd officialis finito officio dicitur
officialis,& poſsit magna curia cognoſcere de cō
miſsis per eum in officio, à quo eſt depoſitus.
& idem tenet Paris de Put.in dict.tracta.ſyndic.
in parte, per ſyndicatores. folio.18.licet dicat,
quòd Bar.in.l.Item quæritur.§.qui impleto.ff.
locati.dixerit, quòd officialis finito officio non
dicitur officialis, ſed non licet eis inferri iniu-
riam,aliàs inferentes puniuntur, & efficiuntur
infames.vt in.l.iudici.ff.de iniuriis.coniuncta.l.
illud.ff.de appel. vbi Bar.dicit, q̄ extraordinariè
9 puniuntur. nā† lex fauet eis, finito officio, in
memoriam prioris officij, & dignitatis, quòd
non torqueantur.vt in.l.diuo Marco.& in.l.mi-
lites. C. de quæſtio. vbi dicit ſingulariter Bart.

quòd

q̄ cùm quidam miles fuiſſet poteſtas, & ſtaret ad ſyndicatum, & eſſent contra ipſum aliqua iudicia de delicto, & ſyndicatores vellent ipſum poteſtatem torquere, ipſe conſuluit, q̄ torquere nō poterat: quia decuriones poſt decurionatum nō torquentur in reuerentiam prioris dignitatis. vt in.d.l.diuo Marco. nam ipſe officialis fuit pater ciuitatis. vt in.l. fi. C. de incolis. lib. 12. & ibi dicit quoque de poteſtate Bononiæ, quia tanquam patri actio famoſa non debet inſtitui contra ipſum. vt in.l. hic q. §. liberi. ff. de accuſa. quia reliquiæ priſtinæ qualitatis etiam abolitæ, multùm operantur. vt per Feli. cap. quæ in eccleſiarum. de conſtitu. col. 50. & Dynus in regu. decet. de regul. iuri. in. 6. ℣ Et vi. Bal. in. d. l. obſeruare. §. proficiſci. q. 6. vbi ait, q̄ debetur reuerentia, dum eſt in ſyndicatu, ac ſi duraret officium. Vnde infert, quòd ſi quis intulerit iniuriam, debet puniri, ac ſi eſſet illata officio durante. ℣ Et ex hoc infertur, q̄ ſicut dans alapam poteſtati, capite punitur. vt Bal. in. c. 1. §. iniuria, de pace iura. firma. in vſi. feud. ita eſt dicendum de dante alapam poteſtati, exiſtenti in ſyndicatu. ℣ Vi. tu Iaſ. in. d. l. principalibus. ff. ſi cert. peta. 4. col. vbi Butr. allegando Bal. in. l. tribunus. in prin. ff. de teſta. mili. & Angel. dicendo, q̄ ſi ſtatutum diſponit, q̄ qui offendit poteſtatē puniatur capite, intelligitur de eo, qui eſt nunc in officio, licet non dum receſſerit de ciuitate. & vi. Bal. vbi idem tenet in dict. §. proficiſci. 3. q. & allegat tex. in. l. affinitas. ff. de poſtulan. ℣ Quod facit ad extenſionem. l. 5. titu. 12. lib. 8. in ordi. regali. vbi ponuntur pœnæ contra occidentes, ſeu vulnerantes iudices, & algazelos, q̄ habeant illæ pœnæ locum contra offendentem iudices tempore ſyndicatus, ſi ratione officij præteriti offenduntur. quod nota. ℣ Ad idē facit: quia ſicut nobilis, hoc eſt fidalgus, pro † debito nō poteſt carcerari. vt in. l. 4. titu. 2. lib. 4. in ordi. regali. nec clericus etiam per ſuum iudicem eccleſiaſticum. vt Alex. in additio. ad Bar. in. l. ſi quis in ſeruitute. ff. de furtis, in additione, iuxta hoc quæro quaſi in fine, & nec doctores legum & medicinæ. vt doctor del Caſtil. in. l. 66. de Toro. in gl. a ſe arraygar. col. 6. verſi. Item doctores. Ita nec iudices pro debito, pro quo ſunt condemnati, non poſſunt carcerari finito officio, etiam ſi nō ſint ſoluendo, ſed tenentur ſolùm inquantum facere poſſunt. vt tenet Bald. in. l. quæ fortuitis. C. de pignora. actio. columna quinta. numero. 15. & ſequitur Alexand. in additio. ad Bartol. in. l. ſi filiusfamilias iudex. ff. de iudiciis. quod nota. Tamen contrarium tenet Bald. in capitulo, iudices. de pace iura. firmand. in vſibus feudo. numero 2. vbi tenet, q̄ ſi iudex condemnatus in ſyndicatu non poteſt ſoluere condemnationem, debet puniri pœna corporali. Sed dicit, q̄ de cōſuetudine eſt, q̄ ponatur in carcere donec ſoluat.

tiẽpo de ſu officio de cuya mano[f] aya de venir a el y a ſu prouecho. Ni recibā masde ſu ſalario y derecho, que ju

Summarium.

1 Fraus fit de perſona ad perſonam.
2 Magnas cui ex forma ſtatuti prohibetur emere poſſeſsiones, & facit Chartam dicere de famulo ſuo, contractus non valet.
3 Fraus fit de re ad rem: vt ſi eſt prohibitum extrahi frumentum, non poteſt extrahi farina.
4 Fraus fit de contractu ad contractum.
5 Fraus præſumitur de modo ad modum.
6 Fraus fit de nomine ad nomen.
7 Fraus fit de tempore ad tempus.
8 Fraus fit de quantitate ad quantitatem.
9 Iudex accipiendo munera in aliquo foramine parietis per aliquem poſita, punitur.
10 Facere fraudem legi, & facere contra legem, parificantur.
11 Caſus, in quibus fraus & dolus præſumitur.
12 Inſtrumentum ſimulatum, largo modo dicitur falſum.

[f] De cuya mano. [f] Quia hoc modo munera recipiẽdo, fit fraus legi, & punitur. vt in. l. oẽs. & ibi Iohā. de Plat. C. de meta. & epedi. lib. 12. & text. & docto. in. l. non dubium. C. de legibus. vbi tenet Pau. de Caſt. per. l. pe. C. quod metus cauſa. q̄

1 ſit fraus † de perſona ad perſonā: quia q̄ iudex facere nō poterat per ſe, facit fieri in perſonam vxoris, filij, vel alterius, quia vterque iſtorū dicitur cōmittere in legem, quod eſt generale verbum, & cōprehendit vtraſque ſpecies. ℣ Et tenet

2 Peregri. in parte, fraus. q̄ ſi † ex forma ſtatuti, p̄ hibetur Magnas emere poſſeſsiones, & ipſe fecit chartam dicere de quodā famulo ſuo populari, q̄ non valet contractus, quia fit fraus de perſona ad perſonam. quod facit ad extenſionē tex. in. c. 2. infrà. eod. ibi. ni compre heredad alguna.

3 ☞ Et quoq; dicit Peregrina, ꝙ fit fraus † de re ad rem. vt si est prohibitum in districtu extrahi frumentũ metu caristiæ, nõ poterit extrahi farina, quia fieret fraus de re ad rem, licet frumẽtum & farina non sit idem, imò sunt diuersa. vt in l. quæ situm. §. illud fortasis. ff. de lega. 3. & vide quæ dicam infrà in. c. 52. in gl. en la tierra.

4 nu. 19. ☞ Item fit de cõtractu † ad contractũ, putà prohibitus donare, fingit se vendere, & talis cõtractus est nullus ratiõe fraudis, & ratione simu

5 latiõis. ☞ Quoque præsumitur de † modo ad modum, putà mulier quæ non potest fideiubere, fingit se principalem: quia ista fraus quoque reddit contractum nullum, non obstãte, ꝙ sit color quæsitus. Ex quo infertur, ꝙ prohibitum nõ potest sub aliquo colore intentari. vt glo. in l. fraus.

6 de legi. ☞ Item fit fraus de nomine † ad nomen, putà ille, qui non potest esse assessor, facit se vocare cõsiliarium. Facit qđ notatur in. l. 1. C. de priuile. scholari. lib. 12. & ibi glo. tenet, ꝙ ille, qui nõ potest reformari in potestatem, non potest mutato nomine reformari in defensorem. Item in eo, qui non potest tenere cõcubinam, vocat eam sororem, vel famulam. ☞ Item fit fraus de tempore

7 ad tempus. † vt in. c. 1. de renuntia. lib. 6. Item dicit Bonifa. vbi suprà, qui Peregri. vocatur, ꝙ quãdoque committitur fraus procrastinãdo factũ. sicut glo. in. d. l. nõ dubium. dicit de Alberto de Calui, qui mutuabat frumentum tempore vbertatis, & nunquam faciebat verba rusticis, quibus mutuabat, imò ipsis offerẽtibus procrastinabat: ista fraus sibi non patrocinatur. vt notatur in. l. nulli. C. de eroga. milit. lib. 11. ☞ Quoq; fit fraus

8 de quantitate ad quantitatem. † Ex quo infertur, ꝙ si statutum prohibet solicium vini vendi vltra sex denarios, & tabernarius addit castaneam, vt habeat decẽ denarios, ꝙ ipse debet puniri: quia castanea non est digna isto pretio superaddito, vnde præsumitur fraus. ☞ Quod facit quoque ad pragmaticam factam per nostrũ regẽ Carol. Toleti, anno. 1528. vbi cauetur, ꝙ pretium mulæ, seu trotoni, sit quadraginta ducatorum & infrà, & ꝙ plus non possunt emi, nec vendi: ꝙ si quis vendidit mulam quadraginta aureis, & guarniamenta aliis quadraginta aureis, ꝙ nõ potest fieri, quia fieret fraus legi de quantitate ad quantitatem. tenet ad literam Bal. in. d. l. non dubiũ. 4. col. versi. septimò fit fraus. vbi in. d. l. Bal. ponit istos modos fraudis, quem vide. ☞ Et per supradicta te-

9 neo, quõd si aliquis non † dat iudici munera, nec alius pro eo, sed talia munera posuit in quodam foramine parietis, vel in alio loco, vbi iudex accepit, ꝙ talis iudex punitur: quia præsumitur de fraude, quando donatio, vel vẽditio facta est clã, vel in occulto. argum. in. l. fi. ff. de ritu nuptia. & l. nõ existimo. ff. to. ☞ Et facit: qa de administra. tuqui facit † cõtra legẽ, vel in fraudẽ

10 legis, parificãtur quantã ad pœnas legales. vt in l. non dubium. & ibi Bal. & docto. & quia mens istius tex. est, quòd nullo modo talia recipiat: & punitur qui facit contra mentem legis, sicut ille, qui facit contra mentem & verba. Et ratio est: quia virtus legis principaliter consistit in mente. est enim mens, idem quod ratio legis. vt notat Dy. in regula finali. de regul. iur. in. 6. & Bal. vbi suprà & Paul. de Castro ibi. numero. 3. dicit, ꝙ virtus legis non consistit in verbis, sed in vi, & potestate eius, ideſt, in intentione, seu sensu vt in l. scire leges. ff. eodem. & talis fraus non debet alicui prodesse. Cy. & Bal. in. l. si infantem. C. de lega. & Specula. in titulo de cessione actio. §. primo. versi. ex præmissis. & in titul. de appella. §. 4. versi. sed secundùm. ☞ Vi. tu Lucam de penn. doctorem excellentissimũ, & penè diuinum in. l. quemadmodum. C. de agrico. & censi. lib. 11. co-

11 lumna. 2. vbi per. 8. colu. sequentes ponit † . 223. casus, in quibus præsumitur fraus & dolus. Et aliquos ex dictis ponit Petrus de Ferra. in forma libelli, in actione reali, in parte, veris ac legitimis documentis numero. 53. verfic. sed qualiter de fraude probabitur. ☞ Quibus adde vnũ, quòd didici à Barb. quòd aliqñ mihi honorem fecit, ꝙ si actus diu stetit occultus, præsumitur fraus, & ex tali occultatione longinqua contractus præsumitur simulatus, & fraudulosus. vt Barb. in consilio. 7. in fine. 4. columna, cum princ. ☞ . in. 2. volu. consilio. allegãdo Bal. in. l. fraus. ff. de legibus.

12 vbi quoque tenet, quòd simulatum † instrumẽtum largo modo dicitur falsum. quod nota.

de su auditorio, [8] so la dicha pena.

ad reconciliationem. vt per Bald.in.l.cùm affir mes.C.de liber.cauſ.& in.l. tranſigere.C.de trã ſa. nu.13. col.3. ℣ Quinimo ſi iudex in crimina libus ante punitionem delicti, & ante ſolutio nem pœnę cogit offenſum ad pacem cum delin quente,tenetur in ſyndicat.ſecundũ Bal. in.d.l. cùm affirmes.& tenet Amod. Iuſti.in tract.ſyn di. in parte, Item in eo q̃ plures innocẽtes.col. 6. verſic. Item tenetur.& idem Bald.in.l.1.ff.de offi. præf.vrb.& in cap.1.de pace tenẽ.glo.in.c. per venerabilem.de ele. & Bart.in.l. ambitioſa. ff.de decretis ab ordi. facien. Notat Bart.in.d.l. quos prohibet.ff. de poſtulan.dicens,q̃ pax nõ poteſt fieri per iniuriatum ante condẽnationẽ. allegant glo.ſingu.in.l.2.ff. ad Sillania.& quod notat Bald. in.l. ex ſtipulatione.C.de ſenten.& in.l. 1.§. quies.ff. de offi.præfe. vrb. & Iohan. Andre. in additio.ad Specula.in titu.de pigno. §. ſequitur.verſi.q̃ ſi timeo.Sed intelligo Bar.in d.l. quos prohibet.ſcilicet. q̃ pax nõ poteſt fie ri ante condẽnationem,eſt verum per compul ſionem iudicis,ſecus ex volũtate partis.vt text. in.l.22.titu.1.par.7.& tex.& ibi docto. in.l.tran ſigere. C.de tranſa. ℣ Quę pax poteſt fieri etiam poſt latam ſententiam.vt Bart.in.l. quid ergo.§. pœna grauior. ff.de his,qui not.infa. nu.7. Per quod. d. Bart.extenditur.d.l.parti. quæ dicit,q̃ debet fieri ante ſententiã:& ſic quòd non ſolùm ante ſententiã, verũ etiam poſt ſententiã poteſt fieri.quod nota.& idem tenet Alex.in.l. iuriſgẽ tium.§. ſi paciſcar.ff. de pactis. nu.1. ſi renuntiat ſentẽtiæ pro ſe latæ.per glo. in.l.ſi diuerſa. C.de tranſa.& ibi quoque Alexã.nu.3. & vide Bald. ſingula.in cap.niſi ſpecialis. de officio delegati. nu. 1. vbi ait, quòd ne offenſus patiatur dãnum in re ſua,poteſt remittere pœnam ſententialiter impoſitam ad ipſius querelam,ne propriũ ſuum perdat. quod dicit notandũ per tex.vnicũ in.l. qui pœnæ.ff. de manumiſſi. ℣ Quoq; intellige, q̃ poſt condẽnationem,& ſolutionẽ pœnæ po-
23 teſt iudex cogere ad pacẽ, quando † reſpublica inquietaretur,& inimicitia eorum eſſet ſcãdalo ſa in republica,quia tunc ad pacẽ poteſt cõpelle re.vt in.l.ſi quis ingenuã.§.in ciuilibus.ff.de ca pti.tenet Bar.& Pau.de Caſt.in.l.furti.§ qui iuſſi.ff.de his,qui not.infa.& idẽ Paul.de Caſt. in l.quidã extimauerũt.ff.ſi cer.pet.nu.6.vbi dicit
24 q̃ iudex † poteſt cõpellere partes ad cõpromit tendũ,quando videt per viã iudicij, vel ſenten tiæ nõ poſſe bene ſedari diſcordia inter partes, & q̃ ſit oriturũ inter eas ſcandalũ,prout frequẽ ter cõtingit.arg.in.d.l.æquiſsimũ.aliàs ſecus. Et ita debet intelligi ſecũdùm eum,quod tenet Bal. in.d.l.ex ſtipulatione.& iſta opinio Paul.tenet Alex.in.d.l.quidã æſtimauerunt.nu.4.& dicit, q̃ eam amplectitur Bal.in.c.cùm eccleſia vulter rana.de electione.ad finẽ.licet Bald.in.d.l.ex ſti pulatione.expreſsè tenet, quòd iudex etiã pro pter timorem ſcandali non poſſet partes cogere ad cõcordiam.vide quæ dicam in.c.6.infrà eod. in glo.pobres.nu. 25. ℣ Intantum iudex debet
25 occurrere ſcandalis,q̃ ſi aliqui † contendunt de poſſeſsione,& vterq; properat ad occupandũ, & veriſimiliter poſſet veniri ad arma inter eos, poſſeſsio ſequeſtrabitur, & mãdabitur vtrique, ne accedat ſine licentia iudicis:& ſi poſt interdi ctũ iudicis accedit,punit, & reuocabitur ſtatim à poſſeſsione.vt tenet Bal.in.l. edicto diui.C.de edicto diui Adri.tollẽ.1.col.nu.3.& eſt tex.in.l. çquiſsimũ.§.ſed ſi inter duos.aliàs eſt lex ſi vſuſ fructũ.§.ſed ſi inter duos.& ſequitur ibicõ.l.çquiſ ſimũ.& tenet Abb.idẽ quod Bal. in.c. dilectus. de ſequeſtra.poſſe. & fru. licet de Bald. nullam mentionẽ faciat.nu.10.&.12.& Bald.in.l.fi.C.de ordi. cogni. faciũt cumulata per Feli. in.c.nihil cum ſcãdalo.de præſumptio. ℣ Quod intelligi tur verũ ſecundùm Alex. in additio.ad Bart.in d.§.inter duos.Si neuter contẽdentiũ poſſideat: quia ſi vnus poſſideret, non poſſideti inhiberẽ tur poſſeſsio,& non poteſt ſequeſtrari. Bald.in l. 1. col.1. verſi.quædam eſt.C.de ſequeſtra.pro hibi.& idem Bald.in.l.fi.C. de ordi.cogni.& in c.2. col.2.de vita & honeſta.cleri.& in.l.ordina rij. C.de rei vendi. Quod refert, & ſequitur Iaſ. in.d.l.quidam extimauerunt.3.col.nu.4.vbi di cit hoc eſſe quotidianum: quia propter metum armorũ non debet fieri ſequeſtrũ, nec recedi a tramite iuris, niſi quãdo dubiũ eſt de poſſeſsio ne:ſecus quando vnus poſſidet,alius non.& idẽ tenet Hippo.de Marſi.in ſua practi.crimi.§.pro cõplemento.fin.col.nu.45. & idẽ tenet additio. Abb.in.c.examinata.de iudic.in additione,quę eſt in nu.13.col.4.in parte,ſi iudex. vbi tenet, q̃ iudex præcipiat nõ poſſidenti vt non moleſtet poſſidẽtẽ ſub certa pœna. Item tenet Petrus de Ferra.in ſua pract.in forma libelli ſequeſtri.col. 2. nu.6.verſicu.ſed circa.& vltra eos allego glo. in cap. accedens. el primero. vt lite non conteſta. in parte, turbare.

Summarium.

1 Adunatio dicitur cum vno tantùm.nu.10.
2 Stante ſtatuto, quòd puniatur producens teſtes falſos, habet locum in producente vnum teſtem falſum.

3 Teſtator iubens bona ſua diſtribui inter pauperes, poſſunt in vnum diſtribui.
4 Proteſtatio quæ debet fieri coram vicinis ſufficit ſi fiat coram vno.
5 Appellatio quæ debet interponi coram honeſtis perſonis quando copia iudicis nō poteſt haberi, ſufficit ſi appellatio interponatur coram vna honeſta perſona.
6 Plurale ponitur pro ſingulari.
7 Pluralis loquutio, an vno numero ſit contenta.
8 Decedere non dicitur ſine liberis, qui ex matrimonio vnicam filiam relinquit.
9 Medici quando plures requiruntur, ſi in loco non poſſunt haberi, an ſufficiat vnus.
10 Statutum diſponens, quòd accedens ad domum alterius cū hominibus armatis puniatur, an verificetur, ſi acceſſerit cū vno homine armato.

d 1 **Ninguno.** [d] Nota text. quòd partialitas, & confœderatio † cū vno ſolo contrahitur. idem tenet Bar. loquendo in adunatione in. l. ſi rixa. 3. col. ff. de ſicariis. & in. l. ſi criminis. C. de vi publica. vbi dicit, quòd formæ actionum coadunatæ debēt intelligi, etiā ſi adunauit vnū. per. l. 2. §. 3. ff. vi bono. rapto. q̄ dicit menti tenendū. ☞ Et facit quod tenet in. d. §. 3. vbi dicit in ſimili, quòd ſtante ſtatuto, quòd
2 ſi quis produxerit teſtes † falſos puniatur, quod habet locum in producente vnum falſum teſtē. Et vi. Alex. & Iaſ. in. l. gallus. §. quid ſi is. ff. de liber. & poſthu. 1. col. vbi idem tenēt. & Alberi cus de Roſa. in. 2. part. ſtatu. quæſ. 28. & ibi dicit quòd idem ſit, ſi ad vnum actū probandum producat duodecim in eadem cauſa, non debet puniri pro quolibet, niſi pro vno, quia eſt vnum delictum. Secus ſi in diuerſis cauſis ad diuerſa facta probanda. ☞ Item facit: quia ſi teſtator
3 † iuſsit bona ſua diſtribui inter pauperes per Titium, quòd Titius poteſt in vnum diſtribuere, licet in hoc contrarium tenet Bar. per ea, quæ habentur in. l. 2. ff. de optione lega. & Alexā. in dict. l. gallus. §. quid ſi is. quia in expreſſo tenet Paul. de Caſtro. in. l. cùm quidam. ff. de lega. 2. nume. 4. dicendo, quòd prima opinio eſt vera, & ſic quòd in vnū poteſt diſtribui, quādo eſt facta electio cū diſcretione, & iuſta cauſa, ſi bona non multùm valēt, & ille multùm meretur, quia nobilis, & virtuoſus, & cum illis bonis poteſt aſcēdere ad magnum gradum, & ſic relinquitur arbitrio ſuperioris, vt epiſcopi. ☞ Facit ad idem, quod tenēt Bart. Alex. & docto. in. l. de pupillo. §. ſi quis ipſi prætori. ff. de noui oper. nuntia. maximè ibi Alex. in fine, vbi ait, quòd quando
4 timetur de prætore, † de denuntiatione, debet proteſtari coram vicinis, & ſufficit probari per teſtes, quòd coram vno tantùm vicino facta fuit proteſtatio. ſecūdùm Specu. in titu. de primo & 2. decreto. §. iam de effectu. verſi. quid ſi nūc ſuffi

ninguno, [d] ni alguceret. Lapus allega. 38. alias. 40. vbi ad hoc allegat. l. vt perfectius. cum glo. in verſicu. tabularū. C. de annali excep. & c. vt circa. de electio. in. 6. & Romanus ibi in. d. §. ſi quis ipſi prętori. dicit, quòd alibi nō reperitur tactum, & quòd omnes ſcribentes ita volunt, maximè Anto. de Butri. in cap. paſtoralis. §. præterea. de offi. delega. & idem tenet Imol. in. c. fina. de apella. ☞ Vbi quo
5 que tenet Imol. quòd appellatio, † quæ debet interponi corā honeſtis perſonis, quando non poteſt haberi copia iudicis qui ſententiā tulit, ſufficit ſi appellatio interponatur corā vna honeſta perſona, adhibitis tantū teſtibus. per tex. in. d. l. vt perfectius. & Abb. in. d. c. paſtoralis. §. 1. de offi. delega. ☞ Et ſic q̄ plurale †
6 ponitur pro ſingulari. vt in. l. diuus. in fi. ff. de peti. hæredi. & inſt. 2. §. exactis. ff. de origi. iuri. glo. in. l. falga. ff. de condi. & demonſtr. & glo. in princi. Inſtitu. de iure perſona. Et non ſolùm in materia fauorabili, verunetiam in pœnali, & ſic odioſa plurale ponitur pro ſingulari. Bar. in. l. ſi quis alteri. per illum text. cum gloſ. C. ad. l. Iuliam. maieſta. quia licet omnes leges loquantur in plurali, & dicant, præcedentibus indiciis, tamen ſufficit vnum indicium, & ſic in materia odioſa plurale pro ſingulari ponitur. vt tenet Iaſ. in. d. l. gallus. §. quid ſi is. num. 3. ☞ Vbi dicit, quòd facit quod tenet Bal. in. l. 1. 1. notabi. C. de conditio.
7 inſerti. vbi pluralis † loquutio vno numero eſt contenta. vbi infert Bald. quòd ſtante ſtatuto, quòd ſi ſuperſunt maſculi, non ſuccedat ſoror: quòd ſi extat vnus ſolus maſculus, ille excludit ſororem: quia naturalis ratio magis attenditur, quàm pluralis loquutio. ☞ Item facit ſecundùm Bald. quòd ſtante lege, vel ſtatuto, quòd ſi
8 mulier deceſſerit ſine liberis, vir lucretur † dimidiam dotis: quòd non dicitur decedere ſine liberis, quando vnicam filiam ex eo matrimonio relinquit. facit text. in. l. non eſt ſine liberis. ff. de verborum ſignificatio. ☞ Item facit, quòd ſi teſtator dicat, ſi deceſſerit ſine liberis, quia ſufficit decedere cum vno. vt eſt glo. in. l. ex facto. §. primo. & ibi Bart. ff. ad trebellia. & idem dicit Bald. in dicta. l. 1. C. de conditio. inſertis. generalius, quòd extante ſtatuto, quod exiſtentibus filiis maſculis, filiæ fœminę non ſuccedant,

idem

idem erit, si vnus masculus tãtùm extabit. secundùm Alexan. & Ias. in dicto. §. quid si is. ℣ In simili vi. tu Abb. in cap. proposuisti. de probatio. num. 4. versi. & primo. vbi tenet, quòd
9 licet plures periti † & medici requirantur in arte attestationis, si in eodem loco plures possunt haberi, sunt adhibendi, aliàs sufficit vnus solus. Bar. in l. 1. §. 1. de ventre inspiciẽn. & in. 1. constitu. digestorum. per tex. in authen. de non alienãdis. §. quod ait. col. 2. versi. vt neq;. & ille tex. est multùm notabilis: quia probat hoc dictũ. & idem tenet Paul. de Castr. in. l. qui luminibus. in fi. ff. de seruituti. vrba prædi. & per Ange. in. l. quòd si nolit. §. si mancipiũ. ff. de ædilitio edicto. ℣ Sed contra nostrũ text. tenet Ias. in. d. §. quid si is. d. legis, gallus. nu. 12. dicendo, quòd si statutum disponat, ꝙ si aliquis accesserit ad domũ alterius cum hominibus armatis, puniatur certa pœna. vt in. l. 11. titu. 4. foro legum. lib. 4. vbi ponitur pœna congregantis gentem ad malum, ꝙ non habet locum, si ac-
10 cesserit cũ † vno homine armato. secũdùm Bal. in l. iubemus. §. sint autem. per text. ibi. C. ad trebellia. & idem tenet Montal. ibi, in glo. illius. l. fori. quia nõ est eadem ratio. nam grauior est injuria, quæ fit à pluribus, & materia subiecta requirit pluritatem. vt. ff. de testam. in. l. vbi numerus. ℣ Secus verò dicit, quando statutum vtitur nomine collectiuo, vt quia dicit, si quis accesserit cum familia. vt in dicta. l. fori. & non habet nisi vnum in familia, tunc punitur: quia hoc nomen etiam in vno verificatur. vt in. l. sint autem. & ibi Bald. C. ad trebellia. vbi Bal. dicit, quòd si statutum dicit, ꝙ si quis accesserit cum familia, habet locum in eo, qui cum vno accessit, cùm plures in familia nõ haberet. & sic intelige dictum Ias. vbi suprà. & sic dicta. l. fori verificetur in coadunante virum solum. secũdùm Montal. ibi. & tenet iste tex. & facit text. in. d. l. 2. §. sed si vnus. ff. vi bonorum rapto. ℣ Et Alex. & Ias. in. d. l. gallus. §. qd si is. volũt concordare Bal. cũ. d. §. sed si vnus. & dicunt idẽ, quod Mõtal. scilicet, ꝙ maior iniuria fit accedendo ad domũ alicuius cum pluribus armatis, quàm si accedant cũ vno. tex. est notabilis in. l. si plures serui. ff. de iniuriis. & ita procedit decisio Bal. in. d. l. iubemus. sed quantũ ad dãnum si quis violenter rapiat, putà centũ, tantũ dãnum infert rapiendo cũ vno homine, sicut si raperet cum mille hominibus. & ita loquitur. d. §. si vnus. ℣ Sed quid dicemus de. l. 1. tit. 10. lib. 4. in ordi. regali. vbi dicit, quod nemo faciat adunationem associatam, nec congregationem gentiũ sub pœna ibi posita: an si aliquis faciat istã associatam, seu adunationem cũ vno homine, puniatur pœna: de qua in. d. l. quod videtur per supradicta. sed tu dic. cõtra, per verbum, gens, positum in ea, quod verbum verificatur in quatuor hominibus. vt Bart. in. d. l. 1. ff. de probatio. quod nota ad intel. illi?. l. fori. & dixi suprà in gl. no se jũtarã.

nos regidores, ni caualleros, ni otras personas[e] algũas de los tales pueblos,[f]

e **Personas.** [e] Quæ veniant appellatione personæ, dixi latè in cap. 1. in glos. de ninguna persona. & sic quòd cum illis personis, & vniuersitatibus contrahitur adunatio, confœderatio, & partialitas: siue sint ecclesiasticæ religiosæ, vel cuiuscunque qualitatis, & etiam si fiat cum muliere, vt dixit Paul. de Castro in. l. 1. §. iusgentium. in princi. ff. de iusti. & iur. & dixi in glo. 1. illius. c. nu. 2.

Summarium.

1 Partialitas contrahitur etiam cum forensi, si ibi sæpe conuersatur.
2 Statutum ciuitatis habet locum in forensem, & contra eum, si ibi continuè conuersatur.
3 Contrahere non potest iudex cum forensibus, qui conuersantur in loco suæ iurisdictionis.
4 In conuersatione decẽnium requiritur.
5 Conuersatio, an faciat quem de foro.
6 Scholaris non efficitur incola alicuius loci ante decẽnium: & ideo de contractibus, & delictis alibi commissis non potest conueniri in loco studij.
7 Conuersatio, seu habitatio assidua, an sufficiat, etiam si non sit decẽnalis.
8 Domicilium an dicatur quis contraxisse, quando vendidit bona, & possessiones, & contulit se in alium locum, in quo emit domum, & possessiones.
9 Domicilium, an constituatur per decẽnium.

f **Tales pueblos.** [f] Idem crederem, & tenerem, quòd in pœnam confœderationis, adunationis, seu partialitatis iudex incurrit, si eam habet non solùm cum subditis suæ iurisdictiouis, verun
1 etiam cum forensi, † si ex eius adunatione, &

partialitate aliquis damnum recipiat, si talis forensis erat homo, qui sæpe, & quasi continuè ibi conuersabatur, vel vtebatur. Quia licet sit verum, quòd forensis dicatur ille, qui non est subditus, nec habitat in eadem ciuitate, nec habet ibi domicilium, vt Paul. de Castro. consilio. 193. col. vlti. & in consi. 9. & Feli. in cap. quoniam. de offi. ordina. in principi. non habet locum in forensem, qui continuè ibi conuersabatur, vel vtebatur: quia iste pro ciue, & subdito reputa-
2 tur: & contra eum extenduntur † statuta ciuitatis, & non potest allegare ignorantiam. tenet Gandi. in tracta. malefi. in titu. de rebus portan. contra deben. nume. 7. in fine. & Iaſ. in. l. cunctos populos. C. de ſumma trinita. & fide catholica. nume. 67. cum ſequentibus. & Hippolyt. de Marſil. in. l. fin. ff. de iuriſ. omnium iudi. nume. 81. in repetitio. ☞ Et cum talibus forenſi-
3 bus, qui conuerſantur † in loco, iudex non poteſt contrahere: & ſi contrahit, contractus eſt nullus. vt tenet Alexan. in. l. principalibus. ff. ſi cert. petat. nume. 4. verſicu. quartò limita. & facit text. iuncta gloſſa. ibi in. l. quiſquis. C. ſi certum peta. ibi, ſi in prouincia fuit verſatus. ☞ Sed quod tempus in iſta conuerſatione requiritur? Angel. in conſilio. 27. dicit, quòd in iſta
4 † conuerſatione requiritur decēnium, loquendo quando quis dicatur contrahere incolatum. vbi dicit, quòd conſuetus conuerſari in ciuita-
5 te, talis conuerſationis † vſus non facit quem, de foro, niſi vſus ſit aſsiduus, vt per. 10. annos cōtinuos. ſecundùm Cy. in. l. 2. C. vbi ſenato. vel clariſsi. vbi hoc expreſsè dicit. Et facit quod notat Innocen. in. c. ex parte. de foro compe. & idē tenet Alex. in conſilio. 165. in. 6. volu. conſiliorum. nume. 3. ☞ Tamen Bart. ibi in. l. 2. C. vbi de crimi. agi opor. dicit, quòd licet tales non habeant ibi domicilium, ex conuerſatione aſsidua ſortiuntur ibi forum, & poſſunt ibi conueniri. Quod eſt conſiderādum: quia prædicti expreſſe dicunt, quòd aſsidua conuerſatio domicilium non inducit, ſed quòd facit quem ſortiri forum. ita Bart. vbi ſuprà, & Feli. in cap. dilectus. de reſcrip. col. 6. verſi. ad domicilium ſortiēdum. vbi dicit, quòd cautus debet eſſe ille, qui fundat ſe in aſsidua conuerſatione, vt deducat dictū tempus. 10. annorum. Idem tenet Bald. in. l. 1. verſi. quarto quæro. C. vbi de crimi. agi opor. dicens
6 poſt Iacob. Butri. quòd ſcholaris † nō efficitur incola alicuius loci ante decēniū: quia quotidie videtur eſſe in via, donec eſt in ſtudio: & ideo de contractibus, vel delictis cōmiſsis alibi non poteſt cōueniri in loco ſtudij. ☞ Sed ſecundùm Felin. vbi ſuprà, eſt aduertendum, quia multi tenent ſufficere conuerſationem aſsiduam,
7 † etiam non decennalem. ita Innocen. in. c. dilecti. de foro compe. & Salyce. in dicta. l. ſenatores. & in dicta. l. 2. C. vbi de crimi. agi opor. & Cardi. in cap. ex parte. de foro compe. dummodo ex coniecturis non appareat eum de loco receſſurum. & ibi Abb. latè col. ſecūda. dummodo etiam habeat certam partem fortunarum ſuarum in illo loco. per illum text. videtur tamen Abb. ibi requirere hoc ad finem, vt quis dicatur ſortiri ibi domicilium. Sed ad finem, vt poſsit ibi conueniri, videtur velle, quòd ſufficiat aſsidua conuerſatio. Et pro iſta parte vide latè vltra omnes Maria. in cap. fina. de foro competen. colum. 16. vbi vltra alios conſiderat, quòd nō reperitur text. qui dicat, quòd requiratur habitatio decēnalis. Nec obſtat. l. 2. C. de incolis. quia reſpondetur, quòd iura loquētia de habitatione, intelliguntur, quando quis efficitur per ea incola. vt in dict. l. 2. C. vbi ſenato. vel clari. & notat Innocen. in dict. cap. ex parte. ſecundùm Feli. vbi ſuprà, vbi dicit, quòd ex dictis Mariani licet multa ſcribat, tres caſus ordinat. ☞ Primus, quando ſola habitatio non habet aliam cauſam, aut actum adiunctum ſignificatiuum aſſumpti, vel non aſſumpti domicilij, & hoc caſu fit arbitrarium, vt arbitretur iudex ipſam habitationē & moram. ☞ Et ſic ſit in iſto caſu iſtius capitu: quod ſit arbitrarium, vt ex iſta cōuerſatione domicilij poſsit partialitas notari, ſi fortè nulla alia cauſa adeſt conſtituti domicilij, nō debet arbitrari domicilium conſtitutum minori tempore decēnij. per text. iuncta gloſſa. in. l. eſt verum. C. de incolis. lib. decimo. Et facit quod de decurione notat gloſ. in. l. 1. C. de ſeruis fugiti. Ita dicit ſenſiſſe Abb. in cap. fin. de parochiis. dum dicit, quòd ſi habitans non emit ibi poſſeſsionem, ſed ſtat ibi in ſuſpenſo, tempus erit arbitrarium. ☞ Secūdus caſus eſt, quando habitatio habet admiſta aliqua ſignificatiua domicilij:
8 quia in loco vbi prius habebat † domicilium, vendidit domum, & poſſeſsiones, & contulit ſe ad alium locum, in quo emit domum & poſſeſsiones, dicitur ibi conſtituiſſe domicilīū. vt per Hoſti. & Abb. in. d. cap. fi. & hoc modo intelligitur dicta. l. ſecūda. C. vbi ſenato. vel clari. cum aliis prælallega. Et concludit latè Maria. contra Abb. in dict. cap. ex parte. quòd habitus totius patrimonij, vel maioris partis, non conſtituit domicilium, quia requiritur animus, qui cognoſcitur per habitationem. Et dicit Abb. in. d. cap. fin. quòd vbi immediatè quis declarat

animum suum, quòd vult ibi habere domicilium, dicitur tunc habere sine alia exceptione temporis. ☞ Tertius casus est, quando quis habitauit decēnio, † quia videtur habere animum
9 perpetuò stándi, & præsumitur ibi constituisse domicilium, etiam si prius nō ostenderit alia si

saluo q̄ ygualmēte[5]

gna domicilij acquirendi, putà, si stetit simpliciter conducendo domum. ita loquitur tex. cum glo. in. d. l. 2. C. de incolis. lib. 10. & ita intelligitur quod notat Iohan. Andr. & Abb. in proœmio decretali. per. l. cùm de in rem verso. ff. de vsuri. & glos. Bart. & Angel. in. l. lex Cornelia. §. domum. ff. de iniuriis. Speculator. in titu. de compe. iudi. additio. §. 1. versic. 45. & versicu. 51. ☞ Sed hunc tertium casum limita tripliciter secundùm Felin. vbi suprà in dict. cap. dilectus. de rescrip. ☞ Primò dummodo decennium sit continuatum, secus si interpolatum. allegat Angel. in dict. §. domum. Sed Iohan. de Plate. in. l. nec ipsi. C. de incolis. lib. 10. num. 2. dicit, quòd si statuto cauetur, quòd quicunque habitauerit per decēnium sit ciuis, requiritur ad hoc quòd sit ciuis, quòd habitauerit maiori parte temporis secundùm Iacobum de Aretio. & Barto. in dict. l. cùm delanionis. §. sabinus. ff. de fundo instructo. ☞ Secūdò limita, nisi sit præsumptio, quòd etiam habitans decēnio non intendat ibi contrahere domicilium. Exemplificat in scholari, qui stetit in studio decennio, & fortè studuit primò in vna facultate, & modò in alia, vel fortè detentus alia extrinseca occupatione non potuit studium complere, & cōtinuè cogitat de repatriando: quia iste domicilium non sortitur per decēnium. Et idem potest secundùm eum exemplificari in quocunq; alio ostendente per exteriora signa. quòd non intendit domicilium sortiri. vt latè per Felin. vbi suprà. quem vide. Et quòd per decēnium habitando quis, dicatur vicinus, text. est in. l. 23. titu. 2. lib. 7. in ordi. regali. & text. in. l. 32. titu. 2. partit. 3. & text. in. l. 2. titu. 24. parti. 4.

Summarium.

1 AEqualitas in iudiciis etiam arbitrariis, & in aliis actibus extraiudicialibus est seruanda.
2 Priuilegium competens vni litigatorum, extenditur ad alterum.
3 Inter litigatores debet esse æqualitas.
4 Priuilegium personale egreditur personam, & transit ad aduersarium.
5 Dilatio vni data, prodest alteri.
6 Aequalitas inter socios est seruanda. Contrahentes cum minore, obligātur, licet ipse non obligetur.
7 Aequalitas seruatur in quasi contractibus, & in vltimis voluntatibus, & in collationibus, & inter dotem & donationem, & in muneribus subeundis.
8 Casus, in quibus ratione æqualitatis priuilegiū personale egreditur de persona.
9 Accessoriæ, quæ dantur iudicibus illiteratis & nō salariatis ad proferēdam sententiā de consilio peritorum, debent solui per vtrunque litigatorum, vt æqualitas seruetur. Quid in expensis notariorum.
10 Iudex, vel notarius, qui vni parti remisit expensas, an teneatur remittere alteri, vt æqualitas seruetur.

Ygualmente.[5]

g Idem tenet Speculator in titul. de dilatio. §. 4. versicul. sed nunquid terminum.
1 nume. 13. vbi ait, quòd æqualitas † in iudiciis est seruanda. Et facit text. in. l. qualem. ff. de arbitris. & . l. in sacris. C. de proxim. sacro. scrini. §. quoniam. lib. 12. & glos. in. l. fina. in fine. C. de re milit. libro. 12. in parte, forma. ☞ Et non solùm in iudiciis, sed etiam in arbitris, & in aliis actibus extraiudicialibus, & arbitraria contingentibus. vt. ff. de arbitris. l. si de meis. circa principium. & . l. pedius. §. in seruum. & . l. cùm dies. §. penulti. ff. de vulgari. & pupilla. substitu. & . l. hoc iure. &. l. lucius. eod. titu. & in. l. ratas. C. de rescinden. vendi. & in l. in testamento. ff. de testamen. mili. & in. l. hæreditatem. de impuber. & ali. substitu. & Bart. & Plate. in dicta. l. in sacris. §. fina. ☞ Et dicit Dynus in regula. in iudiciis. de regul. iur. in. 6. quòd intātum debet obseruari in iudiciis, quòd
2 si vnus litigatorum † sit priuilegiatus, & alter non, priuilegium vni competens, extendi debet ad alterum. vt in. l. fina. C. de fructi. & liti. expens. & per dictā. l. in sacris. Sed dicit Dynus, quòd hoc est falsum: quia priuilegium vni concessum, ad aliud extendi non debet. vt Institu. de iure natura. §. sed quod principi. nisi saluetur, quòd habeat locum in priuilegiis concessis vel pertinentibus ad litis executionem. vt in dicta. l. fina. de fructib. & litis expens. Vel potest dici, vt ibi per eum. Aut priuilegiū continet ius iniquū, vt quia in alterius læsione concessum, & si fuit concessum ad postulationē,

debet vti impetrans eodem iure: sed si sine postulatione, tunc non cõpellitur eodem iure vti. vt in.l.1.ff. quod quisque iuri. sed si nõ continet ius iniquum, sed fauorem illius, cui conceditur, & aliquam iuris cõmunis relaxationem, siue ad postulationẽ eius concedatur, siue nõ concedatur, prodest impetranti tantũ. vt in.d.§. sed quod principi. & prodest nõ solũm impetrãti, sed etiã cũ litigãti occasione controuersię, quæ inter eos versatur, ellet inæqualitas vitanda, & tunc videtur eum cõtingere. & ita loquitur. l. fina. de fructi. & litis expens. & l. in sacris. & l. vnicuique. eod. titu. secundùm Dy. vbi suprà. ☞ Ex quo dicit Bart. ibi in. d. l. in sacris. in fine. & Plat. in. d. §. fi. quod inter litigatores debet esse æqualitas,

3 † vt quantum vnus soluit pro sportulis, tantum soluat alter, & nõ plus: & si vnus ex speciali priuilegio nil soluet, etiã vnus aduersarius nil soluet, quantũcũq; succubuit, etaduersario sit in expensis condẽnatus. vt est casus in. d. l. fina. Et idẽ tenet Christophõ. por. Institu. quibus aliena. licet vel nõ. in fi. dicẽdo, quòd si aliquis ex priuilegio habet q̃ non teneatur iudici delegato soluere nisi mediam partem salarij eius, quod alter soluere tenetur, hoc priuilegium attribuitur aduersario cum quo litigat, vt dicta æqualitas in iudicio inter litigatores seruetur. ☞ Et sic est casus,

4 in quo priuilegium personale † egreditur personam, & transit ad aduersarium ratione iudiciariæ æqualitatis seruandæ. ☞ Sic est in dilatione:

5 quia dilatio vni data, † prodest alteri. l. petendi. C. de tempo. in integr. resti. ☞ Similiter in arbitris, vt dixi: quia se habent ad instar iudiciorum. vt in. l. 1. ff. de arbitris. ☞ Et inter socios:

6 † vt in. l. si socius pro filia. ff. pro socio. licet quãdoque claudicet pactum, siue contractus, quãdo est iusta causa claudicãdi, vt est fauore pupilli, quia contrahendo sine authoritate tutoris, non obligatur, sed cõtrahens secum, bene obligatur. vt in. l. nihil. §. penul. ff. de actio. empti. & Insti tu. de autho. tuto. in princip. & vide Alex. in. l. videamus. ff. de iur. iura. num. 8. vbi idẽ tenet. ſ. q̃ licet contractus factus per minorẽ sit nullus, est verũ, quando est cõtra se, secus si est in suum fauorẽ. glo. in. l. 1. §. fuit quæsitum. ff. ad trebelli. & in. l. 7. tit. 11. foro legũ. lib. 1. & facit. l. 11. tit. 22. part. 3. tex. in. l. nõ ideo minus. C. de procu. in fi. glo. in. l. si tutor. C. in quibus cauſ. resti. in integrũ non est neces. Salyc. in. l. non vtiliter. C. de eo, qui pro tuto. se gessi. & Cyn. in. d. l. si tutor. Et facit quod tenet Bar. in. l. 1. ff. de tutelis & ratio. distra. num. 5. vbi si contractus est nullus fauore alicuius, ille potest dicere contractum vale re. vt in. l. si res. §. 1. ff. de iur. dot. & vi. Inno. in c. accedẽs. de procur. in fine. vbi allegat. d. l. non eo minus. est glo. singula. in. l. 2. ff. de acceptila. & ibi Angel. & cõsi. 316. & Bal. in. l. cõtra iuris. ff. de pactis. Barb. cõsi. 58. in. 2. volu. in fine. licet Bal. in. d. l. cõtra iuris. ff. de pactis. dicat, q̃ valet actum fauorabile in fauorem minoris sine curatore, si non opponatur. & Feli. in. c. 1. de accusa. nu. 6. sed hoc intelligo, si actus est in fieri, & non dum est perfectus. Secus est si est perfectus, quia tunc valet, & tenet, licet à parte opponatur, si est in fauorem minoris. vt in iuribus supradictis.

7 ☞ Itẽ in quasi contractibus † seruatur equalitas. vt in. l. fi. ff. de nego. gest. ☞ Et in vltimis volũtatibus, & in substitutionibus in dubio seruatur. vt in. d. l. in testamẽto. ☞ Et in collat. nib⁹. l. illud. §. ad hęc. C. de colla. ☞ Item inter dotẽ & donationẽ seruatur æqualitas. vt in authẽ. æquali. C. de pactis cõuen. ☞ Itẽ in muneribus subeundis, & solutionibus tributorũ seruatur equalitas. C. de anno. & tribu. lib. 10. prout tenet dictus Iohã. de Plate. in. d. l. in sacris. ☞ Attamẽ licet Plat. di

8 cat, q̃ illi sunt casus, in quibus ratione † equalitatis priuilegiũ psonale egreditur de persona, Ange. de Aretio, in. d. §. sed quod principi. nu. 2. ponit alios. ☞ Et primum dicit, quòd si est priuilegium cõcessu mpropter naturalẽ & sufficientẽ rationem, vt in beneficio restitutionis in integrum concesso minori propter lęsionem, q̃ transit ad heredes. vt in. l. interdũ. ff. de mino ☞ Secũdus est in priuilegio concesso marito ne conueniatur nisi inquãtum facere potest, quod transit ad hæredem, idest, ad cõmunem filium eiusdem matrimonij. vt in. l. etiã. in princi. & ibi doct. ff. solut. matri. ☞ Tertius in priuilegio prælationis dotis concesso mulieri, quod trãsit ad hæredem ratione æqualitatis, idest ad filiũ mulieris eiusdem matrimonij. vt in. l. assiduis. §. exceptis. C. qui potio. in pig. habean. ☞ Quartus, quando de hæredibus in plurali est facta mentio, quia tunc etiam transit ad hæredem hæredis. vt in. l. sciendum. ff. de verbor. significationi. Sed si de hærede in singulari fuit facta mentio, tunc non transit nisi ad primum hæredem, si est talis res, quæ de sui natura non transit ad hæredem. vt in. l. antiquitas. C. de vsufructu. ☞ Quintus, quando priuilegium conceditur ciuitati, vel loco, quia semper idem est locus, licet personæ renouentur. vt in. l. proponebatur. ff. de iudiciis. & vide quæ dicam infrà, in capitulo. 29. in gloſſa, los priuilegios. ☞ Sextus, si concedatur posteris, quia transit ad successores, non tamen ex fœmininis. vt in. l. prima, in fine.

ff. de

ff.de iure immunita. ☞ Septimus est,si priuilegium concedatur rei, quia ad quoscunque transit res, transiret priuilegium. glos. in .l. sordidorum. C.de exacto. tribu. lib.10. Quæ omnia sunt de mente Bart. in. l. 1. ff. de constitu.princip. & Bart. Angel. & Imol.in.l. quia personale. ff. solut. matrim. ☞ Et idem ego di

tengã a todos en justicia[h] quanto a ellos

9 cerem in accessoriis,† quæ dãtur iudicibus illiteratis nõ salariatis, vt cum consilio peritorum proferant sententiã, quæ debent solui per vtrũque litigatorem. vt tenet Luca. de Pẽn. in. d. l. in sacris. col.3. versicu.secundò quærit.per cap. statutum.§. assessorem.de rescrip.in.6. & Paul. de Castro in.l.fina.ff.de assesso.& Abb.in cap. scisitatus. de rescrip.nume. 15. & dixi suprà in c. 1. in glo. y el derecho a las partes. versic. an si de consilio sapientis.in fine. ☞ Et facit quod tenet Bald. in. l. prætor. §. sed ibi. ff. de edendo. vbi ait,quòd si iudex mittit notariũ ad aliquem locum pro examinandis testibus, quòd debet mittere expensis petentis: si autem mittitur ex mero officio,tunc mittet expẽsis vtriusque partis.& sic tenet,quòd consilium est petẽdum expensis petentis. vt Bald. ibi,in additione.nu.2.

10 ☞ Sed si iudex, vel tabellio, qui † sportulas recipere debet gratis,remiserit vni parti,an teneatur remittere alteri, vt æqualitas seruetur. quod videtur per supradicta. & in authen. sed cum testator. C.ad.l. falcidi. Tamen contrarium est verius:quia nemo tenetur esse liberalis vltra quàm velit. vt in.l. tutori. C. de negoti. gestis. secundùm Bald.in.d.l.fina.C. de fru. & litis expens. nume. 9. Nec obstat dicta authen. quia ibi non est liberalitas, sed fidei meritum,& honor exhibitæ fidei. vt in authenti.de hæredi.& falci. §. si verò.col.1.& in.l.patrem.ff.quæ in frau.credi.

Summarium.

1 Iustitiæ definitio.
2 Iudex debet esse iustus,& nulli vitio subiacere: & debet esse fortis,potens,& constans, & debet habere in se alia,vt hic.
3 Iudicandi authoritas est quędam potestas delegata hominibus à Deo,de qua rationem sunt reddituri secundùm qualitatem eorum.
4 Exemplum de quodam gentili,qui iustitiam fecit omni tempore.
5 Iudex non faciens iustitiam,Deo tenetur.
6 Iudex iustitiam non faciens,parti tenetur.
7 Iudex tenetur parti,si probationes,& defensiones non admittit.
8 Iudex negligens in accusatione,vel querela recipienda,& in testibus examinandis super ea, facit litem suam. Fallit vt hic.
9 Iudex si non admittit probationes,& defensiones,& instrumenta, tenetur.
10 Iudex tenetur,si non fecit restitui furtum.
11 Iudex tenetur, si non exigit condemnationem communis.
12 Iudex tenetur,si noluit audire partes.
13 Iudex tenetur, si per dolum notabilem omittit interrogare testem.
14 Iudex omittens condẽnare victum in expensis, quando fuerunt petitæ à parte, tenetur.
15 Iudex tenetur,quando non diffiniuit causam ciuilem,infrà tempus à statuto præfixum. Iudex negligens inferendo sententiam, ad finem,vt partes se concordent in foro cõscientiæ, parti tenetur.
16 Iudex tenetur,si processum criminalem non expediuit infrà tempus statuti, & successori reliquit.
17 Iudex,an teneatur,si de maleficio non inquirit.
18 In magistratu præsumitur ignorantia,nisi scientia probetur.
19 Iudices,& rectores possunt aliquos retinere,vt socios,vel mandatores manifestent.
20 Iudices debent esse vigiles in iustitia facienda, quòd nunquam ad superiorem citius perueniat culpa delinquentium, quàm victa.

h **En justicia.** [h] Quę est omnis virtus secundùm Philos.ethi-

1 corum. † & est constans & perpetua voluntas ius suum vnicuique tribuens. Institu. de iusti. & iur. in principi. & in.l. 1.ff.eod. quæ non potest habere locum, vbi deficit fides. vt Specula. in titu.de summa trinita.& fide catholi.in prin-

2 cipi. Et sit iudex † in se iustus, vt nulli subiaceat vitio graui. Et fortis,potens,& constans in exhibendo quod debet. Nec vereatur magnitudinem cuiuscunq;: quia non est qui resistat maiestati suæ.Esther.9.& ideo dicitur Ecclesiastes 7. Noli velle fieri iudex, si non vales virtute, ideſt fortitudine irrumpere iniquitates malorũ. Et ad hoc tendit illud vulgatum. Non vultum pauperis, nec honores potentis considerari debere,sed quod iustum,& honestum videtur tribui vnicuique quod suum est, nec alterum lædere: quæ duo sunt iustitiæ partes. vt in.§.iuris præcepta. Institu.de iusti. & iur.& tenet Marcus Mantua in tracta. de fauoribus pupillorũ.

prima parte. col. fina. tomo. 18. tracta. folio. 95. ¶ Et debet esse patiens in sufferendo, & tranquillus in discutiendo, & finiendo, & rigidus in minas inferendo: quia sic Deus iudex minatur peccatoribus per prophetas. vnde dicit. Nisi conuersi fueritis ad Deum, gladium suum vibrauit suæ vltionis, cõminando. Et debet esse æquus in discernendo, & maturus in discurrendo. vt ponit Archiepisc. Floren. in tertia parte. titu. 9. cap. 1. in princi. vbi quoque tenet, quòd qui iustè iudicat, bonum opus facit, & secundũ eum remunerabitur: quia opus excellens & laboriosum valde bene peregit, & magno prẽmio coronabitur: quia iudex dicitur quasi ius dictat populo, siue q̃ iure disceptat. Iure aũt discepta-
re, est iustè iudicare. vt in. c. iustũ. 23. q. 2. et Leui. 19. Iustè iudica, pximo tuo. Et nisi sufficeniter, p
batum fuerit, nullus debet condemnari, nisi confessus, vel conuictus. Et hæc omnia acta per iudicès, potest dici pro eis, Beati, qui custodiunt iudicium, & faciunt iustitiam omni tempore. Psal. 105. secũdùm Floren. vbi suprà. ¶ Et quia
3 actus iudicij, & authoritas † iudicandi est quædam potestas delegata, seu collata hominibus à Deo, qui in hoc tenent locum, & vices Dei in iudicando inquantũ possunt debent eum imitari. Vnde dicitur Deutero. 1. Quod iustum est iudicate. Dei enim est iudicium. Nam & de suis iudiciis ipsi iudici Deo rationẽ sunt reddituri, & secundùm qualitatẽ eorum gloriã, vel pœnã recepturi. vt tenet latè Archi. Flo. vbi suprà. ¶ Vbi
4 refert de quodã pagano iudice, † qui fuerat iustissimus in iudicando, cauens sibi ab omni iniustitia: qui quanuis mortuus fuerit in infidelitate, tñ præseruatus fuit per longissima tempora ab condẽnatione infernali. ¶ Demum quodam fodiente in agro suo ad puteum, vel aliud faciendum, audita est vox, leuiter percute, ne me lædas: quo interrogante quis esset, respondit se fuisse gentilem, & iudicem, & propter iustitiam suam à Deo præseruatum quousque baptismum reciperet, rogans eum, vt pro episcopo mitteret, vel iret, vt baptismum ei conferret: quo facto, subitò in cinerem dissolueretur: caluaria eius integra erat, & lingua in ea viuens, & recens, & loquens. Quibus omnibus peractis, & coram ipso clero, & populo per ipsum declaratis, baptismo recepto, in cinerem, est resolutus, ad beatitudinem anima eius nulli dubium tendente. Beati ergo, qui custodiunt iudicium, & faciunt iustitiam omni tempore, & sine acceptione personarum. vt latè Dyn. in dicta regul. in iudiciis. & in cap. nouit. de iudi. quia aliàs teneretur, vt
5 † dictus Archie. Florenti. vbi suprà allegando Sapien. 6. dicendo, Discite iudices finium terræ præbere aures vos, qui cõtinetis multitudines, & placetis vobis in turbis nationum: quoniam data est à domino potestas vobis, & virtus ab altissimo, qui interrogauit opera vestra, & cogitationes scrutabitur: quoniam cùm essetis ministri regni illius, nõ rectè iudicastis, nec custodistis legem iustitiæ, nec secundũ volũtatem Dei ambulastis. Horrendè & citò apparebit vobis: quoniam iudicium durissimum fiet his, qui præsunt, ideſt damnatio, & punitio grauissima iudicibus malè iudicãtibus, & iniustè. ¶ Et non
6 solùm Deo, verunetiam parti læsæ tenetur. † vt dixi in cap. 1. in glo. y derechamente. & in glo. el derecho alas partes. in versi. & ideo si iudex.
7 ¶ Et vltra ibi dicta dic, quòd quoque iudex † tenetur, si non admittit probationes, & defensiones, quia non facit iustitiã: dum tamen pars probetur in syndicatu, quòd produxit testes probantes intentionem suam, & noluit examinare, aliàs non tenetur. Quod est menti tenendum secundùm Amodeum Iusti. in dicto tracta tu syndica. in parte, an & quando officialis teneatur de negligẽtia. versi. 2. ¶ Ex quo secundũ
8 eum ibi infertur, quòd si potestas, † vel iudex negligat recipere accusationem, denuntiationem, vel querelam sibi porrectã: vel si recipiat, & noluit examinare testes sibi productos, facit litem suam, & tenetur in syndicatu: dum tamen pars probet in syndicatu, quòd produxit testes probantes intẽtionem suam, & iudex noluit examinare: & quòd interest sua testes fuisse examinatos in tanta quantitate. vt in. l. si quando. C. de testibus. aliàs iudex non teneretur secundùm Bald. in. l. dãni. §. fabini. ff. de damno infecto. & in. l. in pecuniariis. ff. de feriis. allegat. l. qui cõmeatus. ff. de re militari. ¶ Sed hoc fallit, quando querelatur seu queritur de vxore, filiis, vel cæteris, quos secũ iudex habet: quia quãdo tales conueniũtur, potest iudex non admittere querelantem, & dicere, vade ad alium iudicẽ. text. est in. l. lex Cornelia. ff. de iniuri. in princi. & tenet in. l. qui iurisdictioni. ff. de iuri. omni. iudi. in fi.
¶ Similiter tenetur, si non admittit alias defen-
9 siones, † vel probationes per instrumẽta. secundùm Bal. in. l. præscriptione. C. si contra ius vel vtil. publi. ¶ Idẽ secundùm eundẽ Amod. Iust.
10 tenetur, † si nõ fecit restitui furtũ, vel dãnum, dãnum passo, cũ possit, & tenetur in solidum: quia præsumitur esse in dolo, vel lata culpa, quę dolo cõparatur. secũdùm Bald. in. d. l. mancipia. C. de serui. fugi. vbi dicit, quòd vidit quẽdam iudicem condẽnari,

condemnari, quia attulit accusationem sibi porrectam ad camaram, & noluit super ea procedere.
11 ℣ Item tenetur, si non exigit † condemnationes, & alia debita communis. vt in. l. 1. C. de murile. lib. 12. & in. l. fi. C. vt in posse. lega. maximè si debitores ipsius communis facti sunt non soluendo. l. lucius. §. fi. de fideiuss. & eo casu debet de suo salario tãtundem retineri. l. iudicis. C. de anno. & tribu. lib. 10. ℣ Poterit tamen ab his, pro quibus soluit, repetere. secundùm Bartol. in. d. l. missi opinatores. C. de exa. trib. lib. 10. ℣ Item te
12 netur, si noluit † audire partes. Bald. in rub. C. de pœna iud. qui malè iudi. l. argentarius. §. cùm autem. ff. de edendo. ℣ Item si per dolum, vel notabilem
13 † negligentiam omittat interrogare testem de causa scientiæ. per tex. in. l. si quando. C. de te
14 stibus. ℣ Item si omittit condemnare † victum in expensis, quando fuerunt petitæ à parte glo. singula. in cap. fi. de rescrip. aliàs non tenetur, si nõ fuerunt petitæ. vt in. l. properandum. §. sint autẽ alterutra. C. de iudiciis. Tamen si vult, potest condemnare in expensis, licet non sint petitæ à parte, cùm hoc emergat post litem contestatam, & sic ad eius officium spectet. tenet Iohan. de Plat. in. l. 2. C. de decurionibus. lib. 10. in fine: & si nõ condemnat, non recuperat ab eo, qui debuit condemnari: quia lata sententia super expensis, officium expirat: quia soluit potius pœnam sui qua si delicti, quàm verum debitum, ideo nõ potest recuperare secundùm Angel. & Iohan. de Imol. in. l. si quis dolo. ff. de re iudi. Bal. in. l. sancimus. C. de iudi. licet Specula. teneat contrarium in ti. de expensis. §. postremò. ℣ Item tenetur, si non
15 diffiniuit † causam ciuilem infrà tempus à statuto præfixum. vt in authentica de quæsto. §. super hoc. colla. 6. Et non solùm facit litem suã vt teneatur ad interesse partis quatenus eam lædit. vt in cap. iudices. de pace iura. firm. in vsi. feud. Sed tenetur etiam ad pœnam statuti, & incidit in periurium: quia iurauit seruare statuta, & pœna statuti nõ excludit pœnam periurij. vt in. l. si quis maior. C. de transa. & notat Bal. in. l. obseruare. §. proficisci. ff. de offi. proconsu. & lega. in. 3. q. versi. sed nunquid iudex. & ita refert tenuisse Iac. butri. in. d. l. properandum. in principio. C. de iudiciis. & idem tenet tex. in. l. 6. titu. 16. lib. 3. in ordi. regali. & in Pragmatica. 95. facta per nostrum Imperatorem & regem Carolum Valisoleti, anno. 1523. loquendo in iudicibus appellationum regimenti, quòd si infrà illum terminum nõ decidũt causam, incidũt in illam pœnã vltra interesse partis. ℣ Quod limita, & intellige verum, si potestas, vel iudex est in dolo, quia potuit, & noluit: sed cessante dolo, non est periurus, aliàs sequeretur, quòd ex culpa, & negligẽtia fieret periurus, quod est falsum. non tamen excusatur à pœna pecuniaria statuti, nisi propter causam probabilem, & necessariam. vt in. l. cõtinuus. §. illud. ff. de verbo. obliga. & Innoc. in capit. pe. de offi. delega. ℣ Et dicitur probabilis causa, si fuit impeditus facto partium, & tunc excusatur à pœna, & potest tempus prorogari secundùm Bald. in l. petendæ. C. de tempori. in integrum restitu. pe. & in authenti. clericus. C. de episcopis & cle. & in. l. ideo. C. de his, quibus vt indignis. vbi habetur, quòd vbi nõ est culpa, non debet esse pœna. ℣ Dicitur ergo iudex in culpa, si causa erat instructa, & fuit requisitus quòd expediat, & stat per eum: aliàs non dicitur negligens, nec tenetur ad pœnam. secundùm Bald. in authentica, sed & lis. & in authentic. Itẽ si appellatiõe. C. de temporibus appella. & in dict. §. iudicis. & dixi in capitulo primo in gloss. y fiel. versiculo vltra supradicta. vbi singulariter. Quia in his, quæ respiciunt vtilitatem priuatam, iudex regulariter non impartitur officium non petitum. l. 4. §. hoc iudicium. & ibi Bartol. & scriben. ff. de dam no infecto. & Amode⁹ Iusti. vbi suprà. ℣ Et quãtuncunque iudex teneatur infrà certum terminum causam finire, non cogitur expedire, nisi infrà finem temporis. Bartol. in extrauãga. ad reprimendum. in verbo, procedatur. & Cataldi. in. d. tracta. syndica. quæstione. 45. ℣ Et facit quod singulariter tenet Cardina. in Cle. sæpe. de verbo. signifi. §. & quia quæstio. 18. vbi ait, quòd si iudex est negligens ferre sententiam ad finem concordandi partes, si propter concordiam partes læduntur, parti læsæ in Foro conscientiæ ad refectionẽ damni tenetur. quod sequitur Rastaulca-stal. in tracta. de Imperatore. quæstione. 110. columna. 7. versiculo. 41. in fine. tomo. 5. tractã. fo-
16 lio. 72. ℣ Quoque tenetur, † si nõ expediuit processum criminalem infrà tẽpus statuti, & successori relinquit. vt Bal. in. l. 1. §. sciendum. ff. de magistra. conueni. Quod intellige verum, quando procedit ex mero officio, & ad vtilitatem publicam, quo casu dies, & terminos statuti interpellat pro homine. l. magnam. C. de commit. & contrah. stipula. c. potuit. de loca. Secus si procedit per accusationem, & non fuit per accusatorem requisitus, quia tunc non dicitur negligens, nisi accusatore petente, & requirente, quòd sententiam ferat. notat glossa in. l. si curatoris. C. de iure deliber. & l. penult. eodem titulo. & est casus in. l. prima. C. vt infra certum terminum crimi. quæsti. termi. secundùm Amodeum Iusti.

Iusti. vbi suprà. ☞ Item tenetur, si non inquirit
17 † de maleficio, quando est notorium, vel quando fuit ei denuntiatum, aliàs non teneretur. tenet Bald. singulariter in l. prima. §. magistratibus. ff. de magistra. conuenie. quia eo ipso, quòd delictum est sibi denuntiatum, vel est notorium, cõstat de negligentia iudicis: quia si ei nemo denuntiat, nec est notorium, non tene-
18 tur, quia etiam in magistratu præsumitur † ignorantia, nisi probetur scientia. quod Bald. ibi dicit notandum. & dicit quòd ibi est melior text. ad excusationem officialium. ☞ Et vid. Iohan. Andre. in capitulo, quanto. de offi. ordin. & tex. in capitulo, ordinationes. 8. quęstione prima. vbi dicit, quòd si iudex non inquirit de eo, quod debet inquirere, tenetur, quia præsumitur in eo scientia, vel culpa. Quod intellige, quando est publicum, quia si non est publicum, nec notorium, & non denuntiatur ab officiali, vel syndico, vel promotori fiscali, sed ab aliquo priuato, qui prætendit commodnm proprium, sit cautus iudex, quòd faciat porrigi accusationem in scriptis, & recipiat testes ad informationem, & ea data, procedat. ☞ Si verò non dederit testes, non inquirat, quia tunc non tenetur: quia non debet esse facilis ad credendum iniuriato, imò condemnat accusantem, non in pœnam talionis vt in l. prima. C. de accusa. saltem in expensis, maximè ex querela maleuola, & non sit leuis ad inquirendum. Quia sicut iudex arguitur de negligentia, si non procedit de crimine, de quo sibi liquet: ita arguitur de leuitate, procedendo de eo, de quo non constat, maximè super maleficiis antiquis, in quibus dicit Amode. Iusti. vbi suprà, quòd vidit multos officiales leues ad inquirendum, & cum verecundia processisse, & in syndicatu fuisse damnatos. ☞ Rectores, &
19 † iudices possunt aliquos retinere, vt manifestent socios, vel mandatores, vel vt aliud faciant, quod de iure debent, & est iusta causa carcerandi. ita Bartol. in l. 2. §. diuus. ff. de iure fisci. Cataldi. in dict. tracta. syndi. quæstione. 88. Et de multis aliis, ex quibus iudex tenetur, vel non, ne membranas occupem, nec sim transcriptor, vi. latè per dictum Paridem de puteo. & per a-
20 lios in dictis tractatibus. ☞ Et intantum † iudex debet esse vigil in iustitia facienda, quòd nunquam ad superiorem citius perueniat culpa delinquentium, quàm vindicta: quia hoc ipso præsumitur & arguitur de negligentia iudicis inferioris, qui habet delicta punire. vt in capitulo, peruenit. 18. distin. Innoc. in capitulo, sicut. de accusa. & tenet Lucas de penna. in l. quotiens. C. de lucris aduoca. lib. 12.

i te, o gouernador, ó corregidor, ni sus officiales por si, ni por otro cõpreheredad[k]

Fuere. [i]

Text. in l. 4. titul. 15. lib. 2. in ordi. regali. versicu. la quinta. & dixi suprà in cap. primo in glo. y el derecho a las partes. prima columna.

poſsible fuere [i]. Ni aſsi miſmo durante el tiempo de ſu officio del dicho aſsiſtẽ

Summarium.

1 Emere an possit iudex in loco officij prædium per se, vel per alium. nu. 5.
2 Domestici, & assessores iudicum, non possunt emere prædia.
3 Si res paternæ confiscatæ venderentur, filius iudex potest eas emere.
4 Emere potest iudex finita iurisdictione.
6 Si vtensilia ad emendum iudex non inuenit, potest ea auferre pretio soluto.
7 Consiliarij, & proceres regum, seu dominorum, non possunt emere prædia.
8 Emere quòd possit officialis de licentia regis, seu dominorum.
9 An duces, comites, & Barones habeant senatores, vel consiliarios, vt consilium ducis, vel marchionis vocetur.
10 Equos quòd possint emere officiales.

Heredad. [k]

[k] No. tex. quòd officialis in loco, in quo officium gerit,
1 prædium non potest † emere. simil. text. in l. 5. titu. 5. parti. 5. & in l. qui officij. ff. de contrahen. emptiõe. vbi qui officij causa in prouincia agit, vel militat, prædia comparare in eadem prouincia non potest. ☞ Quod extẽde etiam ad nauem, quia nec eam fabricare, nec fabricatam emere potest. secundùm glo. ibi. Et ratio huius est secundùm. d. glo. ne fortè culturæ militiam, id est exercicium iurisdictionis dimittãt. vt in l. milites. C. locati. & Iaſ. in l. principalibus. ff. si certum peta. num. primo. referendo Ludoui. Roma. dicit. quòd officiales debentes officio publico vacare & sic publicæ vtilitati, commode facere non possent, si vacarent priuatis emptionibus. argumẽ. l.

militis

militis agrum.ff.de re mili.& in.l.ab administratione.ff.de leg.primo.Et istam rationem antea assignauit gloss.in.l.1.C.de nego.ne mili.lib. 12.& vi.tex.qui idem tenet in.l.nō licet ex officio.ff.eodem.de contrahen.empti.vbi non licet ex officio, quod administrat quis,emere per se, vel per aliam personam, alioquin non tantùm rē amittit, sed etiam in quadruplum cōuenitur, quod fisco applicatur.vt gloss.ibi.& idem tenet tex.in.l. vnica.C.de cōtractibus iudi. & text.in l.aufertur.§.qđ à prę̄side.ff.de iure fisci.¶ Quod
2 extende†ad consiliarios domesticos,& assessores,quia quoque isti non possunt emere.vt in.d. l.nō licet.& Paris de Put.in tracta.syndi.in par-
3 te,officiales.folio.87.¶ Quod fallit,† nisi quandō res paternæ confiscatæ venderentur,quia tūc licet filio officiali emere propter affectionem.vt in dict.l.qui officij.& est simil.text.in.l.milites. ff.de re milit. & nō solùm quando distrahuntur à fisco, verumetiam si distrahantur ab alio emere licet.vt glo.ibi.¶ Quoque fallit finita iurisdi
4 ctione,† vel officio,quia tunc licet emere.vt glo. ibi.¶ Tu circa istum tex.vi.distinctionem Bar.
5 in dicta.l.aufertur.§.à præside.† quam sequitur Lucas de penn.in.l.2.C. de lucris aduoca.lib.12. vbi dicit,quòd quando quis habet aliquod officium sine iurisdictione, vt si est ei commissa administratio rerum publicarum, & tunc si vigore illius administrationis aliud venditur,non licet sibi emere, aliàs punitur. vt in dict.l.non licet.nisi emerit palàm, & bona fide.vt in.l.cùm ipse.C.de contrahen.emptione.prout est in tutore.& in executore testamentario,quia nō possunt emere bona minorum,nec defunctorum, aliàs puniuntur.vt in.l.13.titul.19.lib.8.in ordin. regali.nec per se nec per aliam personam.vt Dynus in regula.alicui.de regulis iuri.in.6.& Paul. de Castr.in dict.l.cùm ipse.¶ Et idem,si haberet iurisdictionem, & administrationem. & ex ea emeret per dictas.ll.& hoc vult dicere dict.l.non licet ex officio. ¶ Quandoque quis vult emere extra id,quod venditur ratione ipsius officij: & tunc aut emit inferendo metum occasione sui officij, & habet locum.l.si per impressionem. C. quod metus causa.quæ loquitur etiam in medio cribus officialibus, vt in his,qui positi sunt ad denuntiandum maleficia,& similibus.¶ Si verò emit non inferendo metum, & tunc si quidem est talis officialis,qui habet iurisdictionē,& non licet sibi emere, nisi prout dicitur in dict.l.prima,de contractibus iudi.& si emerit, habet locum pœna,dict.§.quod à præside.¶ Si non habet iurisdictionem, non impeditur emere aliquo iure.argumen. in.l.ad inuidiam. C. quod metus cau.quæ distinctio certe est bona.¶ Quid
6 autem si vtensilia, quæ emere † valet.vt in dict. l.prima.C.de contra.iudi. non potest ad emendum inuenire, an possit ea pretio soluto auferre,vel subditos cogere ad vēdendum? Dic quòd sic, vt tenet dictus Lucas de pēna,in dicta.l.secū da,de lucris. aduoca.quod est notandum: quia multi ribaldi nolunt talia vendere iudicibus ex inimicitia, quā cū eis habent.& tenet Bal.in capitulo,nobis intrantibus.de pace constan. in vsi.feudo.¶ Text,nostrum amplia, vt non solùm habeat locum in iudicibus, verunetiam in pro-
7 ceribus†pal. tij,siue consiliariis,qui stant ad consilium dominorum, quorum consilio res publica regitur,quia isti non possunt emere res subditorum,aliàs amissione pretij multantur.vt text. & ibi docto.in.l.finali.C.de rescindenda vendi. & hoc est, quia possunt ostendere minacem, & feruorem.vt gloss.ibi. Quod dicit ibi Bald.habere locum in magnis consiliariis magnorum dominorum, qui tenent locum principum, sicut sunt Regis legati,& Cardinalis, & domini magnarum ciuitatum, & non de aliis, quia non debet intelligi de consiliariis episcoporum,vel magistratuum minorum ecclesiasticorum, nec de ipsis seruatur de consuetudine. ¶ Et istum text.
8 intellige verum, nisi de † conscientia, vel licentia principis,seu dominorum,quia tunc licet eis emere.secundùm Bald.in dict.l.finali.& est tex. hic. Et vi. Alexan.in consilio.64.numero.4.in 4.volu.vbi ait, quòd licet consiliarij principis non possunt emere res subditorum,tamen si illa emunt de conscientia principis, possunt:quia præsumitur abesse omnis sinistra suspicio propter præsentiam principis. ¶ Et quia suprà loquitur Bald.de consiliariis dominorum,videtur
9 quòd † quilibet dux, seu comes potest habere consilium, seu parlamentum: vt sentit ibi Bald. Tu tamen tene contrarium:quia solus princeps, qui non recognoscit superiorem, potest habere consilium, seu parlamentum. vt tenet Guido Papa.decisione.43.Quod est cōtra istos Duces, & Marchiones Hispaniæ,qui vocant suum consilium.Quia si superiorem habent,non possunt habere parlamentum, seu consilium. vt ibi.allegandò Bartol.in.l. quodam Tiberius Cæsar.ff.de hæredi.instit.licet ibi Bartol.non videatur hoc sentire. Sed tu vi.Bartol.vbi vult hoc expressè dicere in.l.2.C.de decurio.lib.10. in fine,allegādo.l.2.circa principium.ff.de orig. iuris.Et tenet Iohann.Montag.in tracta. de parlamentis.in princ.nu.4.tomo.5.tracta.folio.241.

¶ Et

¶ Et an quilibet prælatus, vel Baro posſit conſtituere conſulatum in terra ſua. vi. Guido. Pap. licet remiſsiuè ſingulari. 422. §. vtrũ. ¶ Et licet officialis nõ posſit emere à ſubditis hoſpitia, vel campos, niſi victualia, vt dictum eſt. & in. l. ſolẽt. §. nũc verò. ff. de offi. proconſu. tamen poteſt † eme re equos, quia nõ debet ire pede, quia ſunt ſimiles alimentis, imò ſunt pars alimẽtorum. vt notatur in. l. denique. §. idem labeo. ff. mandati. ſecundùm Bal. ibi. & tenet Paris de pu. in dict. tracta. Syndi. in parte contrahere officialibus. folio. 86. num. 3.

10 alguna, ni edifique caſas[l] ſin nueſtra licencia, y es ſpecial[m] mandado en la tier

Summarium.

1 Habitare debent iudices in palatiis publicis, & non in domibus priuatorum.

l Caſas. [l] Similis tex. in. l. vnica. C. de cõtracti. Iud. ibi, vel domos extruere nõ aliter posſint, niſi ſpecialẽ noſtri numinis hoc eis permittente diuinam reſcriptionem meruerint. ſimil. tex. in. l. 5. titu. 5. parti. 5. & ibi Montal. Et ratio eſt, quia poſſunt inferri metũ & impreſſionem vt dictum eſt in gl. ſuprà proxima. ¶ Et 1 quia non poſſunt habitare † in domibus priuatorum, ſed in domibus publicis. vt in l. nulli. C. de officio rectorum prouinci. & gloſſ. in. l. obſeruare. ff. de offi. proconſ. & lega. Quod intellige ſi ſint palatia publica, vel prætoria, aliàs ſecus. vt ibi in. d. l. nulli iudicum. & Paris de Pute. in. d. tracta. verſi. officialis. in fine. folio. 88.

Summarium.

1 Mandatum ſpeciale requiritur in iſtis caſibus. Et an in iſtis caſibus admittatur procurator cum cautione de rato.

m Special mandado. [m] Nota caſum, in quo 1 † mandatum ſpeciale requiritur. Aliũ vide infrà in capitulo. 42. & alios vide per glo. in capitulo, qui ad agendum. de procura. in. 6. in parte, vel paciſci. & Bartol. ponit alios in. l. filius familias. ff. de donatio. & in. l. prima. §. inter filiũ. ff. de falſ. & Abb. in capitulo, ſunt nonnulli. §. ſunt & alij. de reſcrip. per doctorem del Caſtillo in. l. 31. de Toro in gloſ. ſpecialmente. ¶ Quibus adde, quòd renuntiare, eſt donare: quam renuntiationem procurator non poteſt facere ſine ſpeciali mandato. tenet Abb. in capit. primo. vt lite non conteſta. num. 28.

¶ Tamẽ in omnibus caſibus, in quibus ſpeciale mandatũ requiritur, ſi probabiliter dubitatur de mandato, admittitur procurator cum cautione de rapt. ita tenet Abb. in cap. coram, de in integr. reſti. colũ. fi. numero 6. per text. notabi. in. l. quòd ſi ſpeciali. ff. de minori.

Summarium.

1 Negotiari an poſsint regentes prouincias, & eorum aſtantes pro ſe, vel per alium.
2 Negotiationes plures requiruntur, vt iudex in pœnam incidat.
3 Mercator dicitur propriè, qui plures negotiationes facit, non vnam tantùm.
4 Aleator, nec peccator dicitur, licet ſemel luſit, vel peccauit.
5 Clericus non dicitur negotiari per venditionẽ vnius rei.
6 Contrahere, vel permutare, eſt intantum prohibitum officialibus durante officio, quòd etiã ſi durante officio faciunt contractum, quòd eo finito non poteſt confirmari mutuo cõſenſu, quod extenditur ad cõſiliarios principis.
7 Exactores publici prohibenter contrahere cum prouincialibus.
8 Contrahere poteſt iudex in officio, quando cõtrahit cauſa ſuæ neceſsitatis, vel familiæ.
9 Alienari prohibitus ex cauſa neceſsitatis, alienari poſsit.
10 Extrahere prohibitus frumentum de ciuitate, non intelligitur prohibitus, quando extrahit ex cauſa neceſsitatis.
11 Exemptus à collectis, nõ intelligitur exemptus à collecta, quæ imponitur ciuibus propter neceſsitatem.
12 Neceſsitatis tempore non excuſatur quis à murorum ſeu ciuitatis cuſtodia.
13 Priuilegium exemptionis non prodeſt in cauſa neceſsitatis reipublicæ, vel principis.
14 Neceſsitatis tẽpore, putà guerræ vel belli, poteſt princeps imponere ſubditis ſubſidium charitatiuum

ritatiuum.

15 Gabellarum arrendatores pro necessitate reipublicæ,regis,seu domini,possunt gabellas exigere ante diem,vel ante tempus.

16 Alienare potest prælatus Romano pontifice in consulto res ecclesiæ cathedralis,imminente necessitate alienandi.

17 Vicini veniētes ad machinādū tēpore necessitatis in terra aliena,nō tenētur soluere gabellā.

18 Confiteri permissum est etiam Iudęo,& Saraceno tempore necessitatis.

19 Victualia, quæ valent iudices emere,si nō inueniuntur ad emendum, possunt pretio soluto auferre à subditis,& cogere ad vendendum.

20 Contrahere potest officialis,qui habet officium in sua propria patria,seu in loco suę originis.

21 Priores ciuitatū,seu anciani,idest regidores durante officio possunt contrahere.

22 An cōtrahere potest officialis cum nō subditis.

23 An contrahere potest officialis perpetuus,& si potest syndicari.

24 Officialis positus ad beneplacitum, an potest cō trahere.

25 Emere potest officialis res paternas cōfiscatas.

26 Officialis durante officio potest recipere donationem remuneratoriam.

27 Contrahere an potest officialis,quando contrahit palàm,& cum authoritate alterius administratoris.

28 Hæres potest officialis institui durante officio, & legatum sibi fieri.

29 Alienatio prohibita per contractum,non intelligitur prohibita in vltima voluntate.

30 Statutū prohibens forensem emere in loco, non ꝓhibetur emere ea,quæ fuerunt anteceſſorū, & non prohibetur acquirere ea, quæ sibi obueniunt iure hęreditario.

31 Alienatio prohibita in forensem, non habet locum,quando forensis succedit ab intestato ex dispositione legis.

32 Emere pōt officialis,qui nō habet iurisdictionē.

33 Cōtrahere potest officialis ex licētia principis.

34 Negotiari pōt officialis nomine reipublicę, & ad eius vtilitatē,vel super re ipsius reipublicę.

35 Cōtrahere possunt iudices officio durante,quādo est ibi consuetudo contrahendi.

36 Contrahere potest iudex, quando contrahit in alio contractu,quàm mutui,& quando in illa ciuitate habet proprietates, seu res mobiles.

37 Matrimonium an potest iudex contrahere in illa ciuitate officio durante.

38 Contractus factus per iudicem officio durante, non firmatur iuramento.

39 Pignus an ꝓhibet iudex accipere durāte officio.

40 Instrumētum guarētigium,ꝙ iudex habet cōtra alitū,an officio durāte pōt mādari executioni.

41 Potestas debet soluere pretiū rei emptæ à familiari suo.

De mercaderia.

n ra de su iurisdicion. Ni vse en ella de trato de mercaderia[n],

[n] Regētes prouincias, & eorum astantes, in eisdem negotiari

1 †nō possunt, nec fœnus exercere.text.est similis,& ibi Bart. Angel. Paul. de Castro,& cæteri doctores in.l.principalibus.ff.si certum petatur. & text.singul. in l.5.ti.5 parti.5.quā vide. ☞ Quod extēde nō solū per se, verunetiam per alium non possunt contrahere in tali loco, vbi administrationem gerūt.vt in.l.non licet.ff.de contrahen. emptione. & tenet Montal.in glos. ordi.regali.in parte, officiales. ☞ Sic nota, quòd præsumitur fraus eo ipso, quòd emitur per interpositam personam,secundùm Bartol. in.l. si pupillus.§. finali.ff.de excusa.tuto. & Ias.in.§. Item si quis in fraudem. Institut.de actio. numero.47. ☞ Cyn. tamen.in.l. quisquis. C.eodem si cert. petatur. distinguit,aut est officialis perpetuus, aut temporalis, aut dubius, vtrum sit temporalis, vel perpetuus. ☞ Si est perpetuus,tunc dare, & recipere mutuò, & contrahere cum subditis, non prohibetur, dum tamen faciat sine oppressione.vt in.l. præsidis. ff. eodem. si cert.pet. & .C. quod metus causa l.si per impressionem. ☞ Si est temporalis,refert,aut contrahit nomine vniuersitatis, & potest.vt in.l.gaius.ff.de vsu.aut nomine suo, & tunc aut cum subiectis, & non potest, vt hic, & in dicta.l.quisquis.& in.l.eos.eodem titulo,aut cum non subiectis, qui non conuersabantur in loco,& potest.& sic dicit, quòd debet intelligi dicta.l.præsidis. ☞ Sed dicit Cy. quòd alij moderniores tenent, ꝙ potest accipere à subiectis ad suum vsum & necessitatem. & ita intelligunt.d.l.præsidis.Sed si acciperet ad negotiandum,non potest etiā ab aliis non subiectis,& hoc magis placet sibi,& hanc distinctionem tenent Angel.& Paul.de Castro in dict.l. principalibus. ☞ Et vt iste text. & iura similia

2 habeāt locum,requiritur,quòd iudex† exerceat pluries negotiationem hanc. Secus si vna vice tantùm exercuit, quia tunc non incideret in pœnam.vt tenet Paris de pute.in tracta. syndica. in parte,officiales non possunt.folio.87. ☞ Et facit

3 quia mercator† propriè est ille, qui plures facit negotia-

negotiationes,non vnam tantùm .tenet Bartol. in proœmio ff.orum.num.10.per.l.primã.§.1.ff. de tribut.& probatur per.l.semper.§.diuus Adrianus.cum.l.sequenti.ff de iur.immuni. vbi si immunitas cõceditur alicui,qui negotiationem nauicularian exercet,oportet quod maiorẽ partem substantiæ in ea negotiatione ponat, & habeat. Et ideo dicit Barto.in.d.l. semper.§.negotiatio.quòd immunitas data aliquibus mercatoribus,ita demum seruanda est,si maiorem partẽ facultatum tenerent in mercantiis . prout tenet Alexand.in consilio.108.in.4.volu. ☞ Et quòd vna mercantia non faciat quem mercatorem,sed professio,& exercitium.tenet Bald.in rub. C.de constitu.pecuni.in fine. Quod dicit verum nisi hanc vnicam mercantiam præcedat professio, seu matriculatio in matricula mercatorum. nam nomina dicta à professione acquiruntur profitẽdo,nomina verò dicta à cõsuetudine,seu ab actu generalitatis acquirũtur vsu,& exercitio.nõ per
4 vnicum actum. vnde non dicitur †aleator, licet semel ludat,nec peccator, licet semel delinquat, nec lector,licet semel legat.& idem in similibus. secundum Bald.ibi,& Barto.in.l.legatis seruis. ff.de lega.3.nume.4.vbi ad ea, quæ in contrariũ adducit,respõdet.☞ Et sic, quòd mercator nõ dicitur quis per vnum actum. & cum Barto. transit Anchara.in capitu.canonum statuta.de constitu.ver.quis dicatur.& Barto.in l.mariti.§.quæsitum.ff.de adulteriis.& Feli.in proœmio Gregori.co.fi.versi.quartò limita.☞ Et facit quoque,
5 quòd licet clericis† sit interdicta negotiatio, vt in cap.fi.de vita & honest.cleri. per venditionẽ vnius rei tantùm non dicitur negotiari, seu mercari.est tex.in capitul.eiiciens.88.dist.in.quæ est palea.& tenet Paris de put. vbi suprà,sed dicitur negotiator, quando emit pluries res aliquas, & in suis formis eas vendit.nam si vẽdidit rem mutatum lucrum proueniens ex artificio, secus vt si emit chartas pro libro scribendo. vt in capitulo.nunquam.de conse.distin.5.& Cardina. in Cle.fi.de censi.in.3.nota.& Abb.in dict.c.fi. de vita & honest.cleri.in fine.num.14.& Bertachi.in tracta.gabella.in.3.parte numer.5.tomo.6. tracta.folio.55.☞ Et idem Bertachi.in.7.part. nu. 48.folio.63.dicendo, quòd non dicitur mercator,qui contrahit semel tantùm, sed frequenter, vt dictum est.& Bartl.in.l.prima.C.de naucula. lib.11.& in.l.prima.ff.de tribu.nisi præcedat professio,vel matriculatio,quia tunc etiam ex vnico actu dicitur mercator.vt Barto.in rub.de constitu.pecu.in fine.C.vt suprà dixi.☞ Intantum officiales non possunt contrahere, nec mutuare
6 durante officio,vt dictum est,quòd si durãte† officio fecit contractum,quòd eo finito non potest confirmari mutuo consensu expresso, vel tacito. vt in dict.l.prima,versi.pe.C.de contracti.Iudi. & Ias.in dict.l.principalibus.Quod etiam extẽdit ad proceres,seu curiales principis,qui prohibentur emere,& alios contractus facere:& si contrahunt,contractus est nullus.l.fi.C.de rescind. vend.iuncta glo.in verbo,palatinos. quæ dicit, ꝙ illa lex, habet locum in omni contractu.quod Bal.ibi dicit esse verum quoque in magnis consiliariis magnorum dominorum,vt suprà dixi in glo. heredad.& tenet Paris de put.in dict.tracta. syndica.folio.16.in parte,exceduntnum.8.☞ Et ratio prohibitionis est,vt dixi,quia officiales debent vacare officio publico: quod commodè nõ possunt facere,si vacarent priuatis emptionibus. Cum qua ratione Ias.non transit ibi,sed dicit, ꝙ melior est propter metum impressiõis: quia lex suspicatur, quòd officiales propter officium inducerent aliquem ad contrahendum non liberè: vt in dict.l.fi per impressionem.C.quod metus causa.argu.l.1.C.si rector vel prouin.☞ Quod extende non solùm in iurisdictionem exercentes,
7 verunetiam in exactoribus † publicorum, quia isti prohibentur cum suis prouincialibus contrahere.vt tenet Iohan.de Plat.in.l.missi opinatores.C.de exactor.tribu,lib.10.numero.3. prima colum.☞ Regulam istius tex.& iurium similium limita aliquibus modis.☞ Primò limita nõ
8 habere locum, † quando emit, vel contrahit ex causa necessitatis,putà vtensilia, vel victualia.vt probat tex.in dict.l.vnica.versic.præterea.C.de contra.iudi.secundũ intelle.Guiller.& Bartol. Alexan.& communiter docto.secundũ Ias.ibi, in dicta.l.principalibus.ff. si cert.peta.4.limitatione.Et ibi Angel.dicit, quòd si negotiat propter victum suum,& familiæ suæ quod potest facere.& est glo.in.l.vniuersi.C.de vectigali.& cõmissis.& Barto.in.l.solent.§.non vero.ff.de offi. proconsu.& lega.dicit, quòd prohibitus emere in aliquo loco,intelligitur posse emere victualia sibi necessaria.& Alexan.in dict.l.principalibus.num.2.dicit,quòd prohibitus cõtrahere nõ intelligitur prohibitus,quando facit ex causa necessitatis,vnde secundũ eũ non prohibetur emere victualia necessaria.& idem dicit Bal.in dict. l.solent.in dict.§. primo,in.3.notabi.ff. de offici. proconsu. & lega. ☞ Hinc est, quòd prohibita
9 alienari,† possunt alienari ex causa necessitatis. l.alienationis.ff.famil.herciscun.eo quia necessitas non subiacet legi.vt in.l.prima.ff.de offic.procõ.tex.in.l.3.§.in eadem.ff. ad.l.Rhodi.de Iact.

& te

& tenet Roma.consilio.290.& Areti.consil.28. Alexan.consili.59.in.5.volu.numer.6.& ibi ponit causas necessitatis,propter quas potest alienari.& in authentica resque.C.communia delega. ☞ Hinc dicunt docto.Angel.Rom.& Alex. in.dict.l.principalibus.quòd prohibitus extrahe
10 re† frumentum de ciuitate sub certa pœna, non intelligitur prohibitus,quando extrahit ex causa necessitatis,putà propter necessitatem victus sui.notant doctores in.l.cætera.ff. de leg.primo. ☞ Quoque infertur secundùm Iaſ.ibi,in dicta.l. principalibus.quòd exemptus ex priuilegio,&
11 habens† immunitatem à collectis,nõ tamen intelligitur exemptus à collecta, quæ imponitur ciuibus propter necessitatem instãtem,putà propter bellum.prout tenẽt Dy.Ray.& Bal.contrariãtem eis in.l.si ex toto. in principio.ff.de legatis.1. ☞ Et facit quia tempore† magnæ necessitatis non excusatur quis à murorum,seu ciuitatis custodia.tex.est in.c.2.de immunit.eccles. & in
12 l.absit.C.de priuile.domus Augustæ.lib.11.& l. 52.titulo.6.parti.prima.& l.1.titu.3.lib.1. in ordina.regali.Montal.in.l.1.titul.5. foro.11.lib.1.in gloss.magua.Iaso.in.§.Item seruiana.Institut.de
13 actio.colũ. 19. vbi tenet,quòd priuilegium† exẽptionis non prodest in casu magnæ necessitatis reipublicę,vel principis. ☞ Item facit optimè illud,quod notat Bal.in.l. iubemus nullum. C.de sacrosanctis eccle.primo &.2.notabil.vbi notat, quòd de necisitatibus imminentibus ecclesiæ fortè propter guerram,seu bellum nullus quantuncunque priuiligiatus intelligitur excusatus, siue priuilegium sit dignitatis,siue personæ, seu religioni cõcessum. ☞ Ex hoc quoque dicit Bal. in.l.prima,ad finẽ.C.de operis liberto. quòd tẽ-
14 pore necessitatis,† putà guerrę, potest princeps imponere subditis subsidium charitatiuum.Iaſ. tamen vbi suprà dicit,quòd Iohan.de Anani.in consilio.7.incipiente,visis.consuluit,quod vasalli non tenẽtur tempore necessitatis,putà guerrę, subuenire dominis de pecunia.& ibi ad hoc bene ponderat tex.in cap.licet vasallus.in.2.respõso. si de feud.fuerit controuers.inter domi.& agna. Limita tamen istam decisionem, vt ibi per eum,quæ limitatio est,licet Iaſ. non ponat, nisi necessitas sit magna,vel quia captus,vel quia effectus est inops secundùm sui qualitatem,vel est in aliquo euidenti periculo propter guerram,& vasallus est diues,& potens,quia tunc tenetur secundùm Iohan.de Anani.in.dict.consilio in fi-
15 ne. ☞ In simili facit,quòd emptores,† seu arrendatores gabellarum pro necessitate reipublicæ, vel regis,seu domini, possunt exigere ante diẽ, vel ante tempus dictas gabellas, remisso tamen eis interusurio medij temporis.tenet Bal.in.l.1. C.de condi.ex leg. & sequitur Iaſ.in.§.Sed hæc quidem. Institu,de actioni.columna.2.numero 8.& Pala.Ruui.in repetit. capitul.perveſtras.de dona.§.23.nume.23.folio.98.& Iohann.de Plat. in.l.prima.C.de vsuri.fiscali.lib.10.& late Roderi.suarez in repet.l.post rem.ff.de re iudica. columna.128.& idem tenet Angelus in.l.si is, qui bona.ff.de pignori.& in.l.cùm quidam.§.fiscus. ff.de vsuris.Idem tenet Mar.de Laude,in tracta. de fisco,quæst.25.tomo.6.tracta.folio. 2.quod dicit notandum, quia plerunque propter necessitates publicas principes ante diem exigunt à publicanis. ☞ Adde etiã text,notabil.in.l.tutor qui repertorium.ff. de excusa.tuto.in princ.per quẽ dicit Abb.in cap.fina.2.colum.de ecclesijs ædifi-
16 cãdis,quod si† immineat necessitas alienandi res ecclesiæ cathedralis, potest prælatus inconsulto Romano pontifice alienare, quanuis iurauerit nil alienare inconsulto pontifice, capit.super.de reb9 eccle.nõ alie. ☞ Vi.quoq;quod notat.Bar.in
17 l.si qñ.pæ illũ tex.C.de naufragiis.vbi ait†,q9 si tẽpore magnæ necessitatis vicini veniũt ad machinãdũ in terra nostra,nõ tenẽtur soluere gabellã,& ideo gl.in.c.fi.in verbo,pcipiet.23.q.1.vult
18 q9 in causa necessitatis permissum† est confiteri peccata etiam Iudæo,& Saraceno. ☞ Et ideo si victualia,quæ emere valent,nõ possunt ad† emẽdũ inuenire,possunt ea ptio soluto auferre,vel subditos cogere ad vendendum. vt dixi suprà in gl.heredad.n.6. ☞ Et quoq; potest emere equos, quia non debet ire pede,quia sunt similes alimẽtis,vt ibi dixi.& vi.Paris.de pu.in tracta.syndica.in parte,officialis.n.6.folio.70.Et ibi quoque tenet,quòd potest victualia accipere pretio soluto. ☞ Et adde quoque,quòd prærogatiua in pretio rerum venalium non est facienda militibus, & officialib9 pluſquã vendãtur priuatis pſonis in fo.publico.& si per minas,vel alio calore hoc faciat officialis,incidit in crimẽ cõcussiõis.tenet Io.de Pla.in.l.septẽ.C.de erog.mil.anno.lib.12.
20 ☞ Secũdò limita nostrũ tex.& iura similia,† nisi officialis gerat officiũ in sua patria, vel in loco suę originis,qa põt indistincte cõtrahere.Bart.Paul. Alex.& Iaſ.in.d.l.principa. & Ang.in.l.cos.C. eo.si certũ peta.tamẽ Bal.in.d.l. principalibus. tenet contrarium.Et Ang.dicit ibi,quòd de rigore videtur oppositum, per dict.l.qui in officijs.in principio.ff.de contrahen.emptione. vbi videtur casus in oriundo. ☞ Ludo.Roma.concordãdo Barto.Bal.& Ange.dicit,quòd si quis est officialis in propria patria, sine iurisdictione, potest

teſt contrahere ſecundùm Barto. ☞ Aut eſt officialis cum iuriſdictione,& ſit vera opinio Bald. quòd non poſsit contrahere. Iſtam concordantiam ponit Paris de put.in dict.parte, contrahere officialibus.folio.86.num.8. Tamen Alexan. in.dict.l.principalibus.num.4.dicit,quòd communiter tenetur prima opinio,reiecta opinione & diſtinctione Ludo.Roma.quia tex.in dicta.l. qui officij.non exprimit de eo, qui in loco ſuæ iuriſdictionis officium gerit. Et idem tenet Iaſ. ibi,nume.primo.&.2.vbi quoque dicit ſecundū
21 Barto.& Angel.ibi quòd priores † ciuitatū,ſeu ancianij,ideſt regidores ſiue rectores,durante eorum officio poſſunt contrahere.& ita dicit Ang. quòd ſeruat conſuetudo.& facit tex.in.l.eos qui in patria.ff.de ritu nuptia.& idem tenet Guille. benedi.in repeti. ca. Raynucius.de teſta.in parte,duas habens filias.num.48.dicendo,quòd officiarij annales officia tenentes in loco originis, vel domicilij, omnes contractus celebrare poſſunt. ☞ Et idem eſt,ſi talis iudex habet proprietates in illa ciuitate,vel in illo Caſtro, vel loco, ſeu res immobiles:quia tunc præſumitur ſubiectos diligere,& eos nolle oprimere.vt in authentica,vt iudices ſine quoquo ſuffragio.§.cos. & in §.ſi cogitatio.&.§.neceſsitatem.colla.2. & tenet Montal.in glo.ordi.in parte, officiales ſic nota.
☞ Tertiò limita regulam prædictam non procedere,
22 †quando officialis contrahit cum non ſubditis,quia tunc ceſſat impreſsionis metus,ſecundū glo.& Saly.in dict.l,quiſquis.C.ſi cert.peta. Barto. Angel. Paul. Alex.& Iaſ.in dict.l.ſi principalibus.& Montal.in dict.gl.ordi.in parte,officiales ſic nota.per.l.præſides.ff.ſi cer. petatur. ☞ Sed iſtam limitationem intellige,niſi illi contrahentes conuerſarentur in illo loco, quia tunc pro ſubditis reputantur,& habentur, & contractus non tenebit per.d.l.quiſquis.Ita tenet Alexan.in dict.l.principalibus.verſi.quartò limita. & probat in expreſſo dict.l.quiſquis.ibi, ſi inprouincia fuit verſatus.& vide quæ dixi in glo. de los tales pueblos. ☞ Quartò limita dictam regulam,vt procedat in officiali,vel iudice† tem-
23 porali,ſecus in officiali perpetuo.tex.eſt in dict. l.præſidis.ff.ſi cert.peta.in verbo, perpetui. ſecundùm Barto.& communiter moder.& Iaſ.ibi cum limitatione,de qua ibi per Angel. Alexan. & Iaſ.niſi per impreſsionē ipſius iudicis inductus eſſet ille ad contrahendum ſecum.per.d.l.ſi per impreſsionem.quæ impreſsio in iudice non præſumitur.vt Bal.in dict.l.ſolent.§.fi.ff.de offi. proconſu.& lega.glo. & docto.in.l.ad inuidiā. C.quod metus cauſ.& tenet additio.Alexan.in dict.l.principalibus. ☞ Et ſi dicas,quòd. d.l. præſidis.non loquitur in officialibus principalibus ſed in eis qui ſecum ſunt:reſpondetur, quòd ratio illius tex.eſt generalis,videlicet,quia perpetui ſunt.ſecundū Iaſ.ibi. ☞ Attamē Saly.ibi cōtrarium tenet,& mouetur: quia maior metus,& maior impreſsio timetur in perpetuo officiali, quàm in temporali,qui in breui eſt remouēdus. Sed ad.l.principalibus.& ad.l. præſidis.non reſpondet Saly. Bal.tamen in dict.l.ſolent.§.fi.in.2. quæſt.plenè diſputat hanc.q.nunquid iſta lex, & ſimilis,habeant locum in officiali perpetuo. Et hoc non obſtante contrarium determinat, & & ſequitur communem opinionem,& ſic,quòd perpetuus officialis poteſt contrahere, dummodo non appareat metus impreſsionis.quod probat, quia epiſcopus habet perpetuum officium, & poteſt contrahere.authenti.licentia. C.de epiſcopis & clericis. Quæ opi.poteſt ſuaderi: quia perpetui officiales viderentur perpetuò prohiti contrahere,& ſic videretur eis interdictum perpetuum commercium,quod non eſt dicendum. Et poteſt reſponderi ad argumentum dictum. Nam ex quo poteſt contrahere cum nō ſibi ſubditis,non eſt iurandum,ſi non poſsit contrahere in loco,vbi perpetuò gerit officium. facit l.titio centum.§.primo.ff.de condi.& demonſtra.
☞ Sed alia ratio melior ponitur per Mōtal.in.d. ſua gloſ.ordi.in parte,officiales.vbi tenet, quod officiales perpetui poſſunt contrahere: quia in perpetuis officialibus cenſetur eſſe fides approbata,ex quo perpetuò ſunt electi,ſed in temporalibus ſecus.vt ibi per eum. Et facit quod tenet Guido Papa in deciſionibus.deciſi.195.vbi idē tenet,dicendo,quod conſiliarij regis poſſunt cō trahere,& ſic permittitur. Et quia iſti officiales perpetui poſſunt per ſuperiorem ſyndicari,etiā officio durante, & videri quomodo ſe habeant in officiis:quod ſecus in officialibus temporalibus, qui non debent ſyndicari niſi in fine corū officiorum.Ita tenet Bal.in.l.niſi. §.cùm furioſi. ff.de tutelis & ratio.diſtrahen. ☞ Et quod dictū
24 eſt in officiali perpetuo,idē eſt in officiali† poſito ad beneplacitū, quia poteſt contrahere, quia ęquiparatur perpetuo propter incertitudinē.ſecundùm Iaſ.ibi in dict.l.principalibus.& Bald. & Ange ibi.Et facit gloſſ.in Cle.2.de reſcriptis. & in capi.ſi gratioſè. & in cap.fina.de reſcrip.in 6.Montal.vbi ſuprà.Ita determinat Bart.in.l.de pupillo.§.ſi quis ipſi prætori.ff.de noui ope.nūtia.& Cy.& Bal.in.d.l.quiſquis.& Bal.in.d.l.ſolent.§.fi. ☞ Quod intellige vt per Ange.in.l.eos. C.ſi cert.peta.quando Papa,vel rex habet ex cōſuetudine

ſuetudine eos non remouere, quia tunc vt de perpetuis iudicantur. ſecus ſi habet ex conſuetudine eos remouere poſt certũ tẽpus, quia iudicatur de eis, vt de officialibus tẽporalibus, quod
25 nota. ¶ Quintò limita, quãdo res paternæ † confiſcatæ venderentur, quia tunc licet filio officiali emere propter affectionem. text. in dict. l. qui officij. ff. de contrahenda emptione. & in. l. milites. ff. de re mili. & dixi ſuprà in gloſ. here-
26 dad. num. 3. ¶ Sextò limita † non procedere in officiali, qui caperet donationem remunerationis cauſa durante officio. l. Aquilius regulus. ff. de donatio. & ibi Bart. ſecundùm Alexan. & Iaſo. in dict. l. principalibus. ¶ Septimò dictam
27 regulam limita † non procedere, quando officialis contrahit palàm, & bona fide, vel cum authoritate alterius adminiſtrationis, ſicut in ſimile dicitur de tutore. ita tenet gloſ. in. l. ſi emptione. §. fi. in. 3. ſolutione. argumen. illius text. ff. de contrahen. emptio. & facit text. in. l. non exiſtimo. ff. de adminiſtra. tuto. ſecundùm Ange. ibi, in dict. l. principalibus. & Rapha. Fulgo. in dict. l. non licet. ff. de contrahen. emptio. dicit quòd ita ſeruatur de conſuetudine. ¶ Sed ſecundùm Alexã. & Iaſo. in dict. l. principalibus. contrarium & melius tenet glo. in dict. l. 1. C. de contra. iudi. quæ eſt ſingula. ad hoc ſecundùm Bald. & Saly. in dict. l. quiſquis. C. ſi cert. peta. vbi idem tenet. & ſequitur moderni. eo, quia iura contraria loquuntur in adminiſtratoribus priuatis, ſci licet tutoribus, in quibus ceſſat ratio impreſſionis metus. & quòd ita probet text. in dict. l. 1. C. de cõtra. iudi. vbi dicit, quòd officialis, qui vult contrahere, debet hoc ſpecialiter impetrare: ſed fruſtra impetraretur à principe, quod palàm, & bona fide poſſet facere. & idem tenet Paris de Put. in. d. tracta. ſyndi. in parte, contrahere officialibus. fol. 87. in libro portatil. num. 8. &. 9.
¶ Vbi quoq; dicit, q̃ poteſtas, vel capitaneus non poteſt dare licẽtiam aſſeſſori ſuo, vt in officio cõtrahat, ſed requiritur licẽtia principis. per tex. & glo. in dict. l. 1. C. de contra. iudi. ¶ Octauò limita, vt procedat per viam contractus inter
28 viuos, † ſecus per vltimam voluntatem: & ideo durante officio poteſt officialis inſtitui hæres, & ſibi fieri legatum ſecundùm Iaſo. in dict. l. principalibus. per legem. non dubium. In principio. in verbo, poteſtate. C. de teſtamen. & ibi Barto. & commu. docto. ad quam limitationem infert Iaſo. quòd prohibitus contrahere cum certo genere perſonarum, non prohibetur eis relinquere per viam vltimæ voluntatis. Facit text. in. l. teſtamentum non ideo, & ibi gloſſ. & Bald. C. de teſtamen. & vltra Iaſo. tu vide Alexand. in conſilio. 120. in. 1. volum. num. 5. vbi te-
29 net, † q̃ vbi prohibetur alienatio per contractũ, intelligitur ꝓhibita alienatio, quæ fit in vltima voluntate iure vniuerſali. allegat. l. verba geſſerunt. ff. de verborum ſignificatione. & l. milites. ff. de re milita. & l. decuriones. cum ibi notat. ff. de decurioni. & l. 1. in fine. iuncta gl. in verbo, ſui. C. non liceat habita metropo. lib. 11. & firmat etiam clarè Iohann. de Imol. in. l. ſi ita quis. §. ea lege. ff. de verbo. obliga. penult. colum. & bene facit. l. fi. C. de prædiis curial. lib. 10. & vide glo. ſingul. in. l. 4. titul. 10. lib. 3. foro legum. in gloſſ.
30 fi. in fi. vbi tenet, quòd licet per † ſtatutum forenſis prohibeatur emere in loco non prohibetur emere quæ fuerunt anteceſſorum, vel niſi illa prædia empta, vel conducta obueniant iure hæreditario. vt refert Iohan. de Platea in. l. 1. C. quibus ad conducen. prę. d. fiſca. non licet accede. lib. 11. Et Hippolytus de Marſi. in repeti. l. fi. ff. de iuriſdict. omni. iudi. num. 111. tenet, quòd licet
31 res ſit † prohibita alienari in certum genus perſonarum, putà in forenſes, talis forenſis poteſt ab inteſtato ſuccedere ex legis diſpoſitione. Barto. in dict. l. ſi ita quis. §. ea lege. argum. in. l. cùm pater. §. Iulianus Agrippa. ff. de legatis. 3. & ſequitur Paul. de Caſtro, & alij ibi.
32 ¶ Nonò limita, vt non † procedat in officiali, qui habet adminiſtrationem ſine iuriſdictione. ſecundùm Barto. in. l. confertur. §. quod à præſide. ff. de iure fiſci. ¶ Decimò limita in officiali
33 † contrahenti ex licentia principis. per dict. l. 1. C. de contra. iudi. ſecundũ Iaſo. in dict. l. principalibus. Et Paul. de Caſt. ibi vnico verbo ponit has limitationes, & vide Bertachi. de firmio. in tracta. gabellarum. in. 3. parte principali. colũ. 2. in fine. vbi quoq; eas ponit. ¶ Angel. quoq; dicit in dict. l. principalibus. quòd fallit, ſi negotiatur † nomine reipublicę, & ad eius vtilitatem.
34 vt in. l. Gaius. ff. de vſuris. & in. l. ciuitas. ff. ſi certum petatur. ¶ Item dicit quòd fallit, ſi negotiatur ſuper re ipſius reipublicæ, quam adminiſtrat palàm, & bona fide cum ſuo collega. vt in dict. l. ſi in emptione. §. fi. ſed dic vt ſupradixi.
¶ Eſt alia limitatio, & fallentia, & ſic. 13. quando
35 eſt ibi conſuetudo, † vt iudices contrahant. quia tunc poſſint ſine pœna contrahere. tenet Paris de Put. vnico verbo. in. d. tractatu. in parte, contrahere. fol. 86. nu. 7. ¶ Adde aliam, & ſic decimam quartam, ſcilicet, quando iudex † contrahit
36 in alio contractu, quàm mutui, ſcilicet, quando talis iudex habet proprietates in illa ciuitate, Caſtro, vel loco, ſeu res immobiles, quia tunc

potest contrahere: quia præsumitur subiectos diligere, & eos nolle opprimere. tenet Montal. in.d.glo.ordi.in parte, officiales. Vide tu Bertachi.in tracta.gabella.in.3.parte.num.10. tomo.6. tracta.fol.55. vbi ponit aliquos ex istis casibus, quē vide. ☞ Et an si pōt iudex matri
37 moniū † cōtrahere in ciuitate, in qua officiū gerit. Vi. tex.in.l. vnica.C. si rector vel prouinc. vbi tenet, q nō. & tex.in.l.2.ti.14.pti.4. nisi in sua patria, vbi iurisdictionē exercet. ☞ Et ibi gl.i.d.l.vnica.in verbo, administrātes. ☞ Sed tu vi. dictū singu. Saly. ibi, in fi. vbi quoq; dicit, q supradicta sunt vera de iure ciuili: sed de iure canonico potest licerè matrimonium contrahere. & sic.d.l. vnica. & d.l. parti. sint correctæ. Et quoq; potest retinere concubinam in ciuitate, quam regit. prout tenet Roma. singula. 481. per l.fi.ff.de concubi. ☞ Attamen in casibus, in quibus prohibetur officialis cōtrahere durante of-
38 ficio, si contrahit, † talis contractus an iuramento firmetur? dic q non, tamen iuramētum est seruandum. per.c.debitores. de iureiurā. tenet Bar. in.l.si quis pro eo. ff. de fideiusso. col.3. num.10. versi. quartò dixi. & dictus Paris de Put. in dict. tracta. in dicta parte, contrahere officiales. ☞ Sed an officialis, qui prohibetur contrahere, prohi-
39 beatur pignus † accipere. Iaso. in. d.l. principalibus. d.nu.3. dicit, q tactum nō inuenit, & arguit ad partes. Tamen non eundo per mēdicata suffragia dicit, q est glo. expressa in.l. in quorum. ff. de pigno, vbi dicit, q officialis, qui prohibetur contrahere cum subditis officio durāte, non prohibetur accipere pignus: & Bar. ibi, & Bertachi. in.d.tracta. gabella. in.d.3. parte. num.10. de intelle. in hac.q. Iaso. vbi suprà putat distinguēdum sic. Aut officialis fecerat contractum ante ingressum officij, vel in alio loco, ita q contractus principalis erat validus, tunc durante officio pro illo contractu possit pignus, seu securitatem accipere, sed si officialis officio durāte fecerit contractum, quia non valet, si pro illo contractu acceperit pignus, credit q non valet acceptio pignoris. ☞ Ex qua distinctione infero intellectum ad dictū Ange. in.l. pars literarum. ff.
40 de iudiciis. vbi tenet, q licet potestas habeat † instrumētū guarētigiū, cōtra sibi subditū, nō poterit illud petere executioni mādari durāte officio, sed remediū est, vt cedat iura sua, ita q d eui ctiōe nō teneatur, & cessionario nō obstabit exceptio. per.l. sed & si restituatur. ff. eod. qd dictū sequitur Paris de Put. in.d. tracta. in parte, officiales durāte. fol.106. nu.10. ☞ Quòd intelligatur, si instrumentum, vel cōtractum fuit factū durante officio, secus si ante. Sed tenerē, q non mandetur executioni, licet sit antea factum: quia magistratus maiores, & sic iudices, nō possūt cōuenire, nec cōueniri durāte officio, sed eo finito. per

dios d los lugares d su corregimiēto: so

tex.in.d.l. pars literarū. & tex.in.l. 2.ti.20.for.leg.lib. 4. & ibi Mōtal. in gl. in pte, ni alcalde ni merino. maximè qa in executione requiritur causæ cognitio ad minus. 10. dierum. per.l.4. & 5. tit.8. lib.3. in ordi. regal. & ibi Rodericus Suarez in repe. quā posuit iūcta l. post rem. ff. de re iud. & tex.in.l.64. in ll. de Toro. ☞ Sed finito officio, pōt executioni mādari, quia pōt contrahere. vt Iaso. in.d.l. principalibus. nu.4. & dixi in.c.1. suprà in glo. durante el tiēpo
41 de su officio. ☞ Adde in proposito, † q si potestas mittit famulum ad emēdum carnes, vel alias res, potestas debet soluere debitum non familiaris: quia ille solūmodo est nūtius, qui nō afficitur ex cōtractu, prout tenet Bal. in.l. si tutor. in fi. ff. si quis cautio. & dicit q facit ad prædictā l. titiū. §. à matre. ff. de admin. stra. tuto. vide quæ dicam in.c.4. infrà eo. in gl. sea obligado. nu.17.

Summarium.

1 Grex quis dicatur.
2 Abigeatus crimen, quod dicatur.
3 Inter gregem, & armentum, quæ sit differentia.
4 Iudex, qui in sua patria gerit officiū, poterit portare gregem in pascuis publicis.
5 Quod tempus iudex debet portare gregem in pascuis publicis, ad hoc vt puniatur.

0 1 Ganado. °Qui ex decē ouib⁹ cōstat, vel ex q̄tuor, † vel quinq; porcis. vt in l. oues. ff. d abigeis. gl. in. §. si grex. instit. de lega. Et tenet Nicasi. de Boerda. in. §. qd verò natura. instit. de iure nat. gen. & ciui. nu.3. Qd intelligē simul, & cōgregatim cōsistentiū. vt gl. in. §. sed si gregis. instit. de rerū diuisio. & tex. in. l. 19. ti. 14. part. 7. vbi dicitur idē, q. 10. oues, & quinq; porci, aut quatuor eq, vel tot earū fœt⁹ facit gregē, minor autē numerus nō, vt ibi infertur scdm
2 dic. l. ptitę, q q minorē numerū † furatur, nō dicitur abigeus, & p cōsequēs nō debet mori, sed aliter punitur, vt ibi. ☞ Ex quo infertur, q ad hoc, vt iudex incidat in pœnā istius. c. debet portare istum numerū gregis in pascuis publicis, aliter non punitur. Et facit gl. Mōtal. in.l.6. ti.5. lib.4. for. leg. in glo. muera por ello. vbi quoq; dicit, q quinq; boues faciūt gregē. Idē tenet Ang. in.d. §. si grex. nu.2. vbi tenet, q quinq; eq, vel boues ad similitudinē porcorū faciunt gregem. vt glo.

& Barto.

& Barto. in d.l.oues. Sicut quatuor, vel quinq; equites faciunt gentem. vt Bar. ibi. & idem Angel. in d.§. Sed si gregis. qui legit eum iuncto. §. In pecudū. nu. 2. & 3. Et glos. in cap. 1. 10. q. 1. dixit, quòd. 10. oues faciūt gregem, sed porci quinq; vel quatuor faciūt gregē porcorū. ▽ Saly. tamen in l. 1. C. de abigeis. tenet cōtrariū, dicens, quòd in porcis, equis, & bobus, & in ouibus, quòd 10. requiruntur, vt faciant gregem. quia in d. l. nō dicitur, quòd quatuor porci, vel quinq; faciant gregē, sed ꝓpter quatuor vel quinq; illud crimē abigeatus committit. ▽ Tamē cōtra Saly. est tex. in d.l. parti. ibi. si alguno hurtasse. 10. ouejas, o dē de ariba, o cinco puercos, o quatro hieguas. & ibi. por tāto que como sobredicho es de cada vna destas cosas hazē greyes. quòd nota. ▽ Quę
3 aūt sit differētia † inter gregē, & armētū? Bar. in l. fi. C. de milita. veste. libr. 12. dicit, ꝙ armētum est de animalibus magnis, sed grex de pecudibus, & animalibus minutis. Qui ergo promittit gregē, potest dare pecudes, sed qui promittit armentum, nō potest dare nisi bestias magnas, & grossas. Quod Bart. ibi dicit esse notādū. & Ioā. de plat. ibi vbi dicit, quòd, qui accusat de damno dato ab armēto, non obtinet probādo de grege, nec ecōuerso: quia appellatione armenti, in dubio intelligitur de animalibus grossis, & grex intelligitur de paruis, vt de ouibus. glos. plenior em habes in Cle. 1. de decimis. super, verbo, gregibus. ▽ Sed contra dictum Bar. & glos. in. d.l. fi. de milita. veste. est text. secundū Areti. ibi. in l. si gregē legato. ff. de legatis. 1. vbi hoc nomen, grex, comprehendit bouem, & sic animal magnum. ▽ Tamen secundum Ias. ibi pro dictis glossis & Barto facit text. in. l. 1. per hanc primo. ff. de rei vendi. vbi separatim ponitur significatio gregis à significato armenti. facit l. boues. ff. de verbo. signifi. Et ad dictū text. in. d.l. si gregē legato. respōdet, quòd ex quo text. dicit, ex eo grege pecus esset vel vnus bos, inquantum dixit primo, pecus, terminus, grege, propriè stat. sed dū subiungit de boue, capitur largè. Sicut in. l. fi. ff. de abigeis. declarat glos. in. d. Cle. 1. ꝙ grex largo modo cōprehēdit omne genus animaliū, quod gregatim pascitur. vt in. l. legatis. §. pecorib⁹. ff. de legatis. 3. ▽ Sed tene, quòd
4 iste tex. non habet locum in officiali, † vel iudice, qui exercet officium in sua patria. & in officiali perpetuo, vt dixi suprà in glos. mercaderia. ▽ Et quia in isto text. dicitur, quòd iudex non portet gregem in pascuis publicis, & non se declarat, nec dicit per quod tempus debet permanere dictus grex in dictis pascuis,
5 † vt pœna committatur, quod tempus requiritur? Dic quòd in isto casu relinquitur arbitrio iudicis syndicantis: quia quando tempus non est taxatum à lege, debet taxari arbitrio iudicis. glos. in. l. si constante. §. pe. in verbo, temporis. ff. solut. matri. vbi glos. altercat quando dicatur modicū tempus, & ponit opiniones: vna, ꝙ sit 10. dierum: alia, quòd sit trium dierum: alia, ꝙ sit duorum mensium, vel trium: alia & finalis, quòd sit arbitrio iudicis relinquendu, & cū ista transit ibi Bart. & dicit esse vera. arg. in. l. 1. in fine. ff. de iure delibera. vbi quādo lex nō statuit certum tēpus, relinquitur arbitrio iudicantis. & ibi Bart. & Bald. & tenet in expresso Abb. in. c. nonnulli. de rescript. colum. 2. nu. 6. sequendo Hostien. & dicit, quòd in non determinatis à lege, arbitriū iudicis succedit. vt in. d.l. 1. §. ait prætor. & in cap. de causis. de offic. delega. quod sequitur Alexā. in additio. ad Bart. in. dict. §. ait prætor.

contrario hiziere,

Summarium.

1 Pœna legis, vel statuti habentis plura capitula, an extendatur ad omnia capitula, si est in fine apposita.

P So pena. P Nota text. ꝙ qñ finis legis determinat aliquā pœnā, & præ-
1 cedunt † multa capitula, vt in isto text. omnia videntur ab eadem pœna determinari. tenet Bald. in. l. quisquis. C. si cert. petat. Quod intelligo, nisi ea, quę præcedunt, habeant suam pœnā, & determinationem. vt tenet Ab. in. c. Causam q;. de rescript. nume. §. quod dicit probari in capitu. cùm dilectus. de donatio. & dixit in capitu. secundo requiris. de appellatio. Et istum intellectum ponit Philippus decius consilio. 11. nume. 15. licet non alleget Abb. in dict. cap. causam q;. allegando Barto. in. l. talis scriptura. §. fi. ff. de legatis primo. & Bald. in. l. 1. C. de liberis prēter. ▽ Et quòd talis pœna, vel clausula in fine apposita referatur ad præcedentia, etiam in materia odiosa, & pœnali. tenet Alex. in consilio. 101. in. 3. volumi. nume. 10. per. l. 3. §. si filius. ff. de liber. & posthu. & per. l. 1. C. de liberis præteris quæ iura loquuntur in clausula continente exheredationem, quæ est odiosa, & restringenda. l. cùm quidam. ff. eod. de liber. & posthu. & idē

tenet Alex.cõsi.25.in.1.volu.versi.secũdo respõ deo.& Ange.in.§.capit. 3. Institut.ad.l. Aquil. num.1. cum sequenti. vbi dicit mẽti tenendum, ꝙ quando vna lex, vel statutum habet plura capitula, licet sint pœnalia, dictum in vno capitulo, intelligitur repetitum in alio, vt ibi per eum. ▽ Et facit quod tenet Philip.decius cõsil.92. num. 2. vbi ait, ꝙ qualitas adiecta in vna re ex pluribus copulatis in eadẽ oratiõe ad oẽs alias porrigitur. vt notat Bar.ꝙ illũ tex.in.l.Seiæ.§.gaio. ff.de fundo instru.& idẽ Bart.in.l. si ita stipulatus.§.Grisogonus.col.3.ff.de verbo.obli.& in.l. si legatarius.§.fi.per illũ tex.ff.de lega.3. Et facit quod notat idẽ Bart.in.l.doli verbũ.ff. de seruo corrup. vbi inquit, ꝙ si statutum dicat, si quis fecerit sic, & sic de nocte, illa qualitas noctis, ad omnia supradicta refertur,& idẽ tradit Bar.in.l. 4.§.eritq; differẽtia.col.1.ff.vi bono.rapto.& vide quæ dixi suprà in.c.1, in glo.y complir todo lo suso dicho.

pierda [q] lo que ansi comprare, o edificare, o tratare, y el ganado q̃ ansi truxere para la nuestra Camara. [r]

Summarium.

1 Pœna iudicis contractantis.

[q] Pierda. [q] Aliter de iure cõi † disponitur. vt per text. in.l. non licet. ff. de contrahẽ.emptio.vbi dicitur.ꝙ amittit rem emptam, & condemnatur in quadruplum. Et.l.auferetur. §. qđ à præside.ff.de iur.fisci. dicit, ꝙ res vendita in firmato contractu vendicatur,& eius æstimatio fisco infertur. Sed de iure communi est conclusio secundùm Amode. Iustit.in dict. tracta. Syndica.in parte, Itẽ in eo ꝙ dictus potestas barateria. versi.fi.ꝙ contractus nõ valet, qui fit lege prohibẽte, & res vendita à domino vendicatur,& pretiũ, quod habuit ab officiali, fisco infertur. vt in. d. §. quod à præside.& vltra hoc officialis, qui emit, condẽnatur fisco ad æstimationem rei emptæ in quadruplum. concordat dict.l.nõ licet.secundũ glo.in .d.§.qđ à præside. in vltima solutione gl. cui in dubio est stãdum. l.qui filium. §. Sabinus.ff. ad Trebel.allegat.l.1. C.de contract.iudi.Sed hodie per nostrum tex. dicta iura corrigũtur: quia solummodo amittit illud, quod emerit, ædificauerit,& cõtractauerit, & gregem, quẽ in dictis pascuis publicis portauerit, & camẽræ regis applicatur per nostrum text.quod nota.

r Camara. [r] Licet hic lex istã pœnã nõ applicauerit, intelligitur

Summarium.

1 Lex pœnam imponens, an fisco applicetur.
2 An quando pœna pecuniaria imponitur dicatur iudicium criminale, vel ciuile.
3 Pœna imposita à lege, vel statuto, dicẽte, si quis fecerit sic, condemnetur in centum, cui applicetur.
4 Pœnæ debitæ ex vltima voluntate, cui sunt in dubio applicandæ.
5 Pœnas, & ius confiscãdi an habeãt Duces, Marchiones, & Comites, & cæteri domini.
6 Pœnam an possunt minuere vel remittere Comites, & Barones, dũmodo nõ sit pœna infamiæ.& num.7.
An si possint restituere famam.

1 ista pœna applicata fisco. Quia † qñ lex ponit pœnã, & eã nõ applicat, intelligitur fisco applicata, secđm gl.& doct.in.l.agraria.ff.đ termino amoto.& gl.in.l.Iubem⁹. §.his iudicibus.C.đ sacro san.eccle.& facit tex. in.l.multarũ. C. de modo multar. ▽ Licet videatur, ꝙ parti applicetur, vt in omnib⁹ popularib⁹ actionibus.vt in. l. si cui ex popularibus.ff.de verbo.signi. ▽ Et alibi videtur, ꝙ medietas applicetur parti, & medietas fisco.vt in.l.3.§.hoc autẽ.ff.de his qui deiece.vel effude.& in.l.lege Cornelia.ff.ad silania. ▽ Sed tu in hoc tene distinctionẽ Bar.in dict.l.agraria. ▽ Scilicet, ꝙ quãdo lex ponit pœnã, & introducit actionem, regula est, quòd applicatur parti. vt in.l.si cui.ff.de verbo.signi.& in.l.3.ff.de sepul.vio.l.si quis id quod.ff.de iurisdi.om.iudi.fallit si in lege aliter exprimitur.vt in.l.fi.ff.de litigio.& in.d.l. lege Cornelia.ff. ad silania. ▽ Sed qñ lex introducit accusationẽ, tũc applicatur fisco.vt in.d.l.multarũ.C.de modo multã.& in.c. 1.quæ sint regalia.in feud. col.10. & hoc nisi aliter exprimeretur. ▽ Sed quãdo lex simpliciter loquitur, tunc putat Bart.ꝙ in dubio introducat accusationem,& pœnã fisco applicatur.vt in.d. l.iubem⁹.§.his iudicibus. Et hãc distinctionem Bar.sequitur ad literã. Abb.ĩ.c.ex literis.de probatio.in fi.nu.14.& in rub.đ iudiciis.nu.6.& sequitur eã Ias.in.§. pœnales.institu.de actio. nu. 40.et.41.vbi dicit, ꝙ nõ discedit ab ista theorica. Bar.licet istã.q. altercet,& ait ꝙ cõtra Bart.tenet Ang.in.d.l.si quis id qđ. ff. de iuri.om.iudi. dicendo, ꝙ vbi lex non dat actionem, nec accusationẽ, sed simpliciter dicit, iudicium dabo, tunc

pœna

pœna applicatur parti. Sed Alex. suus præceptor. in dict. l. si quis id quod. conatur respondere, & dicit, quòd doctrina Bartol. in illo finali membro posset limitari, vt non procedat, quando pœna debetur ex edicto prætoris, quia tunc in casu dubio pœna applicatur parti. Et quoque dicit, quòd fallit, quando lex dicit, iudicium dabo: quia est proinde ac si dixisset, actionem dabo, & parti applicatur, & sic videtur tenere cum Angelo in isto casu. ☞ Sed quando pœna pecu
† 20 rum ꝙ tunc iudex ſecularis † poteſt ſummatim cognoſcere, cuius contrarium tenet Bald. in authen. clericus. C. de epiſcopis & cleri. & Guiller. in l. magiſtratibus. ff. de iuriſd. om. iudi. & docto. in dict. Cle. paſtoralis. de re iudi. & in. c. de cętero. eod. tit. quia eſt inferior. & Innoc. in. c. cùm in iure. de officio. delega. & contra Bar. tenet Iaſ. in. d. l. magiſtratibus. nu. 10. vſq; in fine. & Ang. in. d. l. diuus. & in. l. prima. C. de exhiben. reis. & Abb. in. c. at ſi clerici. de iudi. Ang. in tracta. malefi. in parte, nec non ad denuntiationem. nu. 14. & ibi Auguſt. in additio. tenet quoq; cõtra Bart. & ſic, ꝙ iudex ſecularis nõ debet de nouo cognoſcere anteaquã puniat. de quo per And. Sicul. Barba. in. d. c. 1. de offi. delega. col. 28. cũ ſequentibus. vbi vult ſubſtinere opinionẽ Bar. p. 6. col. ¶ Sed tu intellige & ſalua Bar. in aliis criminibus, excepto in crimine hæreſis, quia in iſto caſu ſolum modo tenetur ſtare proceſſu, & non in aliis caſibus. vt tenet Abb. ſic intelligendo Bar. in. c. fi. in fine. de ſtatu monacho. vbi ait, ꝙ ſi iudex eccleſiaſticus tradit clericum, vel laicum iudici ſeculari per eum puniendum iudex ſecularis non tenetur ſtare proceſſui iudicis eccleſiaſtici, excepto in crimine hæreſis, & ſolummodo in iſto caſu errauit Bar. in dict. l. diuus. ſecundum eundem Abb. quod nota, facit tex. in. c. inquiſitionis. §. prohibemus. de hęreti. in. 6. & iſtãmet opinionem vult tenere idem Abb. in. c. 1. de officio ordi. num. 12. verſi. ſed aduerte. pro qua opinione eſt tex. in. l. 2. tit. primo. foro. ll. lib. 4. ibi, de que los obiſpos y los prelados de la yglesia los juzgarẽ por hereges q̃ los quemen. ¶ Sed quãdo iudex ſecularis inuocat auxilium eccleſiaſticũ, tenetur facere fidẽ de proceſſu. vt Innoc. & Abb. in dicto c. primo de offi. ordi. & Barb. ibi col. 27. vbi in col. 28. cum ſequentibus tenet quoq; contra Bar. ¶ Sed tene, vt dictum eſt, ꝙ excepto in delicto hæreſis iudex laicus debet iterũ cauſam examinare, quando ſibi traditur per epiſcopum clericus puniendus. tenet Ang. in authen. de ſanct. epiſcopis. §. ſi verò examen. col. 9. & Abb. vbi ſuprà. Et iſtã concluſionẽ cõtra Bar. tenet quoq; Stepha. Aufrer. in tract. de poteſtate. ſecula. contra eccleſia. tomo. 5. tra. in. 4. regula. nu. 31. & 32. folio 436. vbi concludendo dicit. reſtat igitur concluſio, ꝙ in criminalibus aliis ab hæreſi iudex ſecularis non tenetur ſtare proceſſui iudicis eccleſiaſtici. ¶ Eccleſiaſticus tamen poteſt compelle-
21 re ſecularem, ſi non vult ſibi impendere † auxilium, ſed non ecõtra. glo. in. c. primo. & ibi Abb. de offi. ordi. nu. 11. quia ſecularis non poteſt compellere eccleſiaſticũ, ga maior eſt eo. facit. c. qualiter. de iudi. & c. legimus. in fine. 93. diſt. ¶ Sed
22 iudex eccleſiaſticus † compellitur per ſuum ſuperiorem eccleſiaſticũ. vt in. c. 2. de excep. in. 6. ¶ Et licet poſsit ſecularis cogi per eccleſiaſticũ. non intelligas per quẽlibet eccleſiaſticũ, ſed per
23 ſuũ † ordinariũ vt in. d. c. 2. cui ſubeſt ratione peccati: quia ſi eccleſiaſticus inuocat brachiũ ſeculare, qui non eſt de ſua dioœceſi, non poterit nõ parentem compellere, quia eſt extra territorium. c. 2. de conſtitu. in. 6. l. fi. ff. de iuriſ. om. iudi. ſed implorauit auxilium dioœceſani, cui ſubeſt ille ſecularis, & ille compellet ſecularem. vt Cardi. in. d. c. primo. & Barb. ibi. 33. & 34. col. ¶ Sed non cogitur iudex laicus procedere, † vel condemnare ad
24 mandatũ epiſcopi. Bal. in margarita. verſi. iudex. verſi. 21. & Innoc. in. dict. c. primo. de offi. ordi. licet condemnatum ab vno alter debeat euitare. vt Bal. vbi ſuprà, quod dicit eſſe menti tenendum. ¶ Sed ſupradicta, quòd iudex ſecularis debet iuuare eccleſiaſticum innocantem ſuum auxilium intellige quando ſententia eſt † in rem iudica-
25 tam tranſacta, ſecus ſi eſt appellatum ab ea, quia tunc nõ tenetur obedire iudici eccleſiaſtico contra clericũ appellãtem à ſententia ſua. ita ſingulariter Oldral. cõſilio. 89. vbi hoc per multa fundamenta, tenet, & dicit hoc verius, maximè ſi appellatio eſt emiſſa ex cauſa probabili. quod nota. Et tenet Abb. in. c. primo. de offi. ordi. nu. 11. quem vide. & idem tenet dictus Stephanus Aufrerius in dicto tracta. de poteſtate ſeculari. in quarta regula numero. 32. tomo quito tractatu. folio. 436. dicendo, ꝙ ſi epiſcopus inuocat brachium ſeculare contra clericum ſuum, qui tamen ab eo ex probabilibus cauſis ad ſedem apoſtolicam appellauit, princeps, vel iudex ſecularis non debet eum iuuare, quia eidem epiſcopo poſtquam eſt appellatum ab eo ſubditus poteſt reſiſtere. l. prohibitum. C. de iure fiſci. lib. 10. & procedendo, appellatione pendente, videtur ſuperiori iniuriam facere. c. nomen. 2. quæſtione prima. & l. quoniã iudices. C. de appel. vbi dicitur, ꝙ offi cialis non reſiſtens pertinaciter iudici non recipienti appellationem, punitur. 30. pondo auri. ex qua lege poteſt ſubſtineri ſecundùm Stepha. vbi ſuprà, quòd iudex temporalis poſsit impedire executionem ſententiæ, preſertim irretractabilem, à qua fuit ad ſedem apoſtolicam appellatum, donec releuandi tempus ſteterit. quòd ſæpenumero fieri vidit, quod nota.

¶ In tantum

℣ In tãtũ, ꝙ si secularis requisit⁹ ab ecclesiastico
26 nõ impẽdit suũ auxiliũ † in casu in quo debet, est excommunicatus. vt tenet Archidi. in. c. 1. de statu regula. libr. 6. & Paris de Pute. vbi suprà.
27 ℣ Sed quæritur, an iudex † delegatus, qui nõ habet in mãdatis ex presse, põt inuocare brachiũ secularе. Federi. de Senis hãc. q. examinat in cõsilio. 163. & primò dicit, ꝙ nõ: quia iurisdictio delegata, est stricti iuris odiosa, & extra ordinaria, & sic restringẽda, & coarctãda, & personas in rescripto nõ cõprehẽsas nõ extẽditur. c. edoceri. de rescrip. & ibi glos. & c. nõnulli. eod. titul. & c. fi. de offi. delega. & dicit tenere Archidi. in. c. officiũ. de hæreticis. in. 6. ℣ Tamẽ dicit, ꝙ in cõtrariũ tenet Innoc. in. c. significasti. de offi. delega. & Hosti. eod. titul. c. 1. & Specula. in titul. 1. §. sequitur. versic. sed nunquid seculare. & idem Archidi. in. c. administratores. 23. q. 5. quia aliqua repromissa, vel prohibita, omnia quæ sequntur ex ea, permittuntur, vel prohibentur. vt in capitul. præterea, de offici. delega. & cap. prudẽtia. §. sexta. versic. cæterũ. l. ad rẽ. ff. de probatio, in qua opinione remanet. Federi. in. d. cõsilio. Quia cũ iurisdictio ecclesiastica, & coërtio non sufficiat ad cõprimẽdũ cõtumaces, & inobediẽtes, meritò ꝑ secularẽ potestatẽ se iuuare debet ecclesia, sicut ecõtra. ℣ Et cõtrariũ soluit, dicendo, ꝙ non obstat, ꝙ iurisdictio delegata sit restringenda: quia habet locũ, vbi per delegatã iurisdictionem derogaretur iurisdictioni ordinariæ, quæ est fauorabilis, & ibi quoq; respõdet ad alia, quæ in contrarium possunt adduci.

haga requerimiẽtos, c q̃ no lo hagan.

Summarium.

1 Protestatio dicitur denuntiatio publicè facta causa iuris conseruandi.
2 Quatuor species protestationum.
3 In protestatione regulariter, scriptura non requiritur. Fallit vt hic.

c Requerimientos. Quæ protestatio dicitur,
1 † quòd est denuntiatio publicè facta causa iuris cõseruãdi in futurũ, qđ protestãti cõpetit, vel cõpetere põt. c. cũ in. de cõstitu. & c. cùm magna. de electio. prout tenet Cardi. in. Cle. 1. de procurato. nu. 16. q. 13. vbi dicit, ꝙ idẽ tenet Zẽzeli. per. l. fi. §. Item si prædixerit. ff. naut. caupo. stabul. Alij autem aliter definiunt, vt per Bart. in. l. nõ solũ. §. morte. ff. ꝙ de noui. ope. nũtia. vbi ait, ꝙ protestatio dicitur de nũtiatio cũ testatione facta. vt in. l. de testatio. ff. de verbo. signi. & in. l. plebs. §. detestatum. quæ definitio dicit ibi quòd sit verissima. nu. 11. vbi multifariis modis hoc exponit.

Y si dello no quisieren, cessar, nos lo

℣ Et sunt secundũ eum quatuor
2 † species protestationũ. Et in quãtũ dicit, ꝙ secũda est protestatio prohibitoria, seu inhibitoria, ne aliquid fiat, quę cõuenit nostro text. ista consistit circa tria. Nã quãdoq; prohibetur vt nõ fiat id quod prohibito erat permissum, nõ tamẽ erat obligatus ad faciẽdũ, vel nõ faciẽdũ. Quandoq; prohibetur vt nõ fiat id quod prohibitus tenea tur facere. De vno quoq; mẽbro vi. per Bart. ibi. nu. 34. cũ sequẽtibus. ℣ Et in quãtũ Bart. reprehendit difinitionẽ Iohã. Mon. vt protestatio dicatur clamosa denũtiatio, & sic videtur intelligi, ꝙ nõ possit fieri protestatio in scriptis. C. l. fina. C. de negotiis gestis. dicit Alexãd. in. d. §. morte. nu. 9. ꝙ dicta definitio Iohan. Mon. põt defendi, quia etiã scriptura clamare dicitur. vt patet in. c. cũ Marthæ. de celebra. miss. versicul. mosayca vox. & ꝙ notat. Bar. in. l. Ariani. C. de hæreticis. dũ dicit Alex. ꝙ lex semper loquitur, & quia secũdũ Ias. in. d. §. morte. nu. 12. hoc est modicæ vtilitatis, vlterius non insistendum. ℣ Et quòd in ista protestatione regulariter nõ requiratur scri-
3 ptura, † sed potest fieri in scriptis, vel sine scriptis, est text. & ibi Bart. in. l. fi. C. de negotiis gestis. & ibi alij docto. gl. in authẽ. de tẽpo. nõ sol. pecu. § cõtestationẽ. colla. 7. quia non est de casibus specialibus requirentibus scripturã. vt per glos. magnã in. c. 1. de censi. in. 6. quãuis cõtrariũ teneat glos. & malè in. c. cupiẽtes. de ele. in. 6. in verbo proposita. & ibi reprobant Anchara. & Domi. & bene secũdũ Ias. in. d. §. morte. nu. 21. ℣ Quod dicit ibi Ias. ꝙ fallit primò, vbi protestatio succedit loco actionis, seu libelli, ex parte actoris. vt in. l. si. vt perfectius. C. de annali. exceptio. ℣ Secũdò fallit, quando protestatio succedit loco exceptionis nõ numeratæ pecuniæ, vel nõ numeratę dotis, & sic ex parte rei. vt in authẽ. hãc autẽ. C. de non numera. pecu. Et isto modo patet, ꝙ secunda falliẽtia differt à prima, quamuis Saly. & Bald. in. d. l. fi. C. de nego. gestis. reprehẽdãt Bart. in. d. §. morte. nu. 27. & malè secundùm Ias. ibi. nu. 21. quia dicũt secũdã falentiã cõtineri sub prima. ℣ Vltra Bart. secũdũ Ias. fallit tertiò, quando per protestationem agitur de periculo personæ,

personæ;& sic per eam patitur prę iuditium irreparabile, tunc propter grauitatem præiuditij, requiritur scriptura. tex. est in authen. si quis ei. & ibi Saly. ad hoc notat. C. de adulteriis. & Roma. in addi. ad dict. §. morte reputat illum tex. ad hoc singula. ☞ Quartò fallit, quãdo aliquis inuitus non potest cogi ad acceptandũ tutelam, sed sponte si vult acceptare, debet hoc infra quatuor mẽses protestari in scriptis, ꝙ eam acceptat. tex. est in authẽt. presbyteros vltima. & ibi Bal. ad hoc notat. C. de episcopis & clericis, & ratio est secundum eum quia acceptatio tutellæ ex actu fori. l. actus. C. de feriis, & ideò requirit scripturam. c. quoniam contra. de probatio. ☞ Quintò fallit in casu. §. si quis de prædictis. & ibi Barto. ad hoc notat in authen. vt cùm de appella. cogno. quando filius neglexit patrem suum, qui est furiosus, & non vult eius curã suscipere, si extraneus sibi protestetur in scriptis, debet priuari hæreditate, & successione patris. Et idem si non esset filius, in alio cognato qui aliàs sperat hæreditatem. Et ratio specialitatis potest esse in hac fallentia propter grauitatem præiuditij, quæ est in priuando filium à tali successione patris. l. cùm ratio. ff. de bonis dãna. cum similibus. prout tenet Ias. vbi suprà. ☞ Quoque dic, quòd in casu istius text. requiritur, quòd protestatio fiat in scriptis ad hoc, vt regi possit constare, & quia potest parare præiudi tium irreparabile, & tunc requiritur scriptura. vt est tex. singularis in dicta authẽ. si quis enim. C. de adulte. & ibi ponderat Saly. & tenet Alex. in dicto. §. morte. col. 8. num. 33. vbi per Bartol. Alex. & Ias. latissimè de ista materia protestatio nis.

haga saber[d], para q̃ nos lo mandemos remediar de mane ra q̃ nocõsientan q̃ cosa passe en nro perjuyzio, yde nra

Summarium.

1 Relatio quando superiori fiat.

d 1 Saber. [d] Quia propter defectum iurisdictionis relatio fit superiori, † vt tenet glo. in. l. prima. C. de relatio. in verbo, consulat, in fine. & sic hic iudici seculari prȩcipitur, quia non potest contra ecclesiasticum vsurpantem regalem iurisdictionem procedere. De qua materia vi. l. prima. ff. d̃ relatio. & in. c. intimasti. vbi omnino de appella. & Alex. in. l. iudices. C. de iudi. nu. 5. Et licet possit procedere contra talem personam ecclesiasticã vt dixi suprà in glo. vsurpan. num. 9. debet ad regem deferri, vt hîc. ☞ Et vi. alium casum, in quo relatio fit principi. in. c. 6. suprà eod. & quæ ibi dixi in parte, notisi quen cõ tiempo. ☞ Alium casum habeo in. c. 22. infra eod. in fine. & ibi dicam. ☞ Et relatio non solum pót fieri ad principem, sed etiam ad alium superiorem, qua pendente, officium referentis debet silere, quando fuit relatio facta in casu promisso. vt in. l. cum à nobis. C. de dilatio. prout tenet Bald. in. l. eum quem. §. iudicibus. ff. de iudiciis. ☞ Et super dubio iuris potest consulere superiorem, quæ consulatio nec hodie, nec olim est prohibita. vt glo. in. l. diuus Marcus. ff. de officio prȩsi. vbi quoq; tenet, ꝙ de facto consuluitur princeps, licet præses non. vt in. l. eum qui. ff. de iudiicis. ☞ Et tene, ꝙ in casibus, in quibus relatio fit superiori per inferiorem, debet inferior iudex illicò acta litigatoribus edere. vt in. c. intimasti. de appellatio. & ostendere partibus relationem, quam faciunt superiori. 2. quæstione. 6. vidum aliàs posset appellari. glos. in. c. cùm olim magister de officio delegat.

Summarium

1 IN his, quæ regi pertineat, non debet fieri prę iuditium.

2 Regalia an rex potest concedere, & si concedit, quid venit in concessone.

e

En nuestro perjuyzio.

e In his scilicet, quę sunt regalia. vt in titul. quæ sunt regalia. in vsi. feud. & ibi Bal. & Andre. de Isern. quia in his † & similibus, quæ pertinẽt regi, non debet fieri quidquam in eius præiuditium, vt hîc, quia dãnum pateretur, si auferretur sibi commodum proueniens ex publico, vt in. l. 2. §. meritò. ff. ne quid in loco publi. & ibi per Barto. & in. l. proculus. ff. de damno infecto. ☞ Et an si rex 2 potest concedere regalia, † & si concedit, quid venit in concessione? Vide Paridem de Puteo. in tractatu syndicatus. in parte, de excessibus baronum. folio. 11. numero septimo, & octauo, cum sequentibus.

Summarium

Summarium.

VBicunq; iurisdictioni prejuditium paratur, iudex potest ex se, nemine petente, prouidere.

f Iurisdiction. f Quæ fit cognoscendo inter laicos super re merè profana, & in aliis. vt dixi supra in glos. vsurpan. ▽ Et ideò dixit Bar. in. l. si quis libertatem. ff. de peti. hæredita. ꝙ vbi 1 cunq; † iudici, vel iurisdictioni paratur aliquod prejudicium, tunc iudex potest ex se, nemine petente, prouidere. & tenet Iohā. de Plat. in lege præcipitur. C. de cano. largi. titulo. lib. 10. nu. tertio.

jurisdiction f, que luego sea remediado g, y notificado a nos.

Prętorū. Caput. 21.

TEmandamos, y defendemos, que los dichos nuestros assistentes, o gouernadores, o corregidores, ni alguno dellos: no accepten ruego a, ni car-

Summarium.

1 IVrisdictio vbicunq; offenditur, quilibet de populo admittitur ad agendum.

g Remediado. g Procedendo, si potest, contra turbantem, vel impedientem. vt dixi. suprà in. c. 3. in glo. en fauor de su jurisdiction. & si non potest procedere, nuntiet regi, vel suo consilio regali vt hic. ▽ Et vide Bal. in. l. si quis id quod. ff. de iurisdi. om. iudi. in prima lectura. vers. extra scias. vbi tenet allegando Dy. in consiliis, ꝙ semper ad 1 mittitur † ad agendum quilibet de populo, vbicunq; est offensa iurisdictio iudicis. Et ponit exemplum in confratis confinibus, & prẽcepto spreto, & consimilibus, quod dicit esse menti tenendum. Et idem tenet in additio. vbi dicit, ꝙ est actio annalis. ▽ Adde tamen, ꝙ minus delictum est offendere iurisdictionũ prętoris, quàm offendere priuatam personam. tenet Bald. in. l. si familia. ff. de iurisdi. om. iudi.

Prætorum. Cap. XX. finis.

Sequitur Caput. XXI.

Summarium.

1 ROgare, & mandare, paria sunt.
2 Rogatio maiorum proiusso habetur.
3 Rogamina maiorum, vel potentium, vel blanditia, an inducant iustum metum.
4 Blanditiæ principis, & importunitas, iustũ metum inducunt.
5 Donatio facta mulieri, per maritum ex frequenti petitione mulieris, non valet.
6 Blanditijs potest quis testatorem inducere ad sibi legandum, secus si blanditiis inducitur in pernitiem alterius.
7 Quando blanditijs quis inducit testatorem vt testamentum reuocaret, institutus in tali testamento reuocato à secundo hęrede scripto, reuocabit hæreditatem per actionem de dolo. Quod habet locum non solùm in hærede instituto per blanditias reuocato, sed etiam si testator volebat ei relinquere hæreditatem, vel legatum & per suggestiones non relinquit.

a 1 RVego. a Quia rogare, † & mandare paria sunt. vt tenet glo. & ibi Bar. in. l. si negotiũ. C. de negocis gestis. & in. l. 1. §. fi. ff. mãda. maximè si sunt rogamina istorum curialiũ, quia in isto casu maiores dicuntur si istis iudicibus procurant officia. ▽ Ta-
2 lis enim † rogatio maiorum habetur pro iussu. l. prima in principio. ff. quod iussu. & ibi Paulo
3 de Castro. & Bal. in. l. si mandator. C. quòd † cum eo. Bart. in tractat. de tyrannia. in. 7. q. principal. Alexan. in. l. quia. colum. pen. ff. de iur. om. iudi. & in consilio. 124. in primo volu. in fine. & Andre. de Isernia. in titu. de feud. sine culpa nõ amittẽ. c. si quis miles. vbi adducũt illud, quod communiter dicitur. Est rogare ducum species violenta iubendi. ▽ Et an rogamina potẽtium,
4 † vel blanditia inducant iustũ metum. vi. glos. in Clemẽ prima. de testi. in verbo, exhortamur. Abb. in. c. Abbas. quod metus cauſ. facit tex. in cap. cùm inter seniorem. de electio. & ibi Abb. vbi tenet, ꝙ sit idem de minis potẽtiũ. vt Abb. in cap. primo. de officio delega. ▽ Quod intellige, quando sunt soliti sæuire in non obedientes suis rogationibus, non aliàs secundùm Abb. &

Andr

Andre.Sicul.in.d.c.primo arg.tex.in.l.ad inuidiam.& in.l.metũ.C.q metus causa.¶ Item blan
4 ditię † principis iustum metum inducunt. per glo.in.l.prima.C.si rector vel prouin. secũdum Barb.in. d.c.primo, & tenet additiona. Paulus de Cast.in.l.1. C.si quis aliquẽ testa. prohibu. ¶ Itẽ importunitas secundum glos.in.c.audacter.8.q.1.gloss. & quod ibi notatur in. c. cũ adeò. de rescrip. & tex. in.l.1.C.de petitis bonorũ.subla.lib. 10. ¶ Vbi Bald.te-
5 net, q donatio † facta mulieri per maritũ ex frequenti petitione mulieris, talis donatio non valet, nec cõfirmatur per mortem mariti, quia quodam calore iracundiæ est facta secus si blanditiis vir inductus fuisset ad donãdum alteri. arg.tex. in.l.fi.ff.si aliqui testa. prohibu. de quo vide singulariter Montal.in.l.3.tit.9.foro.ll.lib.3. in glo. 1. vbi idem tenet & Bal.in.c.si quis.nu.3.de feudo dato inuit.legi. cõmis.in vsifeud. ¶ Vbi Mõ
6 tal.& Bal.tenent.q blanditiis † quis potest testatorem inducere ad sibi legandũ, qñ blãditię tendunt ad sui cõmodum, tamen vt quando blanditur testatorem, vt eum hæredẽ instituat. ¶ Secus si blanditur imperniciem alterius.suggerẽdo falsas causas testatori, vt tollat hæreditatẽ iam instituto. ¶ Et vide Pala. Rub.in repeti.rub.de donat. §.81.folio.§8.vbi idem tenet & d materia ibi per eum. Tamẽ dicit. ibi.nu.11. q in isto casu quan
7 do blanditiis † quis inducit testatorem vt testamentum reuocaret, institutus in tali testamẽto reuocato reuocauit à secundo hęrede scripto per actionem de dolo vel in factum hæreditatem, licet testamentum valeat. Ita dicit q tenet Ang.in l.fi. C.si aliquem testa. prohib. vbi ait, q ita fuit iudicatum Perusij, dũ ipse esset vicarius episcopi, quia quidam enim instituit hæredes in suo testamento quosdam religiosos, seu conuẽtum, & quidam agnati sibi tantum persuasserunt, dicendo, q erat malefactum instituere tales religiosos, & q talem hæreditatem conuerterent in malum, & ita fecerunt, q eos instituerent, fuit iudicatum q illi religiosi obstinerẽt succesionẽ, quod dicit esse bene notandum, quamuis contrarium vellit glo.cum qua ibi Cy.transit in.l.quidquid C.arbitri.tutelę, & sequitur Bal.in.d.l.fi.in fine. ¶ Quod extendit Ang.vbi supra, q hoc non so-

ta [b] que les sea escripta en los casos de justicia por persona de nra corte ni defuera della, antes sin embargo della hagã, y administrẽ la justicia real mẽte, y cõ effecto, y qualqer carta de ruego q̃ se les escriuierẽ de nra corte en los casos de justicia, nos la embie.

lũm habet locum in hærede instituto per blanditias reuocato, sed etiam qñ testator volebat ei relinquere hæreditatem, vel legatũ, & per suggestiones non relinquit, qa datur actio de dolo cõtra talem suggerentem illis, quibus, adẽptum est vel eius solicitudine non relictũ, vt in.l.1.ff.de doli except. qđ dicit Ang. esse casũ notabi. et quotidianũ. & idẽ tenet Ang.in.l.nõ enim.pillũ tex.cũ glo.ff.de inoffi.testamẽ. & sequitur Cæp.cautel.62.et Ias.in.d.l.fi. C.si aliquis testa. prohib. q legit eũ iuncta.l.1.nu.3. licet Pala.Rub.de eo nullã faciat mentionẽ, sed solũmodo sua dicta extrahẽdo. & hanc opi. sequitur Anto.Cors.in notabi.suis.in parte, hęres. ¶ Et licet Ias.in.d.l.fi.& Pala.Rub.teneant, q tale testamentũ valeat, licet prim⁹ institutus põt à secũdo aduocare bona per actionem de dolo, videtur mihi. q tale testamentũ nõ valeat, & facit ad hoc, qđ tenet Sco.1.4.dist.15.vbi ait, q isti, qui appropinquant mortui, licet videatur habere aliquẽ rationis vsum, si tamẽ stantiũ importunitatib⁹ lacessiti, & victi, mutant testamentũ, & quodã modo consententiũt inuiti. nullũ robur habet talis voluntas, & presumitur ope, & malitia illorum fecisse non autem ex consensu. Quia vt dicit Philosop.3.Ethy.ignorantia. & aliqualis coactio excludit voluntarium, prout refert dictus Pala. Rubi. vbi suprà.numero quarto. cui concordat quod tenet Ias.in dict. l.prima numer.secundo, vbi ait, q licet tex.non dicat de eo qui coegit ad testandum, placet sibi, q testamentum redatur nullum. Nam sicut metus vitiat ipso iure matrimonium. vt in capit. Abb. quòd metus causa, & capit.locum & veniens. ita debet ipso iure vitiare institutionem.

[b] Carta. [b] Idẽ tenet Bar.& Paul.de Cast.in. l.prima. C.ne lice. potẽ.vbi dicit, quòd ille tex.facit contra eos, qui faciunt scribi literas per dominos priores inferioribus iudicibus, quia incidunt in constitutionem.& vi.quæ dixi suprà in cap.3.in glo.procuradores.nu.18.

Prætorum. Cap.XXI. finis.
Sequitur Caput.XXII.

Summarium.

1 FOrtalitia, & domus fortes sine iussu regis & consiliariorum suorum non debent fieri, & sic quæ sunt ędificata, destruantur.

2 Muri non fiant sine licentia principis.

3 Castellum dicitur receptum, seu casuarium, vbi multi possunt se reducere, & munire, & per eum præbetur turbationis materia.

4 Aedificare an quis præsumatur in dubio pro se, non ad æmulationem alterius.

5 Castra noua, & fortalitia quis præsumitur facere cum iniuria & æmulatione alterius, eo ipso, quòd construuntur, & non sunt necessaria.

6 Castrum faciens ad dānum regis maculam perditionis incurrit.

7 Castra si de promissu ciuitatis sunt facta, vel si per tempora vetusta possidentur, nō cogitur quis ea relaxare.

8 Castrum quod à principio iustè & legitimè factum est, non est diruendum.

9 Dispositio vetans aliquid adquirere de nouo, non dicitur vetare, vel prohibere iam adquisita retineri.

10 Munitio facta in aliquo loco, quę periculosa potest esse alicui ciuitati, permitti non debet.

11 Muros fortallitij an sit licitum reficere sine licentia regis.

12 Fortalitium, quod est in totum destructum, an potest refici.

13 Solennitas, quæ in confectione instrumenti requiritur, an requiratur in refectione, quando fuit amissum.

14 Ecclesia ex toto collapsa, si erigitur, an debeat de nouo consecrari.

15 In refectione monasterij totaliter destructi requiritur episcopi licentia.

16 Reficienti ędificium de toto destructum, potest nouum opus denuntiari

17 Molitione castri authoritate principis facta omnia iura castri, & pertinentiarum extinguntur.

18 Cum destructio castri fit authorirate principis, debet refici eadem authoritate.

19 Si domus emphiteoticaria comburitur casu fortuito, si postea reficiatur, an cogatur emphiteota perseuerare in emphiteosim & soluere pensionem.

20 Si potestas finito officio confirmatur in eodem officio, dicitur nouus potestas.

21 Fideiubens in prima conductione, non tenetur in secunda.

22 Fideiubens pro potestate, non tenetur pro eo confirmato pro nouo tempore.

23 Promittens aquam nobili habentem aliquam domum, si destruitur, & postea reficitur, dicitur noua domus, & est liberatus.

24 Reficere an dicatur de nouo facere.

25 Prohibiti ædificare castra, non prohibentur reficere.

26 Ex instrumento refectionis gabella non debetur.

27 Factus, qui non potest à principio fieri sine licentia principis, potest tamen refici sine eius licentia.

28 Nauis sæpe refecta, dicitur eadem, etiam si de prima materia nil stet.

29 Qui potest comedere caseū, & oua, potest etiam comedere sanguinem.

30 Fortalitium, quod nō fuit funditus diruptum, sine licentia regia potest refici. Secus si fuit ex toto funditus destructum.

31 Fortalitium quando reparatur, debet fieri reparatio, vt antiqua forma non mutetur.

32 Personis priuatis licet muris circundare, & custodire loca propria.

33 Turris licet longissimo tempore stetit colapsa, nulla præscriptio tollit facultatem reficiendi.

34 Refectio turris prohibetur, quando imminent scandala.

35 Turris ecclesiæ potest fortificari tempore belli ad perpetuam vtilitatem.

36 Si princeps fortificauit castrum alicuius nobilis ad hoc, vt hostes non caperent illud, & ille nobilis bello finito recuperet castrum, an ab eo recuperet rex expensas quas fecit.

37 Castra & turres habentes, debent ea custodire, & reparare tempore belli & pacis, & noui homines illius ciuitatis, vel villæ.

38 Rex donans vasallos alicuius loci, an videatur donare proprietatem locorum, & fortalitium, quam habet in eum. Et an si potest donare inuitis hominibus loci.

39 Papa, vel rex concedens alicui castrum, & postea illud donat alteri, an valeat secunda collatio.

a TOrres. [1] Idem tenet text.in.l. 7. tit.7. lib. 4.in ord. regali.vbi fortalitia, seu domus fortes siue regis †iussu &consilio suorum consiliariorum & aliquorum hominum locorum circunstantium nullatenus fiant: & quæ sine regis mãdato sunt ædificata, destruãtur. Et sic notatur, ꝙ cum talia castra seu fortalitia pro maiori parte fiunt ad æmulationem alterius ciuitatis, & plerunq; viam seditionis præbent,non licet ea sine iussu principis fieri,vt hîc in nostro tex.& in.d.l.ordina. Facit tex.in.l.opus nouũ.ff.de operi. publi.&.l.2. C.de fundi limi.lib.11.vbi glo.in verbo, antiquitas.tenet non licere cuilibet castrũ habere.Idem tenet cõstitutio regni Neapoli.in tit.32.et.33.vbi prohibet fieri castra,& turres à priuatis quasi sufficiant publicæ imperiales municiones. & ibi gl. ▽ Qđ intelligit.d.l.2. C.de fundi.limi in limine regni, vel imperij, alibi autem, quilibet põt facere.quod sequitur Bar.in.l.ex hoc iure. ff. de iusti.& iur.num.7.sed tu tene ꝙ hodie per istũ tex. etiam si fiant in suo, nemo potest castrum, vel turrim ædificare, etiam licet non ædificet in limitibus regni sine licentia regia, quia præsumitur ad æmulationem regis,vel alterius fieri, vel prębere materiam seditionis. vt text. in.l.8. eod.titul.7.lib.4.in ordi.regali.ibi, muchos males y daños que se han hecho y hazẽ,y se podriã hazer en nuestros Reynos. Quod probat text. in.d.l.2.C.de fundi.limi.quæ incipit,qui cũm castra.&tenet glo.in.l.si in aliquẽ.ff.de offi.procõ.

2 & legati.in verbo.opera.vbi dicit,ꝙ muri † ciuitatis,& castra non fiant sine licentia principis, vel sui proconsulis. l. sacra. §. pen. ff. de rerum

3 diuisio.& quia castrum dicitur † receptũ,seu castuarium,vbi multi possunt se reducere,& munire.argum.ff.de aqua quotidi.& æstiua.l. prima. §.ait prętor.& dicitur ad differentiam terrę planę,& idem subiungitur in turribus, ea videlicet ratione, quia per huiusmodi ædificia,scilicet fortalitia,& turres prębetur turbationis materia,& scandala de facili oriuntur. vt tenet glos.in dicta constitutione regni Neapoli. ▽ Nec ad hoc potest obstare quod tenet Bald.in.l. item lapilli.ff. de rerum diuisio.col.2.nu.4. vbi ait, ꝙ in dubio

4 † vnusquisq; præsumitur ędificare principaliter propter se,&non ad damnum,nec ad iniuriã, vel æmulationem alterius. quod sequitur Ias.in dicta.l.hoc iure.nu.11.quia Bald.& Ias. loquuntur in in aliis ędificiis, & nõ in castris,turribus, vel fortalitiis, qa hæc ad æmulationẽ psumũtur ędificare & non licet noua castra facere cũ iniuria, vel æmulatiene alteriꝰ.vt tenet Bar.ĩ.l.i.in prĩcipio.ff. qđ cuius vniuersi.nomi.nu. 2.Bar.Pau.& Ias. in.d.l. ex hoc iure. Innoc.& Abb.in c. Pisanis.de resti.spolia.in fine.& Guido.Pap.in sing.427.& est tex.in.l.prouĩcias.C. de ædifi.priu. & ibi glos. Roma. singulariter in cõsil.52.in fine.arg.tex.in.l.1.§.deniq;.ff.de aqua pluui.arcẽda.& in.l.fluminũ.ff.de damno infecto.§.sed cũ sequẽti.&per alia iura. vbi tenet, ꝙ

5 noua † castra vel fortalitia facere cũ iniuria, vel æmulatione alterius,ꝙ pręsumitur,eo ipso,ꝙ cõstituũtur,& non sunt necessaria. Et qa si quis ad

6 regis † damnum castrum faciat,maculam prodi tionis incurrit.tenet Montal.in suo reperto.glo. ordi.regali.in parte.castra.▽ Et ꝙ in confinibus ciuitatis non sit licitũ possidere castra,& si habet cogatur relaxare,tenet Bart.in.d.l.2.C.de fundi.

7 limit. Qđ dicit esse verũ, † nisi de permissu ciuitatis sint facta, vel concessa, vel per tẽpora vetusta possederint,quia tunc talis vetustas pro lege habetur. vt in .l.2. ff.de aqua pluui. arcen.in princip.▽ Et tenet Montal.vbi supra,ꝙ castrum

8 vel fortalitiũ qđ àprincipio † iustè, & legitimè factum est, nõ est diruendũ:& si perueniat ad casum, à quo nõ potuit inchoari.per regulã. Factũ legitimè.de regul.iur.in.6.cum ibi notatis.& tenet ad literam Iohã. de Plat.in.d.l.2.C.de fundi. limit. lib.10. ▽ Et facit qđ tenet Abb. &Iohã.de

9 Anna.in.c.iudęi,el.1.de iudęis. vbi dicũt,†ꝙ dispositio vetans aliquid adquirere de nouo nõ dicitur vetare,vel prohibere iã adqsita retineri,& sic cũ ius vetat in futurũ,permittit in præteritũ, sicut quædã dirimunt contrahenda,quæ nõ dirimunt cõtracta,c.quẽadmodũ.de iur.iurã. ▽ Qđ extẽde nõ solũ ad fortalitia,verũetiam si aliqs fa

10 cit † munitionẽ in aliquo loco,quę possit esse periculosa alicui ciuitati,nõ debet sibi pmitti.vt tenet

Prætorũ Cap.22.

OTro si, q̃ no consientan que se hagã sin nuestra licencia torres [1], ni casas fuertes en las ciudades, ovillas,o tierraque fuere a su cargo, ni en sus terminos, y jurisdiction. Y sepase si hazeagrauio,y daños de las fechas nueuamente y si se perturba con ellas

net singulariter Bar. in d.l. opus nouũ. ff. de operi. publi. Quod dicit intelligendum esse periculosa, vel esset verè mudia alteri ciuitati, quam ei,
11 cui subiecta est. ℣ Sed an sit licitũ reficere † muros fortalitij sine licentia regis. text. in. l. loca sacra. §. muros. ff. de rerũ diuis. videtur dicere q̃ nõ tamen glo. & Bar. in. d.l. opus nouũ. determinant contrariũ, & q̃ contrariũ seruatur. & facit glos. in d.l. per prouincias. C. de ædifi. priua. Bal. in. l. si vt proponis. la. 2. C. de nuptis. & tenet Ias. in. d.l. ex hoc iure nu. 13. ℣ Vi. Innoc. ĩ. d. c. Pisanis. vbi in fine. vbi tenet, q̃ sicut non licet noua castra facere cum iniuria vel æmulatione alterius, ita nec in castellare vetera, quæ non probãtur habitata. l. 3. C. de ædificiis priua. & in. d.l. 1. et. 2. et. 3. C. de fundis limitrosis. lib. 11. & arg. in. l. 3. ff. de operis publi. & l. athletas. ff. de his q̃ nota. infamia. Et Bal. in. l. 1. §. innitio. ff. ḋ officio præfect. vrb. nu. 7. col. 2. dicit, q̃ cui non licet noua castra facere, non licet vetera inhabitata reformare. Potest ergo quis agere vt destruãtur innouata castra vt in pristinã formam reducerentur conditione ex illis legib⁹ vel officio iudicis. arg. ad hoc in. d.c. cõsuluit. & per Innoc. vbi suprà, vbi dicit idem esse in alio ibi reditus habẽte, quia agit vnusquisq; ꝑ euitanda diminutione sui patrimonij. ℣ Sed Abb. in. d.c. Pisanis. in fine. dicit dicta Innoc. suprà dicta intelligenda in possessore iniusto, seu tyranno. arg. illius tex. Si autem esset possessor iustus, tũc dicit distinguendum, quòd aut vult reficere anti qua ædificia, vel habitare de nouo castra inhabitata ad iniuriam, vel æmulationẽ alterius, & tunc procedant dicta Innoc. quia non licet vti re propria ad iniuriam, vel æmulationem alterius, vt alij noceat, & sibi non profit. vt in. l. prima. §. deniq;. ff. de aqua pluui. arcen. & notat glo. in. c. ecclesia vulterrana. de electio. ℣ Aut hoc non facit ad iniuriam alterius, sed ad conseruationem, vel augmentum patrimonij, vel honoris sui, & tunc putat sibi licere, & non posse per aliũ prohiberi etiam si alij inferatur timor, seu damnum. & ad hoc dicit tex. optimũ. in. l. si meo. ff. de aqua pluui. arcen. & in dict. c. cum ecclesia vulterrana. & in dicto. c. consuluit. vbi patet, q̃ prohibitus de nouo constituere, non prohibetur reficere antiquum ædificium iuxta pristinam formam, nec hoc casu possit allegari præscriptio, si longo, aut longissimo tempore non refecerit, vel inhabitauerit: quia cum iste sit actus mœræ facultatis, & nil positiuè actũ sit in sui iuris præiuditiũ, non currit præscriptio iuxta notata in. c. Iohannes. de cleri. coniugatis. & per alia iura. vt per Abb. ibi quam distinctionẽ Abb. approbat Fel. in. c. cum accessissent. de constitu. in fine. & dicit esse elegantem declarationem, vt ibi per eum. Quinimo non solũ possunt reficisci castra, & fortalitia, sed dico, quòd ad hoc ea tenentes debent cõpelli quando rex seu princeps dubitat de bello, & potest visitare castra aliorum dominorum, & nobilium, etiã ipsa castra ab episcopo, vel ab ecclesia in feudum tenentium, ac profectò turres, & fortalitia ecclesiarum in suo regno existẽtes, & existentia incastellare, & hoc propter salutem publicam. vt notat Cy. & doctores in. nullus hæreticus. C. de summa trinita. & fide catholi. & Innocen. & Abb. in dicto capit. Pisanis. prout tenet Nicolaus Boërius in tracta. de custo. claui. num. 43. tomo quinto tract. fol. 272. ℣ Quod facit contra ducẽ, qui nominatur del Infantazgo, qui permittit fortalitium de Arenas, quod quidem regale, & eximiũ est, perdi adque funditus dirui, ac similiter fortalitium sancti Martini de Val de ygleſias, quod est contra text. in. l. prima titul. 18. part. 2. vbi habetur, quòd huiusmodi fortalitia, robur, adque imperium, & munitionẽ, siue tutamen subministrant regi, & populis ei subditis. Et qui dicta castra, seu fortalitia habent iure hæreditario, vel successione parentum, debent ea tenere bene fulta armis, & hominibus, nec non alimentis. vt ibi in. d.l. parte. cauetur. Et si dicti domini in hoc excedunt, rex debet imperare, vt vectigalibus, seu expensis ipsius ducis & aliorum, qui dictam. l. parti. non seruant, dicta fortalitia, & alia similia reædificare, & in pristinam formam reduci. exemplo Iohas regis, vt legitur. 4. Reguum. capit. 12. & Paralipome. 24. vbi Iohas rex vocauit Ioiadem pontificem, & sacerdotes, dicens eis. Quare sarta tecta templi non restauratis? Nolite ergo amplius accipere pecuniam iuxta ordinem vestrum, sed ad instaurationem templi reddite eam. Et prohibiti sunt sacerdotes vltrà accipere pecuniam à populo, & ex ea fuit templum, reædificatum vt ibi latè patet. quem vide. facit textus in capitulo filijs vel nepotibus. 16. quæstione. 7. & tenet ad literam Stephanus Aufrerius in tractatu de potestate seculari super ecclesiastic. person. in. 2. regula. numer. 26. tomo. quinto tractatu. folio. 431. ℣ Sed quid si
12 reficit fortalitium, † quod est in totum distructum, aut potest reficere. Bald. in. l. si vt proponis. la. 2. C. de nuptiis. in fine. tenet quòd stante statuto, prout in nostra lege cauetur, q̃ nullũ fortalitium

talitium posit fieri inconsulto papa, vel rege, & aliquis vellet reædificare ædificium fortalitij olim propter rebellionem funditus desolatum, & filij rebellis, vel ipse rebellis reconciliatus non potest illud reficere inconsulto papa, vel rege. ☞ Facit in simili quod tenet Bart. in. l. nuptiæ. ff.
13 de ritu nupt. vbi † solennitas, quæ requiritur in confectione instrumenti requiritur in refectione, quando fuit amissum. ☞ Adde glo. in. c. 3. de iure patro. vbi tenet, q̃ reficiens ecclesiam omnino funditus destructam, dicitur nouam facere, & efficitur patronus, secus si non destructã fundit. Et pro hoc tenet ibi Antoni. vlti. colũ. q̃ si de cõtractu totaliter refecto soluitur gabella, non soluitur, si totaliter non reficitur. ☞ Et facit quod tenet Innoc. in rub. de consecra. ecclesię, vel alta.
14 vbi dicit, q̃ si ecclesia † ex toto collapsa erigitur, etiã ex eisdem lapidibus, debet de nouo consecrari secus si successiuè partes ruentes reædificarentur. ☞ Ad idẽ facit glos. in. c. de monachis. 18.
15 q. 2. vbi in refectione † monasterij totaliter destructi requiritur licentia episcopi, secus in reparatione non totaliter destructi. ☞ Facit quoque quod notat Bar. Paul. Alex. & Ias. in. l. prima. §. ædificium. ff. de noui operi nuntia. vbi dicunt,
16 † q̃ reficienti ædificium ex toto destructum, potest denuntiari nouum opus, secus si non erat ex toto destructũ. ☞ Facit in simili quod tenet Bal. in. 4. volu. consiliorum. consilio. 221. vbi dicit,
17 † q̃ molitione castri authoritate principis extinguntur omnia iura castri, & pertinentiarum: vt. c. abbate. de verbo. signifi. & c. cùm ex iniuncto. de noui. ope. nuntia. vtrobiq; per Innoc. facit tex. in c. fi. 25. quæst. 2. & 16. quæst. 7. c. hoc scri
18 psimus & sic cũ destructio † fiat authoritate principis, eadẽ authoritate debet restitui, cũ sit par potestas destruendi & construendi. vt. c. verbum de pœnit. distin. 1. ☞ Et castro restituto, iura plenariè restituuntur. l. prima. C. de sent. passi. l. fi. ff. de mino. & in. l. q̃ si minor. §. restitutio. &. 4. quæstione prima. c. reintegranda. ☞ Adde quoque quod tenet Nicolaus de Matur. in. l. prima. C. de iure emphiteo. prout refert Barb. in dicto c. cum accessissent. de constitutio. col. 22. q̃ si do-
19 mus † emphiteotecarij comburitur casu fortuito, licet postea reficiatur, non cogetur emphitota perseuerare in emphiteosim, nec soluere pensionem, quia iam fuit extincta, licet nunc sit refecta & dicitur noua. Tamen in hoc contrarium est verius: quia ad pensionem tenetur. vt tenet Iohan. de Anna. & tenet Felinus. in dicto. c. consuluit. de iudæ. & tenet Ias. in dicta. l. prima. C. de iure emphiteoti. nu. 44. ☞ Facit quoq; quod tenet Bart. in. l. 4. in principio. ff. de damno infe.
20 vbi si idem † potestas finito officio confirmatur, ad idem dicitur nouus potestas, & non intelligitur habere idem arbitrium, quod habebat antea, & idem voluit in. l. meminisse. ff. de offi. præsi. & quod voluit Bal. in. l. Titius. ff. de excusa. tuto. & in. l. si constante, C. de dona. ante nup. & in l. Emilius. ff. de mino. & in. l. à te. C. de pact. inter empto. & vendi. Et ista deducunt ad doctrinam q̃ cùm ę deficiũ sit ex toto suppressum, licet postea reficiatur, dicitur nouũ. Facit tex. in. l. si cum
21 hermes. C. locati. vbi fide iubens † in prima conductione, non tenetur in secunda, siue sit prorrogata, siue renouata ex consequentia primę, & ibi
22 dixit Bald. q̃ si quis fideiussit † pro potestate, non tenetur pro eo confirmato in nouo tempore. vt tenet latè Hippolytus de Marsi. in repeti. rub. de fideiusso. nu. 94. Et idem dicerem, si de nouo est electus ad officium, putà, si potestas est electus per sex mẽsibus: nam si pro aliis sex mensibus fuit denuo electus, duo officia sunt, & non tenetur pro eo ex gestis ex isto officio secundo, secus autem si fuit dictũ, prorrogamus ad aliud semestre, quia est idem, & vnum officium, & tenetur fideiussor, & iudex non tenetur stare nisi ad vnum syndicatum pro vtroq; tenet Bal. in. c. venerabilem. de electione. in fine. ☞ Ad idem facit quod tenet eleganter glos. in. l. damni. §. his qui ædes. ff. de damno infecto. quam sequitur
23 ibi Dy. & Bartol. & alij, vbi si promisi † dare aquam recenti cuidam nobili habente domum in æstate, si ista domus est destructa, & postea refecta, quòd dicitur noua domus, & ego sum liberatus ab obligatione. ☞ Sed contra supradicta fa-
24 cit, quia qui refecit, † non dicitur de nouo facere propriè, sed largè. vt Alexan. in consilio 190. in secundo volumine nu. 7. & 19. & Ias. in dicta l. prima. §. si quis ædificium. ff. de noui. oper. contra Barto. & Dy. in. l. de pupillo. §. si quis seruos. ff. eod. & dicit quòd ita dicunt infiniti text. quòd aliud est reficere, & aliud opus nouum facere. vt text. in dicto. §. si quis ædificium. glos. & Barto. in. l. tertia. §. reficere. ff. de itinere actuq́ priua. vbi dicit consultus, longè aliud facere est. tex. in. l. quarta. C. de operi. publi. text. in. l. prima. §. pẽ. ff. de mor. infere. & tex. in. c. consuluit. de iudæ. text. in. l. fi. C. eod. tit. de iudæ. ☞ Hinc infert Ias. vbi suprà quòd prohibiti ędificare ca-
25 stra, † non prohibentur reficere secundùm Bal. & Ang. in dicto. §. pẽ. per illum tex. & glo. ff. de morta. inferendo. & est glo. in. l. longa possessio ff. eod. titulo. & tenet in expresso Abb. in dicto c. consuluit numero primo. ☞ Et Petrus de An-

chara ibi dicit,quòd si ex forma statuti de instru
26 mento soluatur† gabella,certè si instrumentum
reficiatur,non debet solui talis gabella.☞Quoq;
hinc infert Ias. in dicto. §. si quis ædificium. ꝙ
actus,qui non potest à principio fieri sine licen-
27 tia † principis, potest tamen refici sine eius au-
thoritate, vel licentia.glos. dicit esse notabilē in
dicto cap. cùm accessissent. de constitu. in glos.
fi.& ibi Cano.& Bald.in.9.colū.cum. tribus se-
quētibus.☞Et facit tex.in.l.proponebatur.ff.de
28 iudi.vbi tex.dicit,ꝙ nauis † sępe refecta dicitur
eadem,etiam si de prima materia nil amplius ex
tet, & sic reficiens non dicitur de nouo facere.
Et facit quod notat glo.in Cle. fi. de rescript.in
verbo,creatum.& in.c.primo.de religi.domi.in
6.in verbo,domum.& in.cap.per tuas.de dona-
tio.in verbo,de nouo.glos.in.c.officium.in ver-
bo,ad præmissa. de hæreti.in.6.☞Et facit in si-
mili quod tenet glossa in cap.proposuisti. versi.
sanguinem.83.distinctio.&in cap.admonere.in
29 verbo,carnem.33.quæst.2.ꝙ qui potest † come
dere caseum, & oua,potest etiam comedere san-
guinem, nō tamen carnes: quia sanguis cum eis
coagulatus , mutat naturam suam. secundùm
Abb. Anna. & Felinū.in dicto cap. consuluit.
☞Pro solutione dic,quòd aut ædificium,vel for
30 talitium † non fuit funditus diruptum , & tunc
sine licentia regia potest reficere, & ita pro-
priè loquitur tex.in dict. l.prima.§.reficere,ff.de
mortuo.inferen. secundum veram & propriam
literam illius tex. quicquid ibi dicat Dy. & ita
ibi tenet Paulus de Castro. & latiùs Alexan. &
tunc procedit quod tenet Angel.& Bald.ibi,di-
cendo, ꝙ prohibiti ædificare castra, non prohi-
bentur reficere. Aut ædificium, vel fortalitium
fuit ex toto funditus destructum, tunc non po-
test reficere sine licentia principis. ita concludit
Ias. singulariter in repeti.l. quominus. ff.de fulmi.fi.col. vsque in fine, tangendo quæstionem,
quam dicit de facto Alber. disputasse Mediola-
ni,an molendino destructo ex toto, vel domo
vsque ad aream, si dominus potest reædificare.
De quo ibi per eum. & in. §. si quis ædificium.
& ibi per Alexand.num.6. vbi dicit,quòd vera
conclusio in hoc est.☞Quòd aut totum castrum,
vel ædificium fuit funditus diruptum, & tunc
reædificans dicitur de nouo facere,& eadem so-
lennitas requireretur in eorum renouatione,
quæ in constitutione de nouo. & de hoc latissi-
mè per Iason.in.l.ius autem ciuile.ff.de iusti.&
iure.nu.9.cum sequentibus.& Alex.in rub.ff.so
lut. matri. nu.21.&. Philip. Decius in.l. domun
ff.de regul.iuris.& tenet dicisio regni Neapo-
lita.aliàs constitutio. tit.32. &. tit. 33. vbi in ex-
presso tenet,ꝙ castra dirupta prohibētur refici si
ne iussione regis.& ibi glo.☞Aut non est fundi
tus diruptum,&tunc dicitur reficere. Et istā opi
nionē tenet Feli.& Iohā.de Anna.in.d.c.consū
luit.de quo ibi per os. Et ita credo ꝙ intelligatur
tex.in.l.46.de Toro.in fine.licet doctor del Ca-
stillo ibi dicat,ꝙ refectio fortalitij solūmodo p-
mittitur,qñ est principis,secus si est alteri9 quia
sine principis licentia nō potest reparari.☞Atta
men in casu,in quo pōt reficere sine licētia regia
31 dbet ita facere,† vt reparatio nō mutet antiquam
formā,& nō debet ędificiū fieri ptiosius,vel am
plius.vt tenet singulariter Abb. in.d.c. cōsuluit.
qđ nota.& Iohā.de Anna.in.c.iudęi.el.1.đ iudę.
qđ hodie malè seruatur secundū eum,qa reficien
do aliqñ ampliāt, loqndo in synagōgis iudęorū.
32 ☞Tamen bene,licet coītarib9,†& priuatis per-
sonis loca propria muris circundare,& custodi-
re.l.per prouincias.C.đ ędifi.priua. tenet Iohā.
de Plat.in.d.l.quæcūq;.C.de fundis limit.lib.11.
33 ☞Vide Fel.in.d.c.cōsuluit.vbi dicit,ꝙ† etiā si lō
gissimo tēpore stetissent turris collapsa,tamē nul
la præscriptio tollit facultatem reficiēdi ad con-
seruationē iuris sui , quia in his, quę sunt mœrę
facultatis,non currit aliquod tēpus, vt dictū est,
& est glo.quā singula. facit ibi Anto.in.c.vt pri
uilegia.de priuileg.in verbo,in anno,& Cy.in.
l.2.C.quæ sit longa consuetu. & Domi.plenè in
c.fi.de consuetu.in.6.quod dicit Feli.esse menti
tenendum.☞Tamen dicit,quòd dicit Roma.in
l.si verò.§.de viro.43.fallen.ff. soluto matri. ꝙ ta
34 lis † refectio turris est prohibita,quando immi-
neret scandalum.allegat Innocen.in dict.c.Pisa-
nis & secundum prędicta dicit quoq; intelligen-
dū quod dicit Bal.in dict.l.si vt proponis.☞Sed
35 turris ecclesiæ † potest fortificari tēpore belli ad
perpetuā vtilitatem.tenet Floria.in.l.seruitutes.
§.fi.ff.de seruituti.☞Sed quæritur de quæstione,
36 quæ pōt cōtingere: Princeps,seu † rex fortifica
uit castrū alicuius nobilis diruptū ad hoc, vt ho
stes non caperent illud, & ille nobilis finito bel
lo repetit castrum ita aptum:rex excipit,& pe-
tit expensas , quas fecit in reparatione castri, an
poterit dictas expensas repetere? Dic quòd ille
nobilis obtinebit illud castrum sine solutione
alicuius expēsæ,sed tantūmodo tanquam vnus
de populo confert ad illam expensam.tenet Bal.
singulariter in.l.si in aliquā.in fine.ff.đ offi.pcō
sul.& leg.& seqtur Cremēs.in sing.25.&dicit,ꝙ
clarius poneretur exēplū in ciuitate,quę fecisset
talē impēsam,vt ab illa faceret bellū.☞Adde tu
quoq; qđ t; Ang.ī.l.turres noui.C.đ op.pu. vbi
ait.

37 ait, q̃ habentes turres, † vel fortalitia in ciuitate, vel in cõmittatu quia illa cedunt vtilb propriis ipsorum ad securitatem tantũ ciuitatis, q̃ debent custodiri, & reparari per dominos ipsorum tempore belli, vel pacis, non autem per homines illi9 ciuitatis, vt tex. in l. 1 tit. 18. part. 2. ibi. ca aq̃llos que los hã por heredamiento, deuen los tener labrados, y bastecidos de hõbres, y de armas, y de todas las otras cosas que les fuesse menester. & dixi suprà nu. 11. vbi vide. Quod facit contra aliquos dominos temporales, qui iubẽt suis vasallis sua castra, vel fortalitia sine sumptu cõpetenti custodire, quod fieri nõ potest, & vt video quia licet est contra ius, & contra conscientiam aliqui tollerant hanc impositionem, quod sequitur Ias. in l. diuortio. §. impendia. ff. solut. matri. nu. 3. & dicit q̃ istam quæst. habuit de facto in quæst. sibi transmissa ex pede montibus. quod sequitur & dicit esse notandum Petrus Gerard9 de Petra sanct. in singul. suis in singul. 37. in fine. Quod facit contra aliquem ducem huius regni: quia ex eo, q̃ tempore alterationis huius regni reparauit alimentis aliquod suum fortalitium, q̃ prætium istorum alimentorum recuperauit à suis subditis, quod non poterat facere: quia tẽpore pacis & belli tenetur dominus ad tales expensas, & reparationes, vt dictum est. quod nota. Et quoq; expensis suis tenetur ponere capitaneum, & non expensis subditorum. vt in l. fi. C. de statu. & imagini. & in l. 2. C. de officio præfecti præto. Aphri. & quoq; potest ponere capitaneum in castro suo inuitis hominibus suis. l. si ita §. dominus. ff. de vsu. & habita. & in. d. l. 2. tenet Guido. papa singula. 266. ℣ Tene quoq; q̃

38 si rex donet alicui † omnes vasallos talis loci nõ videtur cõcedere proprietatẽ locorũ quã habet in dicto loco, nec fortalitiũ, seu arcẽ, quã ibi habet. vt Bald. in. c. 1. §. in generali. in tit. si de feud. fuerit cõtrouersi. inter domiũ & agna. nu. 4. & 5. & quia appellatione castri nõ cõtinẽtur vasalli, nec ecõtra. quod sequitur Franc. de Aretio in rubrica. ff. solut. matri. 4. colũ. Et tenet Bald. in tit. de pace iura. firma. c. 1. §. ad hoc. in vsi. feu. ℣ Quinimo princeps nõ põt alienare castra inuitis hominibus loci. vt Guido. Papa. decisione 239. & gl. in l. inuit9. ff. d̃ fidei cõmissa. liber. & Ias. latè in l. debitorũ pactionibus. C. de pactis. nu. 6. Angel. in l. si prior. §. sciẽdũ. ff. q̃ potio. in pig. habe.

39 ℣ Tamẽ si papa, seu rex vni cõcedit † castrũ, & postea illud idẽ donat alteri, nõ valet secũda collatio, quia non debet, nec põt primò auferri sine culpa sua. tenet Bald. & Paul. de Castr. in l. 2. C. de legi. nu. 3. de quo est gl. in l. si qua lata. C. de feudi. & sal. rei domi. lib. 12. quã Bal. in multis locis allegat quia tãgebat eũ. Nam cum papa Vrbanus. 6. primò sibi cõtulerat vnũ castrum quod vocatur Festina, in cõmitatu Angubij, & postea illud idem contulit alteri, & nunquam Bal. potuit habere possessionem, licet multum litigauerit cum illo in Romana curia, secundùm Paul. vbi suprà.

la paz b del pueblo y nos embie la relacion c dello: y si en las comarcas de su jurisdiction se hiziere alguna casa fuerte: lucgoq̃ lo supiere nos auise dllo

Summarium.

1 PAcem debet rex procurare reipublicę & subditis suis.

b 1 La paz. b Quam debet rex † suę reipublicæ, & subditis procurare. tenet Card. in Cle. dudum. de sepultu. §. super cathedram. nu. 9. quia talis pax subditorum interest reipublicę. vt in l. congruit. ff. de offic. præsi. & in l. si quis ingenuũ. §. fi. ff. de capti. Bar. in l. ambitiosa. 5. col. ff. de decreti. ab or. faci. vide quæ dixi suprà in. c. 6. in glo. in parte, pobres.

Summarium.

1 QVando periculum, seu damnum iudex potest incurrere, excusatur, si negotium refert ad superiorem,

4 test esse† noua,debent expelli,& vitari.vt notat glo.in authen.ius iuran.quod præst. in fine.colla.2.quod dicit Montal. vbi supra esse notādum contra rufianos,siue lenones,& meretrices,& similes, qui propter eorum morbū & contagium possunt à ciuitate expelli,vel à vico, vbi habitāt. Idem de leprosis,& de habētibus alias quascūq; infirmitates contagiosas.de quo per Montal.vbi suprà.& vide Fran. Cur. in additio. ad Paul. de Cast.in.l.iustitia.ff.de iusti.& iure.& doctor del Castill.in.l.62.de Toro.& Pala.Rubi.in repeti. rub.de dona.§.60.nu.8.Et Paul.de Cast.in.l.nullus.C.de summa tri.& fide catholi.& facit tex.& ibi glo.& doctores in.c. cùm oporteat de accusatio.vbi ex inhonesta conuersatione pręsumitur contra aliquem & vide Ripam in tract.de peste. in.3.parte.nu.142.cum sequentibus.Tamen locator non potest expellere meretrices quibus domum cōduxit,licet possint repelli à vicinis quia ad illum vsum meretricandi domum conduxisse pręsumitur.tenet Philip.de Perus.in.c.primo de vsur.& Ripa in dict.tracta.de peste in.2.parte nu.20. ℣ Et quia iam in nostra Hispania non sunt Mauri nec Iudæi quia expulsi fuerunt per istum catholicum regem iste tex. non vtitur nec practicatur,ideò in eo non insistam tamen de materia vide per totū titulum de Iudæ. & Sarac. & Montal.in glo.ordi.in parte Iudæus.& Iohā.de Plat.in.l.omnes qui. C.de decurioni.lib.10. vbi latè. Vbi tenet q in malis nobiscum non participant quia cum eis non est epulādum,conuersandū,medicinas sumendo,& ab conuiuiis eorū est abstinendū,& distinctum habitum deferre debent vt à Christianis dignoci valeant. ℣ Tamen habēt participationē nobiscū quo ad onera publica,licet non quo ad onores. ℣ Item quantum ad iuditia & arbitria quia secundum nostra iura agunt, conueniuntur, & puniuntur. ℣ Itē quantū ad matrimonia prohibita,vt cū personis prohibitis auia,vel sorore non contrahant. ℣ Nec obstat q nil ad nos de his qui foris sunt.vt in.c.gaudemus.de diuor. quia est verùm quo ad pœnam spiritualem non temporalem vt. g. in. c. Iudæi. de Iudę.Sunt enim foris à nobis quo ad fidē,sed quo ad alia subsunt nobis vt in.l.Iudæi. C.de Iudę.secundùm Plat.vbi suprà.

Otros, q si algunos malhechores de su jurisdiction se acogieren a fortalezas [a], o lugares de señorio q con gran diligencia entiendan en saber a dōde estan,y

Prętorum Caput.26.finis.

Sequitur Caput.27.

Summarium.

1 Receptans aliquem malefactorem in castro, vel fortalitio,tenetur ad emendam maleficij cōmissi, & ad pœnam de iure statutum.
2 Pœna receptatoris delinquentium, & violantis pacem.

a Fortalezas. [a] Vide text.in l.prima & tertia cum sequentibus.tit. 16.lib. 8. in ordi.rega. vbi cauetur, q receptans
1 † aliquē malefactorē in castro, vel alio fortalitio, dominus castri tenetur ad emendam maleficij cōmissi & insuper tenetur ad pœnam de iure statutā. Et iudex verò super hoc inquisitionem tenetur facere,aliàs de suo resarciet. quod vendicat sibi locum in eo, qui receptatur in villa,vel loco,& idem est,si receptat in castro, vel domo

vel domo forti, vel in arcibus mulieres, & earum rapientes, alioſq; maleſactores, & eos noluerit iuſtitiæ tradere ſi requiſitus per adelãtatum, noluerit delinquentes, vt permittitur, dare poterit ex tunc adelãtatus cum de hoc fuerit per publicum inſtrumẽtum certificatus capere di ruereq; fortalitiũ, requieran[b] a los receptadores que los caſtrum, vel domum in aliorũ terrorem & exemplum. vide tex. in l. prima cũ ſequentibus tit. 17. 2 eod. lib. 8. in eiſdẽ ordi. regalibus. ☞ Et pœna † receptatoris delinquentium & violantium pacem eſt q̃ puniatur eadem pœna qua puniretur ipſe delinquens niſi ſit coniunctus vel affinis delinquentis. vt in. tit. de pace iura. ſit c. primo. §. cõuenticulas. & ibi Bal. tex. in l. 2. ff. de recepta. & in l. prima. C. d̃ his qui latro occulta. Archidi. in c. qui cunq; de hæreti. in 6. & tenet l. 2. in dicto tit. 17. in fine eod. lib. 8. in ordina. regali.

Summarium.

1 REmiſsio vt fiat an ſit neceſsè q̃ iudex delicti eam petat, vide hîc.

2 Iudex requirens, an debeat dicere in literis impe ramus, vel requirimus & rogamus.

b 1 Requieran. [b] Nota tex. q̃ ad hoc vt remiſsio † fiat eſt neceſſarium q̃ iudex delicti dictã remiſsionem petat. idem tenet Barto. in l. prima. C. vbi de crimi. agi opor. nu. primo. idem tenet Abb. in c. primo. de rapto. nu. 9. vnde ſi iudex delicti non curat requirere, poteſt delinquens puniri per iudicem originis vel alibi, ſecundum eũdem ibi, quæ opinio dicit ibi Iohã. de Anna. 3. & 4. col. eſſe ſatis bona allegando Bal. in dicta l. prima. & eſt tex. in §. ſi quis verò comprehenſorum. in authen. vt nulli iudicum. colla. 9. & idem tener Abb. in c. fi. de foro compet. col. 8. nu 15. & ibi additio. & idẽ tenet Bal. in additio. ad Specul. in tit. de cõpet. iudi. ad ditiõe verſi. iudex originis. Et ideò dicit Iacob. de Belo viſ. in ſua practi. in parte de fuga reorum nu. 27. q̃ licet quis nõ cõmiſſit delictũ in iuriſdictione illius iudicis qui eũ detinet q̃ tunc poteſt ipſum punire quãuis alibi cõmiſſerit delictum, niſi fuerit requiſitus per iudicem loci, in quo deliquit, vel per iudicem domicilij criminoſi & ſic dicit q̃ intelligitur. d. §. ſi verò cõprehenſorũ & d. l. ſi cui. §. fi. ff. de accuſ. vt dicit eſſe expreſſum. l. 2. C. vbi d̃ cri. agi oport. maximè quia in crimi nalibus prorrogatio admittitur. vt in l. 1. in fine. C. de iure om. iudi. & l. 2. & ſic ſi non fuerit requiſitus per iudicem in quo deliquit poteſt quilibet iudex eum punire q̃ dicit eſſe verum ſi criminoſus non habet certum domicilium quia ſi haberet & ibi cõmiſsiſſet eſſet remittẽdus neceſſario ad iudicẽ ſui domicilij etiã ſine reqſitiõe qd̃ dicit valdè notat. ibi. nu. 30. in d. practi. & ſic dicit q̃ intelligitur tex. in d. §. quis verò cõprehenſorum. & lex. relegatorum. §. interdicere. ff. de interdi. et releg. nec delicta remaneant impunita. vt in l. ita vulneratus cum ibi nota. ff. ad l. Aquiliam. ☞ Et iſta petitio remiſsionis debet fieri à iudice delicti, non autem à iudice originis nec domicilij, & eſt ratio differentię. quia illam iuriſdictionem offendit vbi delinquit. vt tenet Baldus. in l. executorem. C. de executio. rei iudi. & tenet Montal. in l. prima titul. primo libro ſecundo foro legum. in glo. Alli reſponda. prima col. & quòd requiſitio remiſsionis, ſeu petitio requiratur tenet Iacob. de Belo viſ. in ſua practi. in parte de fuga reorum. numero. 63. ☞ Quòd intellige quando requiritur iudex par, ſiue æqualis, quia tunc requiritur petitio remiſsionis, ſecus ſi eſt iudex inferior ſubiectus & habens iuriſdictionem taxatam, & non habens authoritatem puniendi vt ſunt iſti iudices pedanei quia tunc debet fieri remiſsio malefactoris per talem inferiorem ſuperiori ſine eo quòd ſibi petatur nec requiratur. probat Baldus. in l. ſi Barſatorem. C. de fideiuſſoribus primo notabili. per legem ſecundam. C. de ſportulis. & tex. mirabilis in §. audient. in authentica de defenſori. ciuitatis. collatione tertia, in principio. & tex. in lege prima. ff. de ſeruis fugitiuis ibi & inuentos reddant. & Bartolus in lege magiſtratibus. ff. de iuriſdictione omnium iudicum. nume. tertio. & Innoc. ſingulariter in. c. vt fame. de ſenten. excõmu. & vide tex. in §. neceſsitatem. in authen. vt iudi. ſine quoque ſuffrag. collatione prima. text. in l. generali. C. de decurio. lib. 10. & facit tex. in §. & hoc quoq; precipimus. in authentica vt litigantes iurent. collatione nona, & vide in ſimili Salyce. in lege prima. C. de exhibentib. reis in fine dicendo, quòd vbicunq; iudici apparet aliquem eſſe militem remiſsionem debet facere etiam parti non petente, quòd dicit eſſe notandum: quia miles non poteſt prorrogare iuriſdictionem in criminibus & debet remittere cognito de crimine & cum actis cauſæ vt ibi. ☞ Et vide dictum Iacobum de Bello viſo. in dicta ſua practica iudiciaria in parte de remiſsione fienda, aliàs de fuga reorum. numero 63. vbi

63. vbi in expresso tenet, quòd si sunt tales iudices qui non possunt cõmodè cognoscere de crimine cõmisso propter deffectum iurisdictionis, tunc tales tenentur remittere sine requisitione, & dicit q̃ pro hoc est tex. in. l. 3. in. fine. ff. de officio prẽfe. vrb. & in. l. fi. & in. l. solent. ff. de custo. reorũ. & in dict. §. audient. in authẽ. de defenso. ciuita. & l. defensores. C. de defenso. ciuit. & l. fi. ff. de offi. prẽfe. vigil. & in authẽ. de manda. princip. §. fi. colla. 3. & est tex. singula. de iure regni in l. 42. tit. 16. parti. 3. in fine. loquẽdo in teste falso, quia potest puniri per iudicem, tamen si talis est iudex qui nequit punire, quia non habet iurisdictionem debet remittere eum maiori iudici puniendum. ☞ vide quæ dicã infra. in. c. 48. in glo. Qualesquier juezes. nu. 5. ☞ Et facit q̃ tenet Felinus in. c. non potest. de re iudi. nu. 5. vbi tenet allegando tex. in. l. fi. C. vbi senato. vel clari. & Areti. in. c. qualiter & quando. el. 2. de accusatio. q̃ si rectores prouinciarum vident personas illustres esse condẽnandas, & nec possũt illas condẽnare nec punire, debent referre causam principi, & tenet solẽnis doctor Iohã. Bernal. de Luco Episcopus Calagurritanus in sua practi. cri. in parte, officiali, ac vicario generali. col. 2. ☞ Et vide Bal. in c. quoniam contra. de probatio. nu. 8. vbi si in capiendo malefactorem simul concurrant iudex superior et inferior in eodem territorio, inferior debet efferri superiori. ☞ Adde tamen † q̃ iudex requirens in literis suis, non debet dicere imperamus, vel iubemus, sed debet dicere, requirimus, & rogamus, & hortamur, vt tenet Ang. & Saly. in dict. authẽ. si verò criminis. C. de adult. cõtra tex. ibi. & sic vtitur & facit iste text. in quantum dicit. Requieran.

entreguen[c] y sobre ello hagã todas las diligencias que de derecho se deuen

Summarium.

1 REmissio an fiat de necessitate, vel de vrbanitate.
2 Non remittit maior ad minorem.
3 Remissio habet locum in criminalibus.
4 An valeat consuetudo, q̃ remissio delinquentis non fiat.
5 Remissio fit in grauibus criminibus, secus in leuibus.
6 An in causa criminali ardua ciuiliter mota, habeat locum remissio.
7 Remissio vbi fit, an debeat fieri ante condemnationem.
8 Iudex antea quam delinquẽtem remittat, potest cognoscere an sit culpabilis necne: quia non tenetur sequi iniustos appetitus requirentis.
9 Litera requisitoria cum informatione delicti mittitur ad hoc, vt remissio fiat.
10 Si sententia est perdita, sufficit vt informatio ipsius iudici mittatur, vt delinquentem remittat, quia sententia potest probari per testes.
11 Appellatione actorum sententia continetur, & sententia est de actis.
12 Vt remissio fiat decem requiruntur.
13 Raptor virginis, & honestę mulieris, non remittitur.
14 In terris quę sunt sub vno præsidẽ, non est locus remissioni.
15 An vagabundus delinquens remittatur.
16 An in contractibus habeat locum remissio ad locum contractus.
17 Remissio in contractibus habet locum, quando contrahentes in fraudem contractus fugiunt & receptantur.
18 Remissio in contractibus habet locum, quando contrahens solutionem destinauit in certo loco, & promisit ibi personaliter representare.
19 Remissio in contractibus habet locum, quando contrahens renuntiauit foro suo
20 Renuntiatio fori specialis requiritur.
21 Clericus non potest consentire in alienum iudicem.
22 Ad rationem redẽdam remittitur quis ad locum vbi habuit administrationem.
23 Remissio habet locum in causa status.
24 Remissio cuius expensis fit.
25 In causa inquisitionis testes non debent venire suis sumptibus, sed sumptibus reipublicæ.
26 Processus, & confessio facta coram iudice remittente, an valeat.

[c] Entreguen. [c] Nota tex. quòd de iure regni in criminalibus debet fieri remissio delinquentium ad locum delicti. Idem tenet & latè. l. 2. tit. 17. lib. 8. in ordinarega. & hodie remissio † est de necessitate & non de vrbanitate. vt voluit tenere glo. in Cle. pastoralis. §. deniq; in verbo, de more. de re iudica. & glo. in. l. si cui. §. fi. ff. de accusatio. quia istę glossę reprobãtur per tex. in authẽ. si verò criminis. in verbo iubemus. C. ad. l. Iulia. de adult. & ibi Angel. & Saly. quia verbum iubemus inducit necessitatem vt in. l. prima & secunda. ff. q̃ iussu. pro quo est

quo est text. ibi si verò imperata neglexerit: quia hoc verbū imperata necessitatē importat. c. q̄ precipitur. 11. q. 3. & quia negligens punitur ergo tenetur arg. l. Gracus. C. de adulte. nec obstat q̄ par imparē non habet imperiū. quia in hoc factus est superior, licet non ad puniendum, & q̄ de necessitate fiat remissio est veritas. vt ponitur in dicta authen. si verò, secundùm Bar. in dicta. l. si cui. §. cum sacrilegium in principio. & est tex. expressus in. l. 2. tit. 29. parti. 7. ☞ Glos. tamē in dicta. l. si cui. §. fi. & in dicta Cle. pastoralis. potest saluari in casu in quo per alium iudicē literæ non fuerunt super remissione directę, nam tunc iudex cognito quòd alibi deliquerit, & non in sua prouincia debet ex vrbanitate remittere ad iudicem delicti, vel vbi maius crimen cōmissit. prout tenet Saly. in dicta. authen. si verò & dicit notandū quia forte non auditū. q̄ sequitur Iohā. de Anna. in dicto c. primo de rapto. col. 5. ☞ Et tu vide Cardi. in. d. Cle. pastoralis. versic. deniq;. nu. 17. vbi vult distinguere aut remissio petitur in foro ecclesiastico vel in seculari, in primo casu est vera opinio de necessitate, etiam si iudex ecclesiasticus petat à seculari vt in crimine hęresis. vt in. c. commissi. de hęreti. in. 6. licet videatur q̄ hęretic⁹ debet puniri, vbi reperitur, & vbi delinquit in mari. & in cælo, & in terra. c. ne quiquam 24. q. 2. ☞ Si verò petitur remissio in seculari foro, tūc si petitur de his locis qui sunt sub eodem domino vel iurisdictione, est faciēda de necessitate si de diuersis putat non fienda de necessitate, nisi sit cōsuetudo, & ista dicit esse opi. Paul. de Liaza. quæ opi. Paul. seruatur si in illa remissione est cōtrario secundū Iohā. de Anna. in. c. primo. de rapto. 5. col. ☞ Tamen dicit dictus Iohā. de Anna. q̄ Iohā. de Imo. tenet q̄ siue loca sint sub eodem, siue sub diuersis, debet fieri remissio de necessitate & ad hoc compelli debet per superiorem, quia eos ius necessitat & peccant si non faciunt, quia ius quòd est supra omnes hoc iubet fieri, & sic tenet cum isto text. & cū opinione supra dicta, quòd de necessitate debet fieri, de qua quæstione. vi. quoq; per Hippoly. de Marsi. in repeti. l. vniceæ. C. de raptu virgi. nu. 123. per quatuor colum. vbi aliam distinctionem facit. Et ratio quare remissio fit est, vt ex aspectu alij terreantur. l. capitalium. §. famosos. ff. de pœnis vt tenet Iohan. de Anna. in dicto cap. primo de rapto. colum. 4. versi. quæ autem sit ratio, & Abb. in dicto cap. fi. de foro compet. num. 15. ☞ Tamen de maiori tribunali † ad minus non remittitur de necessitate. tenet Oldraldus consilio. 124. per tex. in authentica de apellatione & in tra quæ tempora. in principio collatione quarta. & l. ad cognitionem. ff. ex quibus causis in possessio. eatur. & per. l. ad principem. ff. de appellatio. ☞ Et quòd remissio fiat in criminalibus † est tex. in dicta authen. vt nulli iudicum. §. si quis verò comprehensorum. colla. 9. & in. d. authen. in verbo criminis. & notatur in. l. prima. & in authē. si qua in prouincia. C. vt de crimi. agi oport. Bald. in. l. cum archimedoram. C. vt in posse. lega. pē. col. licet Bal. in additio. ad Specul. in tit. de accusatore. versi. quid si offensus dicat se nescire legē dicentem q̄ debeat fieri remissio, & de consuetudine hodie non fit remissio, nisi inter subditos eiusdem imperij, de quo per eundem Baldum in lege secunda columna secunda. C. de seruis fugi. tiuendem in. l. secunda. col. 10. C. de hęredi. instituto. & in. l. pen. col. 19. C. de execu. rei iudi. Bar. & ibi Alex. in. l. sepulchri. ff. de sepul. viola. Odral. consi. 124. per. d. §. si quis vero comprehēsorum. & hoc tene quia est cōis opi. vt remissio fiat. vt Cępola in consi. 59. col. 3. vers. videtur dicēdum. & tenet Paris de Put. in tracta. syndica. folio. 68. versi. si iudex. ☞ In tantum q̄ non valet consuetudo, † vt non fiat remissio delinquētium, si delinquēs non est in loco domicilij vel delicti: qa per hoc publica vtilitas lęderetur, quæ requirit vt publica crimina non remaneant impunita. c. vt famæ. de sent. excom. & quasi irrationabilis esset talis consuetudo, & grauosa, & ideò non valet. vt tenet Abb. in dict. capitulo finali. de foro compe. numer. 23. ☞ Sed cōsuetudo q̄ iudex domicilj nō remittat ad iudicem delicti, vel ecōuerso, bene valeret dummodo alter prædictorū in cuius territorio dixit velet delinquentem punire qa tūc cessaret ratio prædicta. vt tenet Abb. in capitulo primo de rapto. num. 10. ☞ Sed quomodo ex non vsu inducitur consuetudo contra notata in capitulo Iohannes. de cleri. coniug. Dic quando sæpe fuit petita remissio delinquentium, & fuit denegata nec aliquid inde secutum est, tunc enim isse non vsus habeat contrarium actum dispositioni iuris, ideo inducitur consuetudo. vt in dicto. capit. Iohannes. Secus tamen si nunquam fuisset petita remissio, nec concessa, tunc enim non potest dici introducta consuetudo: quia nil fuit actum contra ius commune. Requiritur enim petitio vt fiat dicta remissio, quòd declarat ita Abb. in dicto capitulo fi. numero. 23. quam distinctionē sequitur Cæpola in dict. consilio. 59. colum. 5. versi. sed hic posit dubitari. & Iohā. de Anna. in. d. c. 1. de rapto. colū. 4. versi. in eadem q̄ dicit procedere nisi iudex loci vbi delinquens sit, aliās talis qui punire possit, putà ratione priuilegij

legij vel prescriptionis, vel alia ratiõe premissa, scilicet, immunitatis cõsuetudo tenet. & idem tenet Cæpol. in d. suo consilio. ¶ Et q remissio in
5 criminalibus fiat, intellige † in criminibus grauibus, secus in criminibus leuibus: quia tũc non fit remissio vt in dict. §. si quis verò comprehenso. tenet ad literam Domi. in d. c. Romana. §. contrahentes de foro compe. in. 6. in fine. & sequitur Anto. Fran. in additio ad Abb. in dicto. c. fi. de foro competen. in adictione quę est in nu. 15. & dicit q illud dictum Domi. sequitur Lanfran. de Fauo preceptor suus in repeti. l. in quorum. ff. de pigno. & tenet Mõtal. in. l. prima. tit. primo. lib. 2. foro leg. in glo. 2. & facit tex. in. c. primo. de priuilegi. in. 6. & tenet Iohan. de Anna. in dict. c. primo de rap. 5. col. ¶ Adde tamen, q licet sit causa
6 criminalis ardua, † si est ciuiliter mota nõ est locus remissioni. per. d. §. si quis verò comprehen-
† sorum quia cessat ratio supra dicta, quia penè impositio non est alijs exemplum, & hęc causa comparatur ciuili. c. tuæ. de procurato. & ista est veritas secundum Cardi. in dicta Cle. pastoralis. §. deniq; in fine. & Anto. Fran. in additio. ad Abb. in. c. pastoralis. §. præterea de offi. delega. ¶ In casibus autem in quibus fienda est remissio, debet
7 fieri † ante sentẽtiam & sic ante condẽnationem. quia condẽnatus non remittitur per iudice qui eum condẽnauit. tenet Saly. in dicta. l. prima. C. vbi de crimi. agi oportet & Bal. in. l. executorem C. de executio. rei iudi. versi. quæritur. col. 6. nu. 18. q dicit ibi esse valde notandum. & tenet Saly. in. l. 2. C. vbi de cri. agi opor. facit tex. in. l. relegatorum. §. interdicere. ff. de interdi. & relega. & ibi glo. facit. l. aditos. C. de episco. audi. tenet Mõtal. in. l. prima. titul. primo. lib. 2. for. leg. in glossa. 2. col. 2. versi. Itẽ nota q si quis methymnẽsis. vbi ait q illi qui dicunt remissionem ad locum delicti fieri intelligitur de condẽnando, non de iam condemnato. idẽ tenet Anto. Fran. in additio. ad Abb. in. c. fina. de foro competen. in additione quæ est in numer. 15. in fine. ¶ Sed miror de isto Antonio Francisco non vidisse Alex. in. l. à diuo Pio. §. sententiam. ff. de re iudi. nu. 2. & 4. vbi tenet contra Bal. & Saly. & dicit non bene dixisse. Imò q etiam post latam sententiam condẽnatoriam à iudice loci domicilij, est locus remissionis: quia dictus. §. si verò. generaliter loquitur, & rationes, propter quas debet fieri remissio, militãt etiam post sententiam, & sic remanet contra Bal. & eius sequaces, vbi per eum. nu. 4. col. 3. Et nota, quia magna est authoritas Alexan. quia vt ait Feli. in. c. ex parte de rescrip. 8. col. Alex. est lucerna ardens in cathedris iuris ciuilis, & alleuiasset multos laboris posteris. Et sic vult Alex. q valebit processus, & sententia iudicis domicilij, sed erit exequenda per iudicem loci delicti remissionem petentem. allegat tex. in. l. solent. & in. l. non dubium. versi. illud. ff. de custo. reorum. & dicit esse menti tenendum. Sed credo, q si sententia lata est executioni mandata, q non teneatur iudex domicilij remittere p supra dicta. ¶ Sed tu quoq; potes aliter intelligere, quòd post sententiam habet locũ remissio, scilicet, quãdo iste delinquens transtulit se in aliam iurisdictionem extraneam, & in illa cõmisit aliquod delictum tunc debet iudex, qui eũ capit, & detinet punire de illo crimine cõmisso in suo territorio, & iurisdictione, & de inde remittendus ad aliam iurisdictionem. Et hoc verum, si crimen ibi commissum sit tale, quod nõ impediat executionem alterius iurisdictionis, vt putà, si crimen sit tale, q mortem non exigat, & aliud delictũ primum cõmissum mortis pœnam exigeret, quia tunc primo de minori pœna, deinde de maiori tractandum est. vt in dicta. l. si cui. §. fi. ff. de accusa. & sic in loco captionis potest manum, vel pedem amittere, vel verberare, si qualitas criminis hoc exigat, & de inde est remittendus ad aliam iurisdictionem, in qua maius, vel æquale crimen cõmisit, & ibi alia manus, vel pes amputabitur, vel ad furcam suspendetur, vel secundum qualitatem criminis punietur, quia vna executio non debet aliam impediri. vt in dicta. l. si cui. §. fi. & tenet Iacob. de Bello viso in sua practi. in parte, de fuga reorum. num. 22. & nu. 23. quia in pari crimine vel pœna imponenda, est iudex, qui eum detinet, in executione præferendus, cùm possidentis sit potior cõditio. vt notatur in. l. 2. ff. ne quis eum qui in ius vocã. vi exi. ¶ Et vide dictum Iacob. de Bello viso. vbi suprà, vbi ponit, quid si delictum est cõmissum in iurisdictione duorum, & vnus cœpit malefactorem, an sit remittendus alteri. Et tenet q nõ, quia cõdominus, qui cœpit, potest cognoscere, et punire, nisi esset contentio inter ipsos de iurisdictione, quia tũc habet locum sequestratio. vt ibi, nu. 24. cum sequentibus ¶ Adde quoq;, q in casibus, in quibus fiẽda est remissio, antea quam
8 remittat, † potest iudex cognoscere, an si ille, qui est remittendus, est culpabilis, vel ne: quia in criminalibus iudex nõ tenetur sequi iniustos appetitus requirentium, sed tantummodo iustos. tenet Ang. de Peru. in. d. authen. si verò criminis. in principio. per. d. Innoc. in. c. pastoralis. de offic. delega. in glo. iustam. quod sequitur Iohã. de Anna. in. d. cap. primo de rapto. 4. columna. versi. tertia est opinio. ¶ Licet videatur cõtrà, qa

rimittere

remittere debet sine aliqua cognitione, quia præsumptio est pro iudice requirente. vt in. c. in præsentia. de renūtiatio. tunc quia requisitus est merus executor. c. pastoralis. §. preterea. de offi. delega. l. si vt proponis. C. de executio. rei iudi. ☞ Tamen dictum Ang. & Saly. est verum, quia aliqualis cognitio requiritur, aliàs sine causa infamaretur. vt glos. in dicta Cle. pastoralis. in verbo. de more. in fine. Et Cardi. ibi in dicto versi. deniq; in fine. cum ea transit: tamē dicit, q̄ Paul. de Leaza. ibi dicit, q̄ si petitur remissio in principio processus, debet fieri aliqualis cognitio, secus si iam est condemnatus. Quod dicit Cardi. esse verum, nisi constaret, q̄ iniustè fuisset condēnatus, tunc enim non remittet, aliàs enim ædificaret ad gehennam, tanquam faciens contra cōscientiam. per. c. literas. de resti. spolia. & per nota. in. c. primo de offi. ordi. & sic tenet, q̄ cognitio requiritur, etiam si sit condēnatus. ☞ Tamē in condēnato contrarium de nostro iure regio cauetur, quia ostensa sententia, illicò reus debet capi, & remitti de alio nō cognito. tex. est in. l. 2. tit. 17. lib. 8. in ordi. regali. ibi. Llegando el querelloso con la sentēcia a los alcaldes del lugar do estuuiere el malhechor a les requerir q̄ lo prendan, y lo embien preso al lugar donde hizo el maleficio, embiando selo a requerir los alcaldes que dieron la sentencia, que sean tenudos los dichos alcaldes, y oficiales del lugar do acaesciere de lo prender, y prendan, y embien preso, y bien recaudado a los alcaldes y juezes del lugar, donde ansi fiziere el maleficio. Qui tex. est singu. pro opinione Paul. de Leaza. & sit q̄ in condēnato per iudicē delicti non requiritur vt per iudicē, qui facere debet remissionem, cognoscatur si est bene condemnatus, vel non, quia statim sine aliqua cognitione est remittendus sub pœna ibi cōtenta. ☞ Et sic q̄ dictum Ang. Saly. & sequatiū, dicentiū, q̄ requiratur cognitio, procedat, quando petitur remissio antea quam sententia sit lata contra delinquentē, quia tunc requiritur, vt tenet Abb. in. d. c. fi. de foro cōp. nu. 18. & tunc secundū eum ista summaria cognitio debet fieri in loco delicti. Et sufficit, q̄ præsumptiuè probetur delictum illius qui debet remitti. quod sequitur Anto. Fran. in additio. ad Abb. in. d. c. pastoralis. §. preterea. in additione, quę est in parte expressum. in fine. nu. 6. allegando Bal. in additio. ad Specul. in titul. de compe. iudi. adi. in versi. malefactor. quod sequitur Alex. in additio. ad Bart. in. l. hæres absens. §. si quis tutelā. ff. de iudiciis. in additione, quæ est in parte, quęritur. allegando Ang. ibi, vbi dicit, q̄ quando fieri debet remissio in criminalibus, seu in ciuilibus, semper requiritur causę cognitio, et
9 sic vtitur: quia dum remissio petitur, † mittitur litera requisitoria cum informatione delicti, vt iudici loci, à quo postulatur remissio constet, an talis fuerit reus. vt Barto. in dicta. l. prima. C. vbi deni. agi oportet. ☞ Circa dictam. l. ordinamenti dubitatur de. q. quæ mihi euenit sententia, per quam quis fuit condēmnatus criminaliter, non
10 apparet, qa est perdita, † vel tabellio est mortuus & in suis protocollis non apparet, an cum in formatione ipsius sententiæ iudex debet remittere delinquentem? Tene q̄ sic, quia sententia potest probari per testes. tex. in. c. sicut. de re iudi. Bart. in. l. fi. C. eod. tit. de re iudi. additio. Abb. in. c. Alberic⁹. de testi. in prima additione. Bal. in tit. qui testes sint necessa. ad proban. noua inuestitu. in vsi. feudo. Bar. & ibi Alex. in additio. in. l. sicut. C. de fide instrumen. ☞ Facit quoq;, q̄ acta iudicij possunt probari per testes, etiam si nulla scriptura eorum interueniat glo. in. l. cum quis. C. de rebus credi. in verbo manifestum. Facit gl. & ibi Saly. in. l. quoniam multæ. C. de hæreti. Bar. in. l. prima §. sufficit. ff. bono. posse. secundùm tabul. Lanfran. de Oria. in repeti. c. quoniam contra. de probatio. in principio, nu. 16. allegando Bar. in. l. in fraudē. §. neq;. ff. de iure fisci. ☞ Idē tenet Bal.
11 in. l. 2. C. vt lite penden. dicens, q̄ sententię † appellatio. coēacta contineri, & est veritas secundū Lanfran. vbi suprā. Vi. tu quoq; Alexā. in. l. tale pactum. §. qui prouocauit. ff. de pactis. nu. 5. vbi tenet. q̄ sententia est de actis fori & Bar. in. l. acta ff. de re iudi. vbi est casus. illicò potest probari per testes, sicut acta iudicij, & ita fuit decisum.
12 ☞ Et ad hoc, vt remissio † fiat, multa requiruntur. vt ponit Guido papa decisione. 202. & ibi eius additiona. & ea breuiter reassumēdo. Dico q̄ primùm, quòd requiritur, est q̄ constet crimen, de quo agitur, fuisse commissum. ☞ Secundò, q̄ crimen cōstet fuisse cōmissum in territorio iudicis requirentis. ☞ Tertiò, q̄ delatus non sit vagabundus. ☞ Quartò, q̄ delatus non sit accusatus de hæresi. Sed in hoc dic vt dictum est supra in. c. 20. in glo. Vsurpan. nu. 20. ☞ Quintò, q̄ non cōmisserit crimen penes iudicem, quem detinetur, quia antea quā remittatur, debet fieri de tali crimine punitio. per. d. l. si cui. §. fi. ☞ Sextò, q̄ iudex requiratur, vt dictum est. Quos casus dicit Guido papa esse notabiles, quia quotidie occurrunt. ☞ Et additio, eius addit sextum, scilicet, q̄ delictū non sit minimum. vt Domi. de sancto Gemi. in dicto c. Romana. §. contrahētes. in fine. ☞ Octauū, q̄ remissio petatur inter subditos eiusdem imperio. ☞ Nonò, q̄ remissio petatur fieri à minori tribu

nali ad maius, quia non fit de maiori tribunali ad minus, vt dixi tenere Odrald. consilio iam allegato. 124. ▽ Tamē ista regula fallit primò, in rapto
13 re† virginis, vel honestæ mulieris, quia talis malefactor per quemcunq; iudicem capiatur, etiam si non sit iudex suus, nec in suo territorio delinquit, sed alibi, nō tenetur remittere eū, sed ipsum punire sine fori prę scriptione, nec de necessitate remittitur ad locū delicti. Est doctrina Paul. de Cast. in. l. raptores. C. de epis. & clericis. per tex.
14 ibi. nu. 7. ▽ Secūdò fallit, in terris, quæ sunt† sub vno prę side actu, vel dñio. vt tenet Bal. in. d. l. hæres absens. §. si qs tutelā. ff. de iudiciis. versi. in ea. in fine. ▽ Aliq volunt, q̄ sit alia fallentia in vaga
15 būdo, † sed certè nō est: quia in eo habet locū remissio. vt tenet latè Abb. in. d. c. fi. de foro cōpet. 9. col. nu. 21. & Montal. in. d. l. 1. tit. 1. lib. 2. foro. ll. in. gl. Alli respondā. ▽ Cy. tamen in. d. l. 1. C. vbi de cri. agi. opor. dicit, quia de multis nescitur vbi habeāt domicilium, ideò vbicunq; reperiuntur, possunt conueniri, nisi caueant de respondendo in loco domicilij, cùm quasi sit impossibile aliquem sine domicilio esse. ff. ad municipal. l. eius §. celsus. ad finem. quod dicit videri Petro esse rationabile. Et q̄ vagabundus non remittatur, tenet Guido papa. in decisione. 202. vbi quoque dicit, q̄ vagabundus est, qui certum non habet domicilium. secundùm glo. in. l. prima. §. prætor. ff. de damno infecto. ibi, habitationem nō habet. & ibi Bar. & vi. Abb. latè in. d. c. fi. de foro cōpetenti. col. 6. nu. 13. &. 14. & ibi additionato. ▽ Sed dic, q̄ licet vagabundus possit conueniri. vbi inuenitur, nō tamen per hoc sequitur, q̄ nō habeat locū remissio, si petatur, quia debet remitti, vt dictum est tenere Abb. & Mōtal. vbi suprà. ▽ Sed
16 quæstio est, an in contractibus habeat † locū remissio ad locum contractus. Quæ quæstio est decisa per tex. in. c. Romana. §. contrahentes. de foro cōpet. in. 6. vbi tenet, q̄ in cōtractibus non habet locum remissio, sed debet ibi cōueniri, si ibi inuenitur, licet olim fuerūt opiniones. quod probat. d. §. contrahētes. & ibi Domi. latè in fine. vbi dicit, q̄ non obstat ratio glo. quia parificantur ciuilia, & criminalia, quia est verum quo ad forum sortiendum, non quo ad remissionem, seu tractationem in iudicio. vt ibi. & probatur in. l. 2. ff. de inius vocan. & istammet opinionem, q̄ in cōtractibus non sit locus remissioni tenet Bar. in. l. hæres absens. §. si quis tutelam. ff. de iudi. & ibi Angel. & Paul. nu. 8. & idem tenet Bart. in. l. prima. ff. si quis in ius vocand. non ierit. 3. col. & sequitur ibi Alex. nu. 6. & Ias. nu. 9. Bal. in. l. cum archimedoram. C. vt in posse. lega. & est communis opinio de iure communi, & sequitur Abb. in dicto. c. fi. de foro cōpet. nu. 37. ▽ Sed de iure regni aliter videtur, imò q̄ in contractibus habeat locum remissio. vt in. l. prima. tit. 17. lib. 8. in ordinatio. regali. vbi habetur, q̄ debitores contrahentes, qui in fraudem contractus fugiunt, & receptantur, remittuntur ad loca contractus. Et sic q̄ de iure regni est notandum, q̄ sicut in delictis, sic in contractibus fit remissio delinquentis, & contrahentis. Sed Montal. ibi in glo. ordi. in parte, delinquens, dicit, q̄ credit sub correctione videntium, q̄ iura cōmunia. supra allegata nō corrigātur, quod euitare licet. vt in. c. cùm expediat. de electio. in. 6. quia dicta lex regia solùm habet
17 locum † in suo casu, cùm contrahentes in fraudē contractus fugiunt, & receptātur, & pro hoc approbatur, quod in fine dict. glo. §. contrahentes. quidam dicebant, quòd si contrahens abest animo latitandi, iudex vbi reperitur, tenetur ad remissionem, aliàs possidentur bona, vt ibi. & hoc credit verum, quæ opinio & intellectum mihi quoque videtur, quia ex verbis legis colligitur. ▽ Quoque dicta lex regia potest intelligi secundum eundem Montal. vbi supra. & Bald. in dicta l. cum archimedoram. nu. 6. qui dicit ibi reperiri notatum per antiquissimos doctores, qui multis ætatibus Accursium præcesserunt in dicta. l. prima. ff. si quis in ius voca. non ierit, scilicet, si con-
18 trahens † solutionem destinauit in certo loco, & promisit se ibi personaliter representare, quia tunc etiam inuitus ad locum contractus dicitur. Et ideo dicit Baldus, q̄ si in instrumento debiti essent ista verba, promisit in tali loco soluere, & se ibidem personaliter representare, semper ad eum locum debet fieri remissio, quia ipse sibi hanc necessitatem imposuit. Quod intelligit verùm Bald. si hoc actor petat remitti, sed si non petitur, vel reus non obtemperat prætori, tunc loquitur materia legis primæ. ff. de eo quod certo loco. ▽ Quoque intellige dictam regulam dicti. §. contrahentes, & est secunda fallentia, nisi
19 † in contractu renuntiauit foro suo. Ista est glo. singularis & non alibi in dicta lege prima. ff. si quis in ius vocand. non ierit. in glossa secunda & per eā est communis opinio secundùm Alexandr. ibi & Bartolus in dicta lege hæres absens §. si quis tutelam. & Baldus in dicta lege cum archimedoram. numero quinto, vbi ait, q̄ si priuilegio fori renuntiauit, cogitur eidem se representare, quia hoc casu remittitur in ciuili, sicut in criminali, vt renuntiatio priuilegij fori aliquid operetur, quod dicit valde menti tenendum. Et licet Angelus in dicta lege hæres absens. §. si

quis

quis tutelam reprobet. d.glos.& Rapha. Fulgo. & Iohã.de Imol.in dicto.c.fi.tamen Ias.in dicta l.prima.ff.si quis in ius voca.non ierit.nu.9.eam defendit, licet primò adducat quatuor rationes contra eam dicendo: quia quando forensis contrahit in certo loco,& renuntiauit priuilegio fori, certè illa renuntiatio nil aliud penitus potest operari, nisi remissionem, ergo nec sit frusta,ita necessariò debet intelligi.arg. in.l. si quando. in principio.ff.de lega.primo. Et per istum fundamentum tenet Bal.cum ista glo.& dicit esse vnicam in iure ciuili in.c.præterea.vlti. col. de offi. delega.versi.sed nunc quæro.& eam sequitur idē Bal.in.d.l.1.& Azo.in summa de iuri.om.iudi.et firmat Archi. in.c.primo. 11.q.1. & Innoc. in.c. dilecti.&.c.postulasti.de foro compe.Et opi.gl. & Bart. in dicto. §.si quis tutelam. & sequacium dicit esse communem.Marianus Soci.in dicto.c. postulasti.articulo.3.principali.& istam glos. & Barto.sequitur Bal. & dicit notabile in consilio. 256.in primo volu.versi.& pactū est appositum. Et vi.Roma.singul.279.vbi eam sequitur. & per ea gl.in.d.l.1.ff.si quis in ius voca.nō ierit. Dicit q̄ est cōmunis opinio, & ibi ponit alios duos casus,scilicet, q̄n iurauerūt contrahentes se litigatuos in loco contractus,& ratione contumaciæ nimiæ.vt ibi per eū,&per eius additionatorē.¶Et nota practicā Ang.in.d.l.1.quasi in princip. versi.sequitur in glo.dicentis,q̄ illa gl.decidit,q̄ in loco cōtractus quis sortitur forū, adeo,q̄ ibi conueniri potest,licet nō inueniatur ibi si renuntiauit priuilegio fori per pactū. Vnde si tunc in alieno loco moratur, rescribi poterit iuduci illius loci vt eum capiat, & eum captum, transmittat ad iudicem loci contractus,quod est notandū,quia sic vtitur,& idem tenet Paul.de Castro ibi nu.12.

¶Credo tamen, quod in hoc nō sufficiat renuntia
20 tio † generalis,sed requiritur specialis renuntiatio fori,per ea,quæ tradit Alex.in.consilio. 11.in 2.parte consiliorum.per. l. de his. ff. de transa.& ibi docto.&per ea quæ tradit Ludo.Roma.consi.472.fi.col.vbi inter cętera dicit,q̄ causa renuntiationis generalis adiunctæ renuntiationi speciali solum ad eos casus trahitur,qui sunt specialiter expræssis similes, seu minores, non autem maiores,seu grauiores. vt expressè dicit firmare Guiller.de Cu.cuius opinionem omnes sequuntur in.l.sed & si quis.§. quęsitū. ff.si quis cautio. & sequitur Cy.in.l.1.C.cōmoda.in additione.& Canonistæ in.c.primo de commoda. ¶Sed hoc
21 non procedit in clericū, † quia non potest consentire in alienum iudicem expressè sine licentia sui iudicis.vt in.c.significasti.de foro compe. & ideo talis renuntiatio fori non operatur effectum secundùm Abb.in dicto.c.fi.de foro cōpe. nu.37.¶Vbi dicit expressè, q̄ quoq; fallit dicta
22 regula.d.§. contrahentes. in reddenda † ratione deadministratione,vt debet remitti ad locū, vbi gessit.text.secundū in vnum intellectum,in.l.1. C.vei de cri.agi opor.& ita tenet ibi glo. & tex. in.l.prima.C.vbi de ratio.agi opor.¶Item fallit
23 dicta regula in causa † statutus,quando existens quis in possessione seruitutis, confugit ad alium locum,& ibi vendicat se in libertate,debet enim remitti ad locum vnde cōfugit,vt ibi de hac quæstione cognoscatur,& sic de consimilibus.secundùm Abb. vbi suprà. de quo per Cy. in dicta. l. prima.C.vbi de cri.agi opor.¶Sed sciendum est
24 quando fit remissio,cuius † expensis fieri debet, putà quando accusator petit malefactorē remitti ad locum delicti. Dic q̄ fit remissio expensis petentis secundū Bal.qui ita dicit à se fuisse quæsitū per iustitiariū Apuliæ.in.c.nonnulli.de rescrip.col.5.prout refert & sequitur Ias.in.l. à diuo Pio.§.sententia vera.ff de re iudi. nu.2. & vi. Montal.in dicta lege prima.tit.primo, for.ll.lib. 2.in glo. Alli respondā.versi.item nota.vbi idem tenet,dicendo,q̄ si priuatus pro suo interesse petat malefactorem remitti ad iudicem delicti, hoc fiet expensis petentis,vt in.l.pē.cum sequēti.C. de eroga.mili.anno.lib.10. Idem tenet Iacob. de Bello visi.in sua practi.iudiciaria, in parte,de remissione fiēda.nu.82.Si autem iudex officio suo hoc petat, fiat expensis publicis illius terræ, ad quā fit remissio.arg.in.l.mulier in op⁹ salinariū. ff.de capti. Bal. in.libro feudo. in tit.de pace tenenda. c. primo.§. si iudex. & idem tenet Anto. Fran.in additio.ad Abb.in dict.c.fi.de foro.compe.in additione,quę est in nu.15.in fine.& vi. legem styli.113.vbi tenet,q̄ expensis accusatoris,& non accusati,nec villæ,vel loci debet fieri remissio,sed credo q̄ dicta.l.intelligatur.vt per Montal.vbi suprà. ¶Attamen tu vide dict.l.2. tit.17. lib.8.in ordi. rega. in fine. vbi tenet, q̄ expensis delinquentis fit remissio,si habet bona,& si non habet expensis accusatoris: & isti non habentes bona,soluantur per officiales loci,vbi delinquēs fuerit inuentus. Sed in quantum in fine dicit, q̄ supradicti non habentes bona fiat expensis officialium,intelligerem,q̄ fiat expensis publicis,& non expensis iudicum,& hoc per dictum Bald. in.c.primo de testibus. vbi dicit. q̄ in causa in-
25 quisitionis † non debent testes venire suis sumptibus, sed respublica mandato iudicis dabit expensas,& debet mandari massario communis, q̄ faciat ipsis expensas de publico. Et hoc intelligo

quando reus, non actor non habent bona, sed hodie quando non habent bona, fit remissio ex expensis applicatis sumptibus iustitiæ. ℣ Et tenet ℘ si delinquens, seu fugitiuus remittitur, relaxatur fideiussoribus promittentibus quòd se præsentauit coram iudice, ad quem debet fieri missio vt in ius vocandi. vt eant, aut satisdent, in rubro & in nigro, aliàs debent sub fide remitti custodia periculo iudicis remittentis. vt in authē. vt nulli iudi. §. si quis vero comprehensorum. colla. 9. iam allega. & debet remitti ligatus secundum qualitatem delicti. vt notat glo. in Cle. pastoralis. de re iudi. in verbo de more. prout tenet Iohan. de Plat. in. l. quicunq;. C. de fugitiuis colonis lib. 11.

hazer [d] y sino se los entregaren nos lo notifiquen [e] con los testimonios que sobre ello se tomaren lo mas presto que pudiere.

16 ℣ Sed an processus, † & confessio facta corā iudice remittente valeat? Dic quòd non, quia agitatum est coram non suo iudice. vt per Saly. in. l. ea quidem. C. de accusat. ibi. 14. quæro an confessio. Bar. Paul. & docto. in. l. magistratibus. ff. de iurisdictione omnium iudicum. de quo per Abb. in. c. at si clerici. de iuditiis. quarta colūna. numero. 14. cum sequentibus. & ibi per Sabastia. Sapi. & Anto. Fran. in additio. ℣ Tamen cogitur perseuerare in confessione facta coram incompetente, etiam per tormenta. vt Baldus in lege prima. C. de confessis pennultima columna. vt per Barba. in additione ad dictum Abb. in dicto cap. at si clerici. in additio. quę est in numero. 14. in parte, non compellitur. Latè Angelus in tractatu malefi. in parte, necnon ad denuntiationem. versicul. quæro an confessio. numero. 22. de quo ibi latè per Augustinum de Ari. in additioni.

d **Hazer.** [d] Perquirendo reos & mittendo suas literas requisitorias cum informatione delicti in eis insertā, requirendo, & rogando, vt sibi remittant. vt latè dictum est in glossa. Requieran. & in glos. Que los entreguen, versicul. adde quoque.

git.

2 An iudex domicilij cogatur remittere per iudicem delicti.

e **Notifiquen.** [e] Nota text. ℘ quando iudex non vult remit-

1 tere delinquentem, debet adiri † imperator, seu rex, cuius authoritate hoc fiat, & per regem cogitur ad remittendum. vt tenet Bartolus in. l. si cui. §. sacrilegium. ff. de accusa. versi. sed quęro. Idem tenet Paul. de Castro in. l. hæres absens. §. si quis tutelam. ff. de iudi. nu. 10. & singulariter Hippolytus de Marsi. in repetitio. l. vnicæ. C. de raptu virgi. nu. 124. Et idem tenet Iacob. de Bello Viso in sua practi. iudiciaria incriminalibus in parte de fuga reorum. num. 73. per tex. in. l. in prouinciis. C. de muner. & actu. lib. 12. & in. l. secunda de executor. & idem tenet Plat. in. l. omnes omnino. C. de agricol. & censitis lib. 11. ℣ Et punitur iudex, si non remisit. vt Barto. in dicto. §. sacrilegium. eadem pœna vt in. l. secunda. tit. 17. in fine lib. 8. in ordinatio. regali. Et facit quod tenet Bal. in cap. bonę memoriæ. el primero. de postula. prælat. num. 12. vbi dicit, ℘ omnis iudex, qui imponit alicui necessitatem adeundi principem super eo, quod ipse inferior poterat facere, & debeat, est puniendus, & dicit ℘ istam doctrinam ponit text. in authen. de quæstore. §. super hoc. collatione. 8. Et ista opinio, ℘ cogatur per imperatorem ad remittēdum, est tenenda. vt per glo. in Clementi. pastoralis. §. denique. de re iudi. in

2 verbo, de more. vbi ait, † ℘ iudex delicti non potest cogere iudicem sub quo degit delinquens ad sibi remittendum, sed cogetur per superiorem illius. Idem tenet Saly. in dicta authentica si vero criminis. C. de adult. & Iohan. de Anna. in cap. primo de rapto. colūna quinta. ℣ Licet Cy. in. l. properandum. §. sint autem reus. C. de iudiciis. in. 7. quęst. dicit, ℘ cogetur per iudicem loci requirentis, quia iudex sententię superior est iudice loci. arg. in authē. vt nulli iudicum. §. si quis vero comprehensorum. collatione. 9. vbi ait, ℘ iudex loci necessè habet remittere reū, ergo est sibi in hoc subiectus. Hinc infert Cy. vbi suprà, ℘ si non paret sibi in istis iudex loci, possit cohiberi à iudice, qui tullit sentētiam, vel laturus est: quia in hoc non sunt pares. quod videtur sequ Ias. in dicto. §. sint autem. nu. 3.

Summarium:

1 SI iudex non vult remittere delinquentem, debet adiri rex, & rex ad restitutionem co

Prætorum. Cap. 27. finis.

Sequitur Caput. 28.

a Yventas. [a] Vi. simil. tex. & quæ ibi po sui in. c. 6. suprà eod. in parte, Ansimismo visite las villas, & in. c. 17. in glossa Bien bastecida.

Summarium.

1 HOspes cogitur hospitari viatores postquam incepit tenere hospitium, & aduocatus aduocare.
2 Hospes inuitans hospitium, vel si inuitauit viatorem si postea pœniteat, tenetur viatori de dolo.
3 Viator debet soluere pretia iusta victualiũ, aliàs possunt denegari.
4 Si domini victualium noluerint vendere viatoribus, possunt ea accipere propria authoritate in presentia duorum hominum, soluendo pretium.
5 Hospitatores, an possunt emere victuali a, vt carius vendant viatoribus.
6 Pœna hospitis vendentis vinum, & alia victualia in fraudem statuti.

b 1 Acogidos. [b] Et cogitur hospes † hospitari omnes viatores. l. prima. in fine. ff. fur. aduersus. naut. & l. prima. in principio cum glo. ff. naut. caupo. stabu. & Bart. in l. 1. §. cura. ff. de officio præ. vrb. Quod est verum, postquam incepit tenere hospitiũ, non autem antea secundũ Bar. in. l. 1. §. maxima ff. naut. caupo. stabula. & in. l licitatio. in principio. ff. de publica. & in authen. omnes. C. cõmunia de succes sio. & ibi Bal. q̃ per Bar. in. l. mariti. §. 1. ff. de adulte. ☞ Et quoq; non tenetur hospitari, si habet multos hospites in domo, adeò, q̃ non possit omnibus sufficere, vel locus esset incapax, quia in hoc casu licet posuerit signum in caupona, non tenetur omnes hospitari. hoc probatur in. l. facti aduersi. ff. naut. caupo. stabul. Et idem nota in iudice. vt Bar. in. l. munere. ff. d̃ muneri. & honori. prout tenet Soci. in fallen. in parte, lex generaliter. versi. fallit ratione impedimenti, & hoc deficiente, tenetur hospitem recipere, quia acceptauit, & incepit hospitium tenere videtur acceptare cum suo onere. vt in. l. vnica §. pro secundo. C. de caducis tollend. ☞ Et ideo licet quis non cogatur esse aduocat⁹: si sumit officiũ aduocationis tenetur aduocare, & seruare leges aduocatorũ. vt in. l. quisquis. C. de postulan. & tenet Bal. in. c. cũ accessissent. de consti. nu. 21. & l. 14. tit. 19. lib. 2. in ordi. rega. & in. l. si quis fisci. ff. de postula. Et beatus Archiep⁹ Florẽ. in. 3. parte. tit. 6. c. 1. §. 1. p̃ tex. in. l. nec quicquã. ff. de offi. procõsu. & si aduocatus recusat adimplere, remouetur perpetuò ab officio aduocationis. vt in. l. prouidẽdũ. C. de postula. si cõpetens salariũ sibi cõstituatur secundũ

Prætorũ. Cap. 28.

TOsi les mãdamos que fagã q̃ se visitẽ los mesones y ventas, [a] y trabajen por que esten bien reparadas, anssi de los oficios, como de las otras cosas que son menester, para que los caminantes, y estrangeros sean acogidos [b] y aposentados, y se põga tassa en ellos, y se haga guardar la tassa

Archiep. Floren. vbi suprà. Et ratio potest esse, qa vt dictũ est, acceptauit aliquid, & videtur acceptare cũ suo onere, vt p̃ Bal. in. d. c. cũ accessissent. & Ias. in. l. cõtra iuris. §. si filius nu. 11. ff. de pactis. quos vide. ☞ Et si hospes † inuitans hospitiũ, vel inuitauit viatorẽ, si postea pœniteat tenetur actiõe de dolo viatori inuitato. Ita tenet Alex. in l. si pœnã. ff. d̃ verbo. obli. nu. 4. allegãdo. Iohã. And. in pœmio Decretali. ☞ Et viatores † debẽt soluere p̃tia victualiũ: quia si pretiũ iustũ nõ offerũt, possũt victualia transeũtibus denegari. tenet Ang. in. l. vẽditor. §. si cõstat. ff. coĩa prędio. vers. Itẽ hic est casus. & dicit q̃ ex pacto licito eis pẽt denegari, si p̃tia victualiũ soluere nolũt. Ad qđ dicit q̃ facit tex. in. l. si minoris actũ. ff. de administra. tuto. aliàs traheretur pactũ de transitu ad iniquũ cõpendium, quod esse nõ debet. vt ibi. & in. l. 2. C. pro empto. ☞ Et vi. tex. singula. in. l. 12. in leg⁹ de lahermã dad. quę latius in isto proposito loquitur vbi viatoribus huius regni, vel extranei, debent sibi, & iumentis suis dari victualia iusto pretio, & hospitari. Et si dñi † victualiũ noluerint vẽdere, viatores possunt ea accipere propria authoritate, dũmodo hoc faciant in præsentia duorũ hominum dicti loci, soluendo pretiũ pro eis. ☞ Et vide tex. singula. in. l. 1. tit. 24. lib. 4. for. ll. vbi libere possunt emere necessaria, & non debet eis pretiũ alterari sub pœna, de qua ibi loquẽdo in peregrinis. ☞ Quinimo dicit Roma. in singula. 231. per tex. in. c. 1. de pace tenenda & eius violato. in

vſifeud. q̃ peregrinus in menſe Maij poteſt ſtare in via, & capere herbam pro ſuo equo. ℣ Et an
5 ſi iſti hoſpitatores † poſſunt emere victualia, vt carius vendantur? Dic q̃ non. vt tenet Abb. in. c. primo. ne cleri. vel monach. nu. 6. de quo vide in Sum. 14. q. 3. et. c. 1. & c. canonũ. & c. quicũq; tp̃ore meſſis. & c. eiiciens. 12. q. 4. & c. quoniã. 88. diſt. Et cũ hoc cõcordat tex. in l. 8. quę incipit, Ordenamos. lib. 5. tit. 7. in ord. reg. li cet illa lex loquatur in regatonis (hoc eſt, reuẽdito-ribus curię) & l. 10. eius tit. extendit, q̃ nõ ſolum in curia non emãtur victualia vt reuendãtur, ſed etiam extra curiã infra quinq; leucas ſub pœnis ibi contentis. Vnde patet ex eis, q̃ extra curiam, & terminum quinq; leucarum pene poſsũt emi victualia vt reuendantur, & ſic video fieri. ℣ De
6 pœna aũt hoſpitis vendentis † vinũ, vel alia victualia in fraudẽ ſtatuti. vi. Bal. in. l. nõ dubiũ. C. de legi. col. 4. nu. 10. verſ. 7. ſit fraus.

segũ la ley c dl orde namiẽto d Toledo Prætorũ. Cap. 29.

OTroſi, q̃ no conſien ta a juegos vedados, ni table-

c Ley. c Quę eſt in tit. 21. lib. 2. l. 14. in ord. reg. vbi de iſta taxatione hoſpitũ, & de his quę iſti hoſpitatores poſsũt lucrari in reuẽditione, hordei, & ſtipulæ, quam vide quia eſt ſingularis, & eam ſerua.

Prętorum Caput. 28. finis.

Sequitur Caput. 29.

Summarium.

1 Ex ludo multa mala proueniunt. ſ. q̃ ludentes blaſphemant Deũ, & prohibitio ab eccleſia facta contẽnitur. Et venit vſura, & rapina, ſurgit ſcandalum. Nugę etiam ex ludo deſcendunt. Euenit quoq; furtũ, & violẽtia perpetratur, & falſum cõmittitur, & mortis cauſam prę ſtat ludẽtibus. Deceptiones aũt infinitæ. Perditio temporis euenit. Vita aũt turpis agitur. Quoq; euenit, q̃ bona dilapidãtur. Poſtremò autem inſurgit deſperatio.
2 Ex ludo procedunt viginti peccata.
3 In multis caſibus ludus permittitur.
4 Quantitas quæ poteſt ludi.
5 Aliquis luſsit vno die pluribus vicibus duo argentea, an puniatur.
6 Ludens ſi perdit totam pecuniam, quam extraxerat, & poſtea ſecundò extraxit aliam pecuniam, an incurrit pœnam iterum ludendo.
7 Si vnus ex colluſoribus receſsit, & poſtea reuertatur, debet puniri, quia dicitur nouus ludus.
8 Si lex diceret, q̃ ſi quis fuerit inuentus ludendo puniatur, & pluries inuenitur ludendo, licet ludus ſit continuatus, punitur pluries.
Eodem modo dic de inuento cum armis:
9 Non valet pactũ factũ inter luſores, ne poſsint à ludo recedere, donec alter eorũ totũ pdiderit.
10 An valeat pactum de non ludendo, & ſi luderet daret amico centum nomine pœnæ.
11 Vxor poteſt ſtipulari à viro pœnam, ſi tenuerit concubinam.

7 ℣ An ſi quis † eſt appellatus pauper. aget iniuriarum. Videtur ꝙ ſic. vt in. l. ſi creditores. in fine. ff. de priui. credi. Aliqui tamen in hoc diſtinctionem faciunt, ſcilicet, quando eſt pauper à natura, & agit actione iniuriarum: quia ſunt enim quidam, quos pauperes natiuitas fecit. prima. q. prima. c. ſacerdos & quilibet naſcitur nudus. 47. diſt. in. c. ſicut hic. & dicitur fieri iniuria, cùm pauper vocatur aliquis, iuxta illud Prouerbiorum. 14. Qui calũniatur egentem, exprobrat factori ſuo. paupertas enim, & honeſtas à deo ſunt. Eccleſiaſt. 19. & ita facilè eſt in oculis Dei ſubitò honeſtare pauperem. ℣ Sed quando eſt pauper ex ſcelere vt. C. de boni. præſ. & ff. de bonis damnat. & Prouerbi. 3. Egeſtas à domino in domo impij. vel quia prodigaliter, & luxuriosè diſſipauit ſubſtantiam ſuam. Luc. 15. tunc non agit iniuriarum. vt in. l. eum qui nocentem. ff. de iniuri. quam diſtinctionem ponit Lucas de Pen. in l. meminimus. C. quand. & quib. quart. pars de be. lib. 10. col. 5. verſi. de facto. & dicit, ꝙ hæc diſtinctio fit in eo, qui aliquẽ vocauit cęcum, vel claudum. vt per Andre. de Iſerni. in libro feud. tit. de pace iura. firma. §. iniuria. ℣ Sed ꝙ indiſtinctè de iniuria teneatur, qui vocat aliquem pauperem, cęcum, vel claudum à natura, fortuna, vel vitio, dicit Lucas de Penna. vbi ſuprà. ꝙ eſt argu. in authen. quibus modi. natura. effi. ſui poſt principium. colla. 6. ibi, non enim vltio & inter dicto. & tex. in. c. omnis qui, in fine. 24. q. prima. & vi. eund. Lucam. de Pen. in. l. errat qui. C. de caſtren. pecul. lib. 12. col. 3. verſi. vndecimò quæritur. ℣ Et non ſolùm pauperes ſunt immunes à
8 collectis, ſed plures † alij excuſantur, putà chartularij, qui cenſus ſcribunt. Itẽ illuſtres comites conſiſtorij imperialis cubicularij, & ſimiles quędam patrimonialia non ſubeunt. vt in. l. fi. C. de excuſa. muner. lib. 10. & prætores. eod. tit. l. 2. &

negotiatores

negotiatores purpuræ imperialis, & præpositi epistolis imperialibus faciendis, libellis ordinādis, & signatores Imperialium responsorum per sonalia munera non subeunt. eod. titu. l. eos pater pro bonis, qui filio contulit, non tenetur. Et milites extraordinaria munera patrimonialia quoq; non subeunt, vt tenet omnia dicta Luc. de Pen. in. d. l. ciuilia munera. C. de muneri. & hono. lib. 10. ¶ Itē excusatur quis ex longissima cōsuetudine per tantū tempus, cuius nō extat memoria nō soluit collectas, q̄ possit se tueri ne grauetur ad soluēdum in futurum, contra antiquā cōsuetudinē. vt Pla. in. l. 1. C. de excoctione & trāslatione milita. lib. 12. licet ibi dicat, quòd doctores tenent contrarium: quia non debetur collecta, nisi à tempore, quo fuit inducta. Et ita aduersus futuram præstationem, quę nondum erat inducta, non potest præscribere. vi. ibi. & in. l. 2. eius titu. ¶ Item sunt immunes camerarij, & magistri, iurati, iudices, & baulij ciuitatū durantibus eorum officiis: nam regulariter honorem sustinenti, munus imponi non potest. vt in. l. honori. ff. de mune. & hono. & ibi glo. & tenet Luc. de Pen. in. l. præcepit. C. de cano. largi. titu. lib. 10. in princ. Item excusantur doctores. l. medicos. C. de profess. & medi. lib. 10. & consules. vt Plat. in. d. l. indictiones. C. de annonis & tribut. lib. 10. nu. 8. vbi quoque dicit, q̄ nullus excusatur, nec masculus, nec fœmina, præter supradicti. ¶ Vide tu Francis. Luc. in tracta. de fisco. nu. 38. tomo. 6. tracta. fol. 7. vbi est immunis, qui portat res principis. vt in. l. licitatio. §. res. ff. de publi. & vectigal. & Baldus in lege vniuersa. C. de vectigali. & commis. & Guido. papa. singulari 8. 48. ¶ Et idem dicit Luca. vbi suprà, q̄ potestates, & officiales pro rebus, quas ducunt in officio, non tenentur soluere vectigal. vt in. d. l. vniuersa. ¶ Et scholares p̄ libris, vel rebus, quas deferunt, non tenentur soluere vectigal, nec pedagium: quia deferunt causa vsui. vt Alberi. in authen. habita. C. ne filius pro patre. & Pla. in. d. l. medicos. versi. habent etiam doctores. & vid. l. 22. tit. 4. lib. 4. in ordi. regali. ¶ Quoq; licentiatus excusatur à muneribus. tenet late petrus Antibolinus in tracta. de muneribus. in. 3. parte. nu. 56. tomo. 6. tracta. vide per Pala. Rubi. in repeti. rubricę de donatio. §. 38. per totum. fol. 20.

guen a vnos, y aliuien, y escusen a otros, y se faga d̄ guisa, que se pueda todo bien saber, para que se castigue lo que mal se hiziere, y se pueda dar de todo buena cuēta, so las penas cōtenidas en las leyes de nr̄os reynos, q̄ defiendē, q̄ no fagan repartimientos.

Summarium.

1 Collecta imponenda est per ordinem, ita q̄ nullus releuetur, & debet fieri pro rebus, quas quis habet minores collectas tenentur.
2 Collecta imponitur per solidum & libram magnis & paruis, hoc est (por millares) vt q̄ plus habet, plus soluat. Fallit vt hic.
3 Propter augmentum & diminutionem bonorum fit compensatio, & collecta imponitur.

f Alieuen. f Idē tenet Luc. de Penna. in d. l. ciuilia munera. C. d̄ mune
1 ri. & hono. lib. 10. dicendo, q̄ talis collecta † imponenda est per ordinem, id est, q̄ nullus releue tur, sed omnibus ciuibus, & incolis fiat pro rebus, quas habet, & pro modo fortunarū, & possessionum quas alienigenæ habent in loco illo, est talis collecta ipsis possessoribus indicenda. vt ibi per eum. & dixi suprà in glo. proxima, in principio ¶ Et idem tenet Bal. in rubrica de syndico in Decret. nu. 2. vbi dicit, q̄ collecta est imponenda, distribuendo eam secundum æstimū, quod dicit verum, quando imponitur pro munere patrimoniali, sed quādo imponitur pro munere capitum, tunc debet distribui in capita. vt Bar. in. l. 4. §. actor. ff. de re iudi. ¶ Talis enim collecta, quæ imponitur pro rebus, quas quis possidet, non solùm imponitur possessori bonorum immobilium, sed etiam possessori mobilium. vt tex. & ibi Plat. in l. patrimoniorum. §. quantum. C. de muneri. patrimo. lib. 10. nam equos tenere, & pascere pro communi, est munus patrimoniale. vt in. l. non videtur. C. eod. & similiter habens pecunias solas ad fœnerandum, vel tractandum, subit onera patrimonialia, sicut habens bona immobilia, vt in. l. fi. §. patrimoniorū. ff. de muner. & honori. secūdùm Plat. in. d. §. quantum. ¶ Minores quoq; ad dictas collectas tenentur. vt in. l. etiam minores. C. eod. de muneri. patrimo. quo ad patrimonialia, sed non personalia. vt ibi. & tenet glo. in lege non tantum. ff. de decurio. & glo. in. l. 2.

in.l.2.C.de fund.patri. & eorum conducto.lib. 11. ☞ Dumtamen pro modo fortunarum, vt dictū est, talia munera ab omnibus subeātur, quia æqua esse debet inspectio in istis publicis functionibus persoluendis, & priuilegium contra hoc impetratum nullius momenti est. tenet Petrus Antiboli. in tractatu de muneri. in.3. parte. nu.26.tomo.6.tracta.folio.23. per.l.fi. C. de vectigali.& commiss.& per alia iura. & ibi quoq; 2 in nu.126.per eum. ☞ Et talis collecta† imponitur per solidum,& librā,magnis,& paruis (hoc est,por millares) vt qui plus habet, plus soluāt. vt glo.in.l.prima.C.de apoch.publ.lib.10.& ibi Bar.singulariter,& tenet Iohannes de Plat.in dicta lege indictiones. C.de annonis & tribu.eod. lib.10.nu.4. ☞ Quod dicit fallere in tribus casib⁹ in quibus nō imponitur per solidū, nec libram, sed per capita. ☞ Primus,quādo imponitur pro satisfaciendo ei, qui mutuauit pro soluēdo salario rectoris quod soluitur per capita. C.de anno. & capit.lib.10.l.prima.cum enim succedat loco illius salarij, & ideō illius impositionis naturam immutatur. vt per Bart.in.l.prima. C. de apochis pub.lib.10.Et idem crederem in salario medicorum, quādo in aliquibus villis soluitur per collectā,quia debet solui per capita. ☞ Secūdus, quando imponitur pro euitando aliquo munere sordido,impositio pro euacuandis aliquibus locis fœtidis. Licet enim munera non debeant redimi pecunia.l.illud.C.de excusa.muner.lib. 10.tamen si propter aliquod sordidum redimendū ex permissione superioris imponatur collecta,non fiet per solidum,& libram, sed per capita illorum, qui tenentur ad munera sordida, ad quæ nō tenentur nobiles .vt Plat.in dicta rubri. C.de annonis & tribu.ideo non debent grauari per collectā iuxta vires patrimonij imponendam.de quo per Bar.in.l.vnica.C.de muneri. in quo loco.versic.quæro qualiter imponatur. lib. 10.& Platea.in dicta.l. indictiones.vbi per eum. 3. ☞ Et tene,q̄ propter augmentum,† & diminutionem bonorum iam diu æstimatorum reficiendum est æstimum omnium, in quo debet fieri compensatio sterilium cum fertilibus,tam in singulari,quam in communi.vt est text. secundum vtranq; lecturam in.l.omne territoriū.C.de cēsi. & censito.lib.11.Et Plat.ibi dicit ita seruari,& q̄ propter homines ditatos & depauperatos, & propter prædia facta sterilia, vel caumate,vel alio modo perempta,debent refici æstimi,&grauati,& depaupertati releuentur,& ditati in pl⁹ æstimentur:quia secundum augmentum, & diminutionem rerum,fit augmentum,& diminutio tributi.l.forma.§.illam.ff.de censibus,&.l.3. C.de iur.emphit. ☞ Et in hac renouatione æstimorum debet haberi consideratio,quanto plus vel minus valent,nunc bona vnius cuiusq;,quā primò fuerunt æstimata secundùm Plat. ibi.& in.l.1.eius tit. ☞ Vbi quoq; dicit,q̄ vnusquisq;, prouincialum debet sua bona profiteri,vt æstimentur secundum æquam æstimationem soluat tributum,vt prædia meliora plus soluant,q̄ sterilia:& si vnus est grauatus,quia bona sua caumate perierunt, releuetur à censitore,vt in.d.l. forma. ☞ Et isti sic grauati à perequatuorib⁹,seu æstimatoribus infra annum habent facultatem conquerendi,quo elapso,non audiuntur, exceptis minoribus & absentibus causa reipublicę, tex.in.l.qui priuatos.C.eod.tit.de cens.& censito. ☞ Quod grauamen potest reparari dupliciter,scilicet,per apellationem, vel per accusationem criminalem, petendo perequatorem puniri pœna.l.perequatores.eius tit. ☞ Item potest reuocari grauamen per viam principalis petitionis,implorando officium iudicis,vt tenet glo.& Plat.ibi.& ita vtitur. ☞ Et vide Bald.in.c.clerici, de pactis.vbi tenet,q̄ augmētatis facultatibus,augmentātur æstimi in communi,& econtra propter paupertatem fit nouum æstimum.

Prætorum caput.34.finis.

Sequitur caput.35.

Summarium.

1 COrrectores ciuitatum,& villarum,secū non teneant alium tabellionē,præterquàm tabelliones numeri dictarum ciuitatum, coram quibus omnia documenta publica transeant. Tamen ad faciendas informationes criminales,& alia acta secreta possunt habere aliū, dummodo post publicationem reintegrentur tabellionibus publicis numeri.

2 An tabelliones creati à principe,vel à papa possint sedere in iudicio cum iudice,& colligere instrumenta,& contractus laicorum.

3 Instrumenta collecta à tabellionibus principis, vel papæ,debent publicari.

4 Ex publicatione testamenti confecti à notario principis,vel papę mittitur hęres in possessione hęreditatis.

5 Si testamentum nuncupatiuum non fuit in scriptis redactum,& solennis numerus testiū ante com

te competentem iudicem deponat, & in scriptis redigatur vigore talis scripturæ potest hęres mitti in possessione hęreditatis.

6 Testamentum per testes probari potest.

Prætorũ caput. 35.

DEl numero.[a] Idē tenet tex. quem vide in l.9.titu.16.lib.2.in ordina.regali. vbi ait, ꝙ correctores

1 † ciuitatum,& villarum,secus ad officia non ducant, nec teneant alium tabellionem,prętter tabelliones numeri dictarum ciuitatum, & locorum, vbi sic deputatur, coram quibus omnes processus,& publica instrumenta,seu documenta transeant,vt sua priuilegia fori,& consuetudines disponunt:tamen dicti correctores possunt secum habere alium quemcunque tabellionem, etiā extra locũ, coram quo inquisitiones, & actus secreti fiant in causis dumtaxat criminalib⁹,sed post publicationem talium inquisitionum,seu actuum reintegrētur,& dentur tabellionibus publicis numeri dicti loci,vt coram illis dicti actus& inquisitiones sequātur. vt in dicta.l. regia cauetur,& hic in nostro text. ☞ Et facit tex.in.l.4.tit.18.lib.2.in ordina.regali. vbi publici tabelliones d̄ numero illius loci de his qui sedent in auditorio, vel in curia publica & colligunt acta iudicij, debent facere cōtractus & testamenta, & sedere cum iudice:alij autem tabelliones † publici creati à principe,vel à papa, vel ab eo,qui habet potestatem creandi tabelliones,vt sunt multi domini temporales in suis locis.vt tenet Innoc.& alij in cap.cùm.p.tabellio. de fide instru.Abb.& docto.in.c. accedentibus de prescriptio. Isti enim tabelliones, & notarij non possunt sedere cum iudice, nec colligere instrumenta, nec contractus laicorum . vt in dicta l.4.ordi.& in.l.8.eius tit. & tenet doctor del Castillo in.l.3. de Toro.in gl. Escriuano. ☞ Tamen si non inuenitur tabellio de numero , alius Imperatoris, vel regis notarius,potest colligere testamenta laicorum. vt in dicta. l. 4. ꝙ in notario papæ,ego non credo per dictam.l.8.ordinamenti.secus in tabellione regali per dictam. l. 4. ibi. En las ciudades y villas dōde ay escriuanos publicos de numero,o de cōcejo.quia istis deficientibus, tabellioni regis datur fides. & hoc teneo, licet doctor del Castillo in dicta.l.3. indistinctè tenet , ꝙ notario papæ,& Imperatoris non detur fides deficientibus tabellionibus de numero , quia dictum suum solum habet locū in notariis papæ , secus in tabellionibus principis, qa istis datur fides in curia, & deficiēti de numero in aliis partibus.vt in dicta.l.4. ☞ Et sic ꝙ si isti tabelliones principis in loco vbi sunt tabelliones de numero,vel si tabelliones papæ aliqua testamenta col-

3 ligunt,debent publicari † coram iudice seculari, ac si collecta essent à priuatis personis. vt ibi per docto.del Castillo vbi suprà. ☞ Et ex ista publi-

4 catione mittitur hæres in possessione † hæreditatis.vt tenet Rodericus Suarez in repetitione legis si post rem.ff.de re iudica.col.110.in fine.vbi tenet, ꝙ si testamentū nuncupatiuum nō fuit in

5 † scriptis redactū,sed solennis numerus testium ante competentem iudicem testes deponant, & in scriptis redigantur , ꝙ vigore tales scripturæ potest hæres mitti in possessione ex edicto diui. vt ibi per eum.& vi.tex.in.l.4.titul.2. Partita.6. & Iaſ.in.l.2.C.de bonorum possess.secundùm tabula.nu.4.&. 5.& Baldus in sua practica. in parte nono quæritur. folio. 62. ☞ Facit quod tenet Abb.in cap.fi.de fide instrument.in fine.& Hipolyt. de Marsi.in.l.prima.§ præterea.ff.de quæstio.nu.123.& Iaſ.in.l.prima.C.de procur.nu.13.

6 vbi tenent †, quòd testamentum potest probari per testes& Iaſ.in.l.publicati.C.de testamen.scilicet,per quinque testes.vt in lege prima,titulo. De los testamentos. in ordination. reg. ☞ Et nota,quòd si isti testes deponant de testamento, & sint conteſtes,tamen nullus eorum deponat nisi de presentia sua:quia interrogati de aliis dicunt non recordari, tales testes faciunt probationem: vt tenet Paulus de Castro in lege finali.C.de bonorum possessio. secundùm tabula. ☞ Sed antea quam tales testes recipiantur , requiritur, quòd

[a] Idē tenet tex. quem vide in l.9.titu.16.lib.2.in ordina.regali. vbi ait, ꝙ correctores † ciuitatum,& villarum,secus ad officia non ducant, nec teneant alium tabellionem,prętter tabelliones numeri dictarum ciuitatum, & locorum, vbi sic deputatur, coram quibus omnes processus,& publica instrumenta,seu documenta transeant,vt sua priuilegia fori,& consuetudines disponunt:tamen dicti correctores possunt secum habere alium quemcunque tabellionem, etiā extra locū, coram quo inquisitiones, & actus secreti fiant in causis dumtaxat criminalib⁹,sed post publicationem talium inquisitionum,seu actuum reintegrētur,& dentur tabellionibus publicis numeri dicti loci,vt coram illis dicti actus& inquisitiones sequātur. vt in dicta.l. regia cauetur,& hic in nostro text. ☞ Et facit tex.in.l.4.tit.18.lib.2.in ordina.regali. vbi publici tabelliones d̄ numero illius loci de his qui sedent in auditorio, vel in curia publica & colligunt acta iudicij, debent facere cōtractus & testamenta, & sedere cum iudice:alij autem tabelliones † publici creati à principe,vel à papa, vel ab eo,qui habet potestatem creandi tabelliones,vt sunt multi domini temporales in suis locis.vt tenet Innoc.& alij in cap.cùm.p.tabellio. de fide instru.Abb.& docto.in.c. accedentibus de prescriptio. Isti enim tabelliones, & notarij non possunt sedere cum iudice, nec colligere instrumenta, nec contractus laicorum . vt in dicta l.4.ordi.& in.l.8.eius tit. & tenet doctor del Castillo in.l.3. de Toro.in gl. Escriuano. ☞ Tamen si non inuenitur tabellio de numero , alius Imperatoris, vel regis notarius,potest colligere testamenta laicorum. vt in dicta. l. 4. ꝙ in notario papæ,ego non credo per dictam.l.8.ordinamenti.secus in tabellione regali per dictam. l. 4. ibi. En las ciudades y villas dōde ay escriuanos publicos de numero,o de cōcejo.quia istis deficientibus, tabellioni regis datur fides. & hoc teneo, licet doctor del Castillo in dicta.l.3. indistinctè tenet , ꝙ notario papæ,& Imperatoris non detur fides deficientibus tabellionibus de numero , quia dictum suum solum habet locū in notariis papæ , secus in tabellionibus principis, qa istis datur fides in curia, & deficiēti de numero in aliis partibus.vt in dicta.l.4. ☞ Et sic ꝙ si isti tabelliones principis in loco vbi sunt tabelliones de numero,vel si tabelliones papæ aliqua testamenta col-

3 ligunt,debent publicari † coram iudice seculari, ac si collecta essent à priuatis personis. vt ibi per docto.del Castillo vbi suprà. ☞ Et ex ista publi-

4 catione mittitur hæres in possessione † hæreditatis.vt tenet Rodericus Suarez in repetitione legis si post rem.ff.de re iudica.col.110.in fine.vbi tenet, ꝙ si testamentū nuncupatiuum nō fuit in

5 † scriptis redactū,sed solennis numerus testium ante competentem iudicem testes deponant, & in scriptis redigantur , ꝙ vigore tales scripturæ potest hæres mitti in possessione ex edicto diui. vt ibi per eum.& vi.tex.in.l.4.titul.2. Partita.6. & Iaſ.in.l.2.C.de bonorum possess.secundùm tabula.nu.4.&. 5.& Baldus in sua practica. in parte nono quæritur. folio. 62. ☞ Facit quod tenet Abb.in cap.fi.de fide instrument.in fine.& Hipolyt. de Marsi.in.l.prima.§ præterea.ff.de quæstio.nu.123.& Iaſ.in.l.prima.C.de procur.nu.13.

6 vbi tenent †, quòd testamentum potest probari per testes& Iaſ.in.l.publicati.C.de testamen.scilicet,per quinque testes.vt in lege prima,titulo. De los testamentos. in ordination. reg. ☞ Et nota,quòd si isti testes deponant de testamento, & sint conteſtes,tamen nullus eorum deponat nisi de presentia sua:quia interrogati de aliis dicunt non recordari, tales testes faciunt probationem: vt tenet Paulus de Castro in lege finali.C.de bonorum possessio. secundùm tabula. ☞ Sed antea quam tales testes recipiantur , requiritur, quòd

Prætorũ caput. 35.

TRosi,que las audiencias,& otros autos de justicia los fagan todos ante los escriuanos del numero[a] dela ciudad,o villa, dōde ouiere de conocer si alli ouiere escriuanos del numero.Saluo si ouiere escriuano nombrado por nos para las causas criminales:y no tome otro ninguno escriuano,saluo vno, si quisiere para rece

quòd pars, cui tangit, citetur vt Baldus in dicta lege publicati. & non est necesse, quòd agat ordinarie petitione hæreditatis. Sed solummodo ad receptionem testium. vt Baldus ibi. & Alexander numero septimo dicit, quòd est communis opi. & in hoc non attenditur q̃ non sint senes, vel validi testes, vt Baldus in consilio 52. in secundo volu. ▽ Et an in defectũ tabellionis iudex potest scribere actu vide quę dicã infra in glos. in escripto. ĩ cap. 36. infra nu. 3.

bir quexas, [b] y tomarlas primeras informaciones delos crimines, para prẽder alos que por informacion hallarẽ culpados, por se

Summarium.

1 ACcusatio nõ debet porrigi notario, sine præsentia iudicis.

b Quexas. [b] Iste tex. est pro dicto Paul. de Castro in. l. hac consultissima. §. fi. in fine. C. de testamen. vbi tenet, q̃ accusatio
1 non debet porrigi coram † notario sine præsentia iudicis. Et ideò intellige istũ text. vt tabellio accusationes recipiat, scilicet, in præsentia iudicis. vt in. l. si quis se. C. de accus. & quod notatur per Bar. in. l. si finita. §. Iulianus. ff. de dãno infecto. ▽ Vide tu casum in quo corã tabellione potest quærellare in. c. iudicum syndicatus. in cap. 3. in glo. Escriuano.

Summarium.

1 POstquam iudex elegerit notarium, non potest eum mutare vsq; in finem causæ.
2 Si notarius, qui incepit scribere actu se absentauit, alius ex mandato iudicis potest redagere scripturas in publicam formam.
3 Iudex ordinarius nõ põt mutare notariũ, etiã de consensu partiũ, secus est in iudice delegato.
4 Si notarius est suspectus, non remouetur, licet recusetur, sed alius sibi adiungitur.
5 Suspicio notarij potest probari per iuramẽtum partis, sicut probatur suspicio iudicis.
6 Facta recusatione, ligatæ sunt manus notarij, & quidquid ab eo gestum est, non tenet, sicut dicitur de iudice recusato.

c Remita. [c] Nota casum, in quo, fit remissio, processus de vno tabellione in alium, & exceptis istis casibus contrarium
1 est de iure cõmuni: quia postquã † iudex elegerit notariũ, non põt eum mutare vsq; in fine cau

guardar mas el secreto, Yesto hecho se remita [c] ante el escriuano del numero, o de la carcel, si le ouiere. Yque los
2 processos crimina-

sæ. Ita dicit Bal. in l. 2. C. quomo. & qñ iudex circa finem. versi. sed nũ quid possit vti. nu. 9. Idem tenet Bal. in. l. fi. colũ. 2. versi. quæro si notari⁹. C. de re iudicata. vbi dicit q̃ si notarius, † qui cepit scribere acta, se absentauit, ali⁹ potest mandato iudicis redigere scripturas in publicam formã. Secus si primus notarius est præsens. arg. in. l. si lõgius. ff. de iudiciis. & ibi Paul. de Cast. nu. 3. & Ang. Idẽ tenet Iohã. de Plat. in l. monetæ. C. de dilatori. lib. 10. & vide docto. del Cast. in. l. 38. de Toro in glos. no q̃ierẽ. Facit gl. in authẽ. de hæredi. & falci. §. si verò absunt. colla. 1. vbi ait, q̃ ille notari⁹, qui cepit scribere acta, debet perficere vsq; in finẽ causæ, & nõ alius. et idẽ tenet. Bal. in. l. 1. C. de sportu. & Bal. & docto. in. l. cùm sententiã. C. de senten. & interlo. om. iudi. idem Bal. in authẽ. si iudex. C. de epis. & cleri. Paul. de Cast. in. l. testamenta. C. de testamẽ. vbi etiam dicit idem de nuntio, allegando. l. in fraudem. §. quotiens in verbo, manu cõmentarien si. ff. de iure fisci. Et idem tenet Baldus in cap. quoniam contra. de probatio. numer. 54. dicendo, q̃ quando notarius est solenniter deputatus per superiorem, alius non potest se intromittere in officio suo. vt. C. de execut. & exacto. lib. 12. l. qui cumque. & ibi bona glo. nisi necessitas vrgeat propter absentiam alterius, nam tunc de mandato iudicis potest supplere vices absentis. argum. in lege prima. ff. de offi. consul. & de ista absentia debet fieri mentio in commissionem iudicis, secundùm Baldum ibi argum. eorum. quæ nota in lege actor. ff. rem rat. hab. Tamen dicit ibi. Baldus in dicto cap. quoniam cõtra. in nu. 55. quòd si iudex non confidit plenè de vno notario, potest adhibere duos, Et quòd notarius eorum, qui est senior, vel dignior, tenebit apud se originale, sed in hoc bonæ famę præfertur omnibus secundum eundem ibi. ▽ Et an si iudex potest mutare
3 † notarium, vide Bartolum in dicta lege, cum sententiam. per Innocen. in capitul. cũm in iure

prope

prope finem. de officio delega. vbi videtur sentire q̃ sic, tamen semel electus non potest, nec debet remoueri, nisi ex causa superueniẽti. propter quã remoueatur. vt per Spec. in tit. d̃ citatione. §. 1. versi. sed nunquid. & habetur p̃ Bar. & Bald. & Ang. & Saly. in l. tres denuntiationes. C. quomodo & qñ. iud. & p̃ Anto. Frã. & alios additio. ĩ additio. ad Abb. in. c. quoniã contra. de probatio. in additio. quę est, in. 1. colũ. in. 3. notabil. nu. 3. quæ incipit, Adde in quantum. ☞ Sed tu intellige verum, q̃ nõ potest notarius remoueri, scilicet, per iudicem ordinarium, secus in delegato, quia iudex delegatus potest mutare tabellionẽ, & alium subrrogare loco sui ad liberum arbitriũ, vt tenet Ang. in dicta. l. cùm sententiam. & dicit esse notabile allegando Innoc. in. d. c. 1. & dicit esse casus coniuncta gl. in. c. statutũ. §. notarius. de refeript. in. 6. ☞ In tãtũ ordinari⁹ nõ põt mutare notariũ. q̃ extende, etiã si sit de consensu partiũ, non potest mutare. Ita Bal. in l. testamenta. 1. col. C. de testamẽ. & idem Bal. & Ang. in l. 1. de sponsalibus & Bart. in l. 1. §. 1. C. de iure delibe. Iacob. Butri. in l. prima. ff. de officio consul. ☞ In tantum notarius non remouetur, quòd etiam si notarius sit suspectus alicui partium in causa, nõ remouetur † sed alius sibi adiungitur, sicut fit de iudice ordinario. vt in. l. apertissimi. C. de iudi. & hoc tene. licet Iohã. de Plat. in. l. nulli. C. de munera. & auctua. lib. 12. teneat, q̃ in totum remoueatur. & ita tenet Montal. in glo. ordi. rega. in parte, tabellio. f. ☞ Adde quoq;, q̃ talis suspicio notarij potest probari † per iuramentũ partis, sicut probatur suspicio iudicis. vt tenet Hyppol. de Marsi. in repeti. rubricæ. C. de probatio. nu. 146. & Alexand. in consilio. 104. in volu. 5. num. 2. & 3. & 4. vbi ait, q̃ ad recusandum notarium ratione suspicionis, sufficit solùm iuramentum, quia ex hac recusatione non infertur magnum præiudititium. Ita dicit q̃ in specie consuluit Petrus de Anchara. in consilio. 251. incipiente. In Christi nomine amen. & allegat in arg. in l. thesaurus. ff. ad exhiben. & cap. ex literis. de in integ. resti. & plus dicit Petrus de Anchara. prout refert dictus Alex. in dicto consilio. q̃ licet in recusatione iudicum fit differẽtia inter ius ciuile, & canonicum, quia de iure canonico oportet plenè probare causas suspicionis, sed de iure ciuili hoc non requiritur vt legitur in dicta. l. apertissimi. C. de iudi. & in. c. cùm speciali. de apella. & cap. suspicionis. de offi. delega. tamen in recusatione notarij, & consultoris, & procuratoris, quia de iure canonico repitur immutatũ, militabit adhuc ratio posita in dicta. l. apertissimi. & non requiritur expressio causæ, & plena probatio & lites sine suspitione procedent. Facta ergo recusatione prædicta † ligatæ sunt manus notarij, & quidquid ab eo gestum est, non tenet, sicut dicimus in iudice recusato. vt in. l. prima. C. si qua prædi. potesta. Bart. in lege quia poterat. ff. ad Trebellia. glo. in capit. quotiens. el primero. secunda quæst. 6. & capit. quia suspecti. tertia quæst. quinta. & tenent Hosti. & Iohã. Andr. in dicto cap. cum speciali. Saly. in dicta lege apertissimi. Petrus de Anchara. in cap. iudex ab apostolica. de offi. delega. in. 6. per illum tex. qui hoc prouare videtur, saltem in verbo, non potest. prout tenet Alexand. in dicto consilio. magis latè.

les se fagan [d] en la carcel, a donde este vn arca en q̃ guarden los dichos processos, los quales esten a buen recaudo. Y aya libro de todos los presos que vinieren a la carcel, declarando cada vno por que fue preso, y por cu

Summarium.

1 CArceratorum causæ debent dici, & tractari in carcere, & ibi corã iudice debent comparere carcerati.

2 Carceratio, an sit de processu.

[d] Se fagan. [1] [d] Quia causæ carceratorum in carcẽre † debent dici & tractari, & ibi debẽt duci carcerati, & comparere coram iudice. vt in lege si quis seruus. ff. de exhibẽ. reis. & in lege prima. ff. de quæstio. tenet Specul. in tit. de accusa. §. primo. versic. præmissa. nu. 29. vbi hoc vult intelligere in seruis, secus in liberis. Sed tu per istum tex. non teneas illam differentiam, sed omnino tales causæ & processus carceratorum fiant, & debent fieri in carcere, nulla data differentia personarum, & attenta qualitate dictorum, cùm carcer ducatur durus arbitrio iudicis, inspecta qualitate causæ & conditione personæ, ex quo in iure aliter non determinatur. tenet Cardi. in Cle. prima. versi. duro. de hereti. nu.

2 12. ☞ Et quia † carceratio est de processu causæ, & de actis. vt in Cle. prima. d̄ hęreti. vt tenet Car di. in Cle. prim. de excessi. præla. & Paris de Pu teo. in tracta. syndica. in parte, pone q̄ carceratus. nu. secundo. folio. 76.

Summarium.

1 ALgazellus non potest capere aliquem sine licentia iudicis.
2 Licentia capiendi, debet esse in scriptis.
3 Missio in possessionem non potest probari, nisi per scripturam.
4 Algazellus potest capere delinquentem in fragranti delicto sine licentia iudicis.
5 Licet capiatur delinquēs post delictum in fuga dicitur capi in continenti, & in crimine.
6 Delinquens potest capi à priuato in fragrāti delicto, & impunè ad iudicem duci.
7 Resistens ne capiatur, si inpugna occiditur, impugnè fit, cùm capiens sit executor iustitiæ.
8 Algazellus, qui capit, vel pignorauit sine licentia iudicis in casibus sibi non permissis, licitum est ei resistere.

c Mandado. c Idē tenet text. in l. 8. tit. 14. lib. 2. in ordi. rega. vbi

1 cauetur, † q̄ algazellus nō potest capere aliquē sine licentia iudicis. Idē tenet tex. in l. neminem C. de exhibendis reis. ☞ Quæ licentia capiendi

2 † d̄bet habere algazellus in scriptis. vt tenet Ias. in l. cū proponas. C. de pactis, nu. 4. allegādo Bal. in c. cùm parati. de apella. 2, col. & in l. consentaneū. C. quomo. & q̄n. iud. in. 7. notabil. per tex. in l. missi opinatores. C. de exacto. tribu. lib. 10. & in l. facultas. C. de iure fisci. eod. lib. Et ibi etiā

3 dicit Bal. q̄ missio † in possessionē non pōt pro bari nisi per scripturā. & idem vult Bar. in l. fi. in 15. oppositione. C. de edicto diui Adria. tollen. quem sequitur Ias. vbi suprà. & quod licentia iudicis in scriptis de capiēdo aliquē requiratur, fir mat quoq; Roderi. Suarez in repe. l. 2. tit. De los emplazamientos. for. ll. lib. 2. in. 3. col. in fi. versi. sed vnū tene. ☞ Q̄d fallit, q̄n quis est inuētus in

4 fragrāti † delicto, quia tunc pōt capi p̄ algazellū sine licētia iudicis. vt in. d. l. ordi. & tenet Mōtal. in l. 11. tit. 13. for. ll. lib. 4. in glo. quę incipit, De la la carcel. in fi. ☞ Et licet delinquēs post d̄lictū in

5 fuga † capiatur, dicitur capi in cōtinēti, & in crimine. dictū est Bal. singul. in l. ictus fustiū. vlti. colū. ff. de his. qui not. infami. quod dicit notandum Hyp. de Mar. in consilio. 137. nu. 42. & Bal. allegat. text. quē dicit esse notabilē in l. q̄ ait lex. §. fi. ff. de adulte. q̄d nota ad extēsionē. d. l. 8. in or di. rega. & aliorū iurium similiū. de quo dixi supra in. c. 1. in gl. Les fuere mādado. vers. aliud est. ☞ Et nō solū per algazellū capitur delinquēs in fragranti delicto, verūetiā † pōt capi, & impunè ad iudicē duci à quo libet priuato, non solū in fure. vt in l. si qs in seruitute. ff. de furt. sed etiā in quolibet alio d̄

6 yo mandado c, ylos bienes que ouiere traydo, y quādo se soltare, y se ponga al pie deldicho as-

linquente committente quodlibet crimen, ita di cit Bald. in. d. l. ictus fustium. tenere Innoc. in. c. vt famę. de sentent. excōmu. & Bart. in. l. cum eo. ff. ad. l. Iulia. Specul. & Ang. in. l. generali. C. de decur. lib. 10. Ex quo infert Bald. in. d. l. ictus fustium. q̄ excusati sunt illi, de contra talium, qui capiunt malefactorem. quod dicit esse notādum & vi. Bal. idem tenētem in. l. nec timorē. ff. quod metus caus. dicendo, q̄ omnis, qui deprehenditur in aliquo scelere, seu delicto, potest à quocunqne capi, tamen ille non detinebit, sed pręsentauit officiali quam citius poterit. vt. C. de mathe-

7 ma. l. fi. & si iste resistit † ne capiatur, † & inpugna occidatur impunè fit. nam cum capiens sit executor iustitiæ. vt in. l. accusationis. C. quod metus caus. pro hoc officio sibi cōmisso potest accipere arma, & pugnare. quod est notandum scd̄m Bal. vbi suprà & dicit q̄ facit in simili. l. diuus. §. fi. ff. de offi. præsi. Et idē tenet Plat. in. l. de sertores. C. d̄ desertori. mili. lib. 12. Dicēdo, q̄ vbi cūq; est iusta offensio, ibi repbatur defensio, vt in. l. 4. ff ad. l. aquil. & multo minus, licet resistere magistratui, & eius officialibus exequētibus ea, quæ spectant ad eorum officium. Et ita intellige glos. in lege vt vim. ff. de iusti. & iur. secus si extra officium, vel non in forma iudicij. vt latè per eundem Plateam. in lege deuotum. C. de metatis. libro duodecimo. & in lege prohibitum. C. de iure fisci. libro decimo. Si ergo si homines, vel satellites iustitiæ, seu magistratus capientes iustè criminosum, illum resistentem occidant, non puniuntur, de homicidio secundùm Plateam in dicta lege prima. vide Paridem de Puteo. in tractatu syndicatus in parte, resistentia. folio. 220. & in parte familiaris. folio. 111. & Felinus in capitulo vt famę. de sentent. excommunicationis & Hippolytus in sua practica. §. vlterius. numer. 6. &. 7. & Angelus de maleficiis in parte, quòd fama publica. numero. 54. vbi latè.

☞ Sed

¶Sed quid si algazellus, vel nuntius † capit, vel pignorat sine licentia iudicis in casibus sibi non permissis? Dic ꝙ licitum est ei resistere de facto. vt in lege prohibitum. C. de iure fisci. lib. decimo. & ibi Bar. & singulariter Platea. nu. quarto. & Ias. in. §. quadrupli. Institu. de actio. nu. 4.

Summarium.

1 CArceratus etiam sine causa, & indebitè, non potest relaxari custodem sine licencia iudicis, aliàs tenetur. ¶Etsi de licentia iudicis facit, non tenetur, sed ipse iudex.

2 Carceratus non debet relaxari sine iudicis licentia, licet debitor sit carceratus pro debito, & creditor consentiant.

f El mandamiento.

f Idem tenet Bar. in l. si quis vxori. §. si fugitiuum. ff. de furtis. vbi ait

1 † ꝙ carceratus, etiam sine causa, non potest relaxari per custodem carceris sine licentia iudicis. & Cataldinus in tracta. syndi. nu. 182. & quæ dixi suprà. in. c. 18. in. gl. Carcel. nu. 23. Idem tenet Hyp. de Marsi. in. l. circuncidere. §. seruo. ff. ad. l. Corne. đ sicca. nu. 24. pro quo dicit, ꝙ facit tex. in c. felicis. §. cũ autè. de pœnis. in. 6. & tenet Paul. de Cast. in. l. nec impuberes. §. qui in ius vocatus. ff. de in ius vocã. de quo per Bar. in. l. 1. §. & post operis. ff. de noui ope. nuntia. & tenet idem Hippoly. de Marsil. in sua practi. crimi. §. attingam. nu. 18. & Roderi. Suarez in repeti. l. 3. tit. De los emplazamientos, foro legum. lib. 2. col. fi. in fine. ¶Quod extende, etiam si carceratus fuerit indebitè, non seruata forma statuti, adeò, ꝙ debeat in continenti relaxari, non debet carcerarius relaxare propria authoritate, sed licẽtiã iudicis, vt Hippolyt. de Marsi. vbi suprà. nu. 22. allegando Petrum de Anchara. in consilio. 341. incipiente, viso themate. in fine. ¶Et vide singulariter Ang. de malefi. in parte, ꝙ fama publica præcedente. versi. & aduertas tu iudex. nu. 90. vbi quoque tenet, ꝙ si custos carceris sine mandato iudicis captum relaxauerit, etiam illum qui sine causa positum est in carceribus, tenetur, aliàs tenetur iudex, si minus iustè mandabit ꝙ relaxetur. vt Bar. in dicto. §. si fugitiuum. & sic custos semper habeat mandatum iudicis in scriptis, dum præcipit relaxare, & iudex sit cautus in relaxando, ne postea teneatur fisco, vel parti ad interesse secundùm Angelum vbi suprà. vbi dicit pluries practicasse. ¶Vide Amode. Iusti. in tracta. syndicat. numero. 245. versi. Item non tenetur. folio. 189. tomo. 14. tracta. vbi ait, ꝙ nõ tenetur miles, socius & alij officiales, & familiares de eo, quod fecerunt mandato potestatis illicitè, & iniustè, sed tenetur ipse potestas, & per hoc dicit quòd fuit laceratus Florentiæ libellus contra militem datus de eo, ꝙ indebitè fecerat mandato executoris. Et simili modo fuit delusus, qui dedit petitionem contra militem in ciuitate Asculi, qui tacuit durante tempore, quo potuerunt dari petitiones, & post tempus dixit fecisse mandato potestatis præsente potestate, & confitente, quia terminus erat elapsus, non potuit dare quærelam contra potestatem. Sed dicit, ꝙ Angel. tenet contrarium: quia si miles videt mandatum iniustum, non debet exequi & si officiales non resistunt iudici, iniustitiam facienti, tenentur ipsi in syndicatu. vt in lege omnes. C. de decuri. lib. 10. & dixi latè. suprà. in cap. primo. in glo. El derecho a las partes. nu. 31. & 32. ¶Et licet Ange. hoc dicat, tene quod dicit dictus Amodeus, ꝙ non tenetur miles, quia ipsemet Angelus tenet idem quod Amodeus in lege iniuriarum. §. si quis quòd. ff. de iniuriis, & sic quòd ductus ad carceres de mandato iudicis, non agitur iniuriarum contra ductorem, sed contra iudicem. Et idem dic, si torqueat de mandato iudicis aliquem, siue iustè, siue iniustè, non agit contra torquentem, sed contra iudicem. & ponit Angelus dictam cautelam quem vide. & idem tenet latè Cataldinus in tracta. syndica. numero 67. quem vide. ¶Et quòd teneatur faciens de mandato iudicis, est text. in lege non videtur. §. qui iussu iudicis. ff. de regul. iuris. & text. in lege quinta. tit. 15. Parti. 7. & lege prima. titul. secundo. foro legũ lib. 2. & vi. tex. & ibi docto. in regula, ꝙ qui mandato. de regul. iuris. in. 6. & de materia vide Iohãnem de Platea. in lege monetæ. C. de delato. lib. 10. num. 5. & in l. quanquam. in principio. ff. de aqua pluui. arcen. & in. l. si quis id qđ. ff. de iurisd. om. iud. & Platea. in lege euidenter. C. de excusa. mune. lib. 10. num. primo. & singulariter Feli. in cap. ecclesia sanctæ Mariæ. de constitutio. numero. 33. & vide text. in cap. miles. 23. q. quinta. vbi non est reus homicidij miles, qui potestati obediens, hominem occidit. Imò nisi fecerit imperij deserti, atq; contempti reus erit. ¶In

2 tantum est verum, ꝙ carceratus † non debet relaxari sine licentia iudicis, ꝙ licet debitor sit carceratus pro debito, non potest relaxari de consensu creditoui

Summa

7 siento el mandamiento porque fue suelto.

su creditoris absq; mandato iudicis. tenet Alex. in dicta lege nec impuberis. §. qui in ius. ff. de in ius vocan. numero primo.

Prætorum caput. 35. finis.

Sequitur caput. 36.

Summarium.

1 IN processibus requiritur, q̃ annꝰ, dies, & mensis ponatur, sed nomen imperatoris, vel regis de necessitate non requiritur, & debent esse bene ordinati, aliàs iudex punitur.

2 Tabelliones debent acta fideliter scribere sine fraude vel errore num. 5.

3 Tabelliones publicè seruire tenentur, & confi-cere acta, & instrumenta ad requisitionem cuiuscunque petentis, aliàs ad interesse tenerentur.

4 Tabellio debet facere scripturas, & acta sine interlineatione.

6 Tabellio debet scire iura, vt legaliter faciat acta, & instrumenta, & ab contractibus reprobatis valeat se abstinere: aliàs si contractus prohibitos facit, ad restitutionem tenetur. Et ad idem tenentur aduocati, & prosonetæ istos contractus tractantes, quia conficere instrumenta illicita, est quædam species falsitatis.

7 Notarius banchi nõ potest alicui dare copiã actorum, imò nec ostendere sine licentia iudicis.

8 Appellatione actorum, veniunt omnia, quæ facta sunt in præsentia iudicis.

9 An sit differentia inter acta & gesta.

a 1 RDenados. [a] Ponendo annũ †, mẽsem, & diem. vt in authẽ. vt nomen Imperatoris propo. §. primo. & secundo. colla. 5. & in authen. quibus modis naturales effi. legi. §. in maioribus. colla. 6. & in lege prima. C. de apochis publi. lib. 10. non autem de necessitate requiritur nomen imperatoris, vel regis. vt tenet glo. in l. 3. tit. 9. for. ll. lib. 2. in glo. prima. Et iudex vel inquisitor. qui non facit scribi acta per ordinem punitur de negligẽtia arbitrio iudicis. vt tenet Bal. in. c. quoniam contra. de proba. nu. 25. q̃ dicit esse nota. per tex. 2 ibi. ▽ Et debẽt fideliter † scribere, & sine fraude vel errore facto hominum, vt in. l. si librarius. ff. 3 de regul. iur. ▽ Et publicè seruire tenẽtur †, & cõficere acta, & instrumenta ad requisitionem cuiuscunq; petẽtis. vt Institu. de adoptio. §. cũ autem. & in. l. non aliter. ff. eod. tit. de adoptio. ▽ Et hac de causa vocantur serui publici, nõ q̃ sint serui, sed q̃a publicè seruire tenẽtur. vt gl. in p̃œmio tit. 19. Par. 3. aliàs notarius requisitus & recusans tenetur ad interesse, vt in. l. iubemus. C. d̃ defenso. ciui, & in. l. placet. in fine. & in. l. fi. C. d̃ colla. fun di. patri. lib. 11. nisi sit occupatus, vel habeat iustã causã, vt in authẽ. d̃ tabellio. §. & nõ fingat. coll. 4. Bar. in. l. 1. ff. fur. aduer. nau. & in. d. l. generali. C. de tabulã. lib. 10. ▽ Taliter d̃ bet tabellio facere † acta, & scripturas, q̃ nulla interlineatio: vel rasura in eis inueniatur, maximè in loco suspecto. vt notat Bal. in. l. si vnus. C. de testa. ▽ Et si legaliter, & bona fide non † conficit acta, vel scripturas vt in. l. 1. tit. 8. lib. 1. in ordina. reg. punitur pœna. de qua in. l. 1. tit. 12. lib. 4. for. ll. & ibi Mõtal. ▽ Et ideò vt legaliter & fideliter faciant acta, & scripturas, debẽt tabellio 6 nes † scire iura. vt in. d. l. generali. & in. l. pẽ. C. de eunuchis, & in authẽ. d̃ tabellio. circa principiũ. colla. 3. & intellige. q̃ nõ requiritur, q̃ sint docto res, vel legistæ. sed q̃ sciant bene officium notariatus, & sciant summam, & notas, & alios libros eorum. vt Bar. in. d. l. generali. vt à contractibus à iure prohibitis valeat se abstinere. vt gl. & Plat. ibi: quia scribentes contractus fœneratitios, & à lege prohibitos, tenẽtur ad restitutionẽ vsurarũ & interesse, & quoq; tenẽtur aduocati, & prosonetæ istos cõtractus tractãtes. glo. est in. l. si sciente, & ibi Bar. ff. de parraci. & l. ordine. §. in fraudem. ff. ad municipal. & Bart. in. d. l. generali. & tenet gl. Montal. in. l. 1. tit. 19. Partit. 3. quia cõficere instrumẽta illicita, est quędã species falsitatis. et gl. in. d. l. fori, in verbo, Lealmẽte. quia est præsumptio iuris & de iure contra notariũ, qui dicit cõstitutiões principis ignorare gl. in. d. l. iubem? C. de testa. ▽ Ideò notarius, qui imperitè instrumẽtum fecit, ad interesse tenetur. per. l. fi. §. fi. C. de magistris conueni. Et etiam si scribit instrumentum simulatum, punitur pœna manus. & est infamis. vt Baldus in rub. C. res inter alia acta. ▽ Quoque tene, quòd notarius banchi non po-7 test † alicui dare copiã actorum, imò nec ostendere

Prætorũ caput. 36.

ITem q̃ los escriuanos, ansi d̃ 4 crimen, como de ciuil, que estuuierẽ ante el aslstente, o gouernador, o ante sus officiales, fagan processos en foja d̃ 5 pliego enteros, biẽ ordenados [a], y q̃ los

dere sine licẽtia iudicis. vt tenet Iaſ. in. l. is apud quem. C. de edendo. prima colũ. nu. 3. quia editio actorum ſpectat ad officium iudicis. ſecundùm Bal. & Paul. de Caſtro ibi. Et idem dic de ſcriptura, quæ fit coram iudice, quia dicitur de actis. vt in. l. illud.

in glo. in verbo. actio. & ibi notat Bal. 2. col. C. de ſacroſ. eccleſ. ☞ Imò plus dicit Bal. in. l. interrogatã. per illũ tex. cum
8 glo. C. de libera. cauſ. q̃ appellatione †actorum, veniunt omnia, quæ facta ſunt in præſentia iudicis, licet non in figura iudicij, ſed ſi cripturæ factæ ſunt per ſolum notarium abſq; commiſſione iudicis. vel eius præſentia, non ſunt de actis. Ita Baldus in authen. quæ ſupplicatio. C. de preci. Impera. offere. Et quæ generaliter veniant appellatione actorum, habes text. in cap. quoniam contra. de probatio. & ibi docto. glo. & docto. in. l. acta. ff. de re iudi. & in lege ſecunda. C. vt lit. penden. gloſ. in. l. in fraudem. ff. de iure fiſci. ☞ An autem ſit †differentia inter acta & geſta. tex. innuit q̃ ſic. in. l. prima in principio. ff. de officio procura. Cæſar. Bart. tamen ibi tenet contrarium. Laurẽ. Vallen. in. 4. libro elegantiarum in cap. 291. aliàs cap. 191. dicit, quod geſta ſunt publicę adminiſtrationis, vt cùm dicimus geſta Cæſaris. acta aũt priuatos reſpiciunt. Tamen inter facta & geſta ſubtilis, videatur differentia, tamen non eſt ſecundùm iuriſcõſultum in lege licet. ff. de verbo. ſignific. ſecundùm Iaſ. in dicta. l. is apud quem.

abogados [b] fagã an ſi miſmo los eſcriptos, aun que las cauſas ſean ſumma

Summarium.

1 A Duocatus non debet inordinatè loqui, & à ſuperfluis debet ſe abſtinere.
2 Præfactiones prolixæ, confuſionem inducunt, & tędium generant in animis auditorum, & multitudo verboſa eſt oneroſa.
3 Melius eſt pauca idoneè dicere, quà multis inutilibus aures hominum prægrauare.
4 Verbis non eſt opus, quorum nullus ſequitur effectus, licet ruſtici ad hoc non attendant.
5 Aduocatum garrulatorem & verboſum iudex ex ſuo iudicio poteſt excludere, & priuare officio aduocationis.

[b] Abogados. [b] Nam cùm aduocatus inordinatè loquitur,
1 †erroris vulnere audientium corda feriuntur, & ſæpe virtus verborũ perditur, cùm apud corda audientium loquacitas incauta opportunitate leuigatur, & authorem ſuum loquacitas coinquinat. vt in cap. ſi rector. 43. diſtin. Specula. in tit. de aduoca. §. nunc de exordiis. nu. 9. verſicul. præcipim⁹. ☞ Abſtinere ſe debet quoq; à ſupfluis vt in. l. breuiter. ff. de offi. præſe. præto. & in. l. inſtrumentorum. C. de preci. Impera. offere. tex. in. c. breui ſciſcitatus eſt. quæſtione de iure iurand. quia breuitas locutionis gratiam parit, & moleſtias ſiniſtramq; ſuſpicionem fugat, immenſitas autem econtra. arg. cap. diffiniuimus. 18. quæſt. ſecunda. in fine. prolixæ enim
2 præfactiones, † confuſionẽ inducunt, & tędium generant animis auditorum. vt in prœmi. Decreta. §. ſanè. tenet Specul. vbi ſuprà. nu. 8. verſic. item. & in nu. 10. verſi. verborum ait, quòd multitudo enim verborum eſt oneroſa, & nil honeſti habet, vt in authen. de referen. ſacr. pala. circa principium. colla. tertia. Imò eſt canonibus inimica. vt in cap. quia in tantum extrà. de præben.
3 & cap. relatum de cleri. non reſi. Et melius † eſt pauca dicere, quam multis inutilibus aures hominum prægrauare. vt. C. de veteri. iure enucle. l. tanta. §. contrarium. vnde Horatius, Cùm quid præcipies, eſto breuis. compendium quoque approbatur, diſpendio reprobatur. vt in cap. diſpendia. de reſcrip. in. 6. & cap. qualiter & quan-
4 do. el. 2. de accuſa. ☞ Vnde non eſt opus † verbis, quorum nullus ſequitur effectus. vt in. l. fi. C. de dona. quia fides veritatis, verborum adminiculo non deſyderat. C. ſi vt ſe ab hęred. abſti. l. prima. & quia imperitorum eſt vociferare de lõgè, vt ait Seneca. ☞ Licet quidã hoc non attendunt, cùm ruſtici garrulitatem authoritatem pãrent. 46. diſtin. §. primo, & ideò rationis defectum ſupplent garrulitate clamoſa, vt ſic clientulo, & ſalario ſatisfaciant ſolo vento. vt Specula. vbi ſuprà & ſecundùm eum. numer. 12. verſi. nam tu iu-
5 dex. Benefaciet iudex, † ſi talem ex officio ſuo excludat tanquam ſui auditorij turbatorem. c. in loco. 5. quæſt. 4. text. in lege. tertia. §. pẽ. ff. de his qui teſtamen. delen. authẽ. iubemus. C. de iudi. de quibus & alia quæ aduocati debent facere & aduertere, vide per Specul. in dict. §. per totum. ☞ Quinimo non ſolum iudex ex officio ſuo debet excludere aduocatum à ſuo iuditio, ſi eſt verboſus, imò poteſt eum priuare officio aduocationis. glo. eſt ſingul. in. l. ex ea cauſa. ff. de poſtula. ſecundùm Lodoui. Roma. in ſingula. 739. idem

tenent Additiona. Abb. in proœmio Gregoria no. in additione, quę est in numer. quarto in verbo, secundo, & tenet doctor del Castillo. in. l. secunda de Toro. in glo. De las dichas. colũ. tertia. versic. & nota. vbi inter alia allegat dictum Ecclesiastes. cap. 7. post principium. vbi ait. Noli verbosus esse in multitudine presbyterorũ, & non iteres verbum in oratione tua. cum quo dicto singulariter concordat tex. in lege. 11. titul. De los abogados. in principio. in ordinatione regali. Quod nota.

rias [c], y los escri-

Summarium.

1 Libellus, an requiratur in causis breuibus.
2 Vbi est statutum, ꝙ iudex prætermisso ordine procedat, est in arbitrio suo seruare, vel non seruare.
3 Libellus non est necessarius coram officiali ignoranti leges.
4 Vbi in rescripto est apposita clausula, summariè, & de plano, & sine figura iudicij, an potest omitti libellus, & litis contestatio.
5 Inferior à principe non potest committere causam cognoscẽdã summariè, & ď plano, etiam si sit legatus de latere.
6 Libellus non requiritur in causibus breuibus.
7 In summa. 400. marabetinorum, solummodo sententia debet scribi.
8 In omni causa summaria semper requiritur, ꝙ plenè constet de mandato comparentis, & habere legitimam personam ad comparendum.

[c] Summarias.

[c] Nota text. ꝙ in causis breuibus & summariis

1 † requiritur libellus. Sed hoc intellige secundũ Bal. in authẽ. offeratur. C. de litis contesta. nu. 5. ꝙ nõ debet ita formari, vt in aliis casibus, sed sufficit qualis qualis petitio, quæ ponatur in actis, quia ex petitione debet formari sententia, vt in l. 2. C. de sentẽ. experi. recitan. & ista qualis qualis petitio non dicitur in modum libelli offerri ad ordinariam petitionem, sed ad simplicem iudicis instructionem. & bonum est hoc protestari. vt Bal. vbi suprà allegando Specula. in tit. de libelli concep. §. restat. versi. fi. & idem tenet Abb. in. c. 1. de libelli. oblatio. 4. col. nu. 11. idem tenet Alex. in consilio. 50. in. 2. volu. nu. 7. dicendo, ꝙ sufficit qualiscũq; petitio in causis in quibus proceditur sine figura iudicij. vt in Cle. sæpe. de verbo. signifi. & etiam in causis executiuis summariè proceditur. secundũ Alex. ibi. allegãdo tex. in. l. à diuo Pio. §. si super rebus. ff. de re iudi. Et licet in summariis non requiratur libellus, & sufficiat intentionem suam apud acta explicare, & deinde in actis redigere. vt in dicta Cle. sæpe. tamen si in hoc casu fuerit libellus porrect⁹ solenniter, non nocebit. vt voluit glo. in. Cle. dispendiosam. de iudi. idem tenet Bar. in authẽ. offeratur. C. de litis cõtesta. Lanfrã. de Oria. in. c. quoniam cõtra. de probatio. in versi. petitiões. nu. 18. ☞ Et facit qď tenet Bal. in. c. 1. de officio iudi. pẽ.

2 col. versi. quęro quid si statutũ. † vbi ait, ꝙ si est statutum, ꝙ iudex prętermisso ordine procedat, est in arbitrio iudicis seruare, vel non seruare, tamẽ seruare debet aliquẽ ordinẽ, saltẽ naturalem. ita perplexitas coarctetur. ☞ Adde quoq;, ꝙ corã

3 officiali † ignorãte leges, non est necessarius libellus in scriptis. Ita Bal. in. d. authẽ. nisi breuiores. C. de pericul. recitan. & ibi Celsus in additio. dicit, ꝙ ita practicauit. & tenet Lanfran. de Oria. in repet. c. quoniã contra. de proba. in parte petitiones. nu. 19. sequitur Zacharias in additio. ad Abb. in cap. sciscitatus. de rescrip. in additio. quæ est in nu. 15. ☞ Dic idem, ꝙ vbi in rescri-

